

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΕΩΣ ΜΟΥΣΑΙ.



HERODOTI

HALICARNASSENSIS HISTORIARUM LIBRI IX.

PARISIIS — ENCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ.

HERODOTI HISTORIARUM LIBRI IX

RECOGNOVIT

ET COMMENTATIONEM DE DIALECTO HERODOTI PRÆMISIT

GUILIELMUS DINDORFIUS.

CTESIÆ CNIDII


ET CHRONOGRAPHORUM, CASTORIS, ERATOSTHENIS, ETC.

FRAGMENTA DISSERTATIONE ET NOTIS ILLUSTRATA

A

CAROLO MÜLLERO.

GRÆCE ET LATINE CUM INDICIBUS.



Gr. 1394

PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI IMPERIALIS FRANGIE TYPOGRAPHO.

M DCCC LXII.

DIALECTUS IONICA HERODOTI

CUM DIALECTO

ATTICA VETERI COMPARATA.

SCRIPSIT

GUILIELMUS DINDORFIUS.

Dialecti Ionicæ quattuor species accurate distinxit Herodotus 1, 142 (1), Caricam, Lydiam, Chiam cum Erythræa, Samiam. Eas an disputationis de dialecto Ionica suæ fundamentum fecerit Philoxenus (2) an non fecerit nescimus : qui hodie supersunt grammatici duo hujus dialecti genera distinguere solent, quorum alterum τὴν ἀρχαίαν sive παλαιὰν ἰάδα appellant, Homericam vel epicam veterem intelligentes, alterum τὴν δευτέραν vel μεταγενεστέραν vel ὑστέραν vel νέαν sive νεωτέραν ἰάδα (3), quibus nominibus comprehenduntur quicunque post

(1) Herodoti verba sunt, γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι νενομίκασι, ἀλλὰ τρόπους τέσσαρας παραγωγέων. Μίλητος μὲν αὐτέων πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσαμβρίην, μετὰ δὲ Μυοῦς τε καὶ Πριήνη· αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοικεῖσθαι κατὰ ταῦτα διαλεγόμεναί σφι, αἶδε δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ, Ἐφεσσος, Κολοφῶν, Λέβεδος, Τέως, Κλαζομεναί, Φώκαια. Αὗται δὲ αἱ πόλεις τῇσι πρότερον λεγθεῖσθαι ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδὲν, σφίσι δὲ ὁμοφωνέουσι. Ἐτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι Ἰάδες πόλεις, τῶν αἱ δύο μὲν νήσους οἰεῖσθαι, Σάμον τε καὶ Χίον, ἡ δὲ μία ἐν τῇ ἡπείρῃ ἴδρυται, Ἐρυθραί· Χίοι μὲν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ ταῦτ' ἀλεγόνται, Σάμιοι δὲ ἐπ' ἐωυτῶν μῶνον. Οὗτοι χαρακτηρισ γλώσσης τέσσαρες γίνονται.

(2) Philoxeni de dialecto Ionica liber aliquoties memoratur ab Etymologici M. compositore (p. 531, 14 ; 540, 47 ; 616, 48), nihil tamen inde afferente præter argutas de vocabulorum quorundam etymologia opiniones.

(3) V. schol. Apollonii Rh. 1, 1081, Etym. M. p. 821, 40, gramm. in Crameri Anecd. Oxon.

vol. 1, p. 265, 7, Eustath. p. 1643, 1 ; 1714, 16, ad Dionys. P. 384. Quattuor species, ut Herodotus fecit, distinguere videtur Grammaticus codicis Leidensis in appendice ad Greg. Cor. p. 629 : γεγονάσι δὲ αὐτῆς (τῆς Ἰάδος) μεταπτώσεις δ'· quocum comparanda Gregorii Cor. verba p. 490, ex Joanne grammatico descripta : εἰδέναι δαί ὡς ἡ μὲν ἀρχαία Ἰὰς μετέπεσε παρὰ τὴν τῶν κατοικούντων περιτροπὴν· διέμεινε δὲ ἕως ἐκείνου τοῦ καιροῦ, ἐφ' ᾧ ἐποίησαν οἱ Ἴωνες τὰς ἀποικίας καὶ διεσπάρησαν εἰς τόπους πλείονας. Manifestum tamen est hos quoque grammaticos nihilo ceteris peritiores fuisse. Nam nec Gregorius in libro suo quidquam discriminis inter dialectum Homeri et Herodoti animadvertit et grammaticus Leidensis diversissimos hujus dialecti scriptores miscens verbis supra positis addit, λέγρηται δὲ αὐτῇ Ὅμηρος τε καὶ Ἡσίοδος καὶ πολλοὶ ἱποποιοί, καὶ Ἀνακρέων καὶ Ἰππῶνας καὶ Ἡρόδοτος ὁ ἱστοριογράφος, καὶ Δημόκριτος ὁ φυσικός καὶ Ἰπποκράτης ὁ ἱατρός.

Epicos veteres Ionice scripserunt. Quam parum subtilem distinctionem esse patet, quum et epici poetæ multis usi sint vocabulis vocabulorumque formis vel ex aliis dialectis petitis vel propter metri heroici necessitatem inventis, quæ nunquam in communem ullius gentis Ionicæ usum sunt receptæ, qui autem præter Epicos Ionice scripserunt multis modis inter se discrepaverint, prout quisque vel nativam veterum Ionum linguam exprimere, vel dialectum epicam cum delectu quodam imitari, vel ad veterum Atticorum dialectum, quam ex Ionica originem duxisse constat, propius accedere propositum haberet. Cujus discriminis etsi suspicionem aliquam habuerunt unus alterque grammaticorum (4), parum tamen fructuosæ eorum observationes sunt, quæ eo fere redeunt ut scriptores dialecto Ionica alios puriore alios minus pura usos esse referant, quibus autem rebus dialecti illius major minorve puritas censeatur docere supersedeant. Itaque nihil aliud nobis relinquitur quam ut Ionicorum scriptorum libris qui integri supersunt perditorumque fragmentis diligenter pervestigatis, adhibitisque grammaticorum de formis Ionicis testimoniis, quas quisque scriptor leges secutus esse videatur indagare studeamus. Quæ res multis magnisque implicita est difficultatibus. Primo enim scriptorum antiquissimorum, quos cum recentioribus comparasse ad cognoscenda Ionismi initia et progressus gravissimi foret momenti, opera interierunt, quæ autem supersunt perexigui ambitus fragmenta pleraque omnia in linguam vulgarem translata exhibentur ab grammaticis. Deinde scriptorum Ionicorum superstium codices, labe jam antiquis temporibus contracta et quo frequentius opera illa describerentur tanto maiorem in modum aucta, incredibilem experti sunt librariorum et negligentiam et temeritatem. Nam quum librarii Homeri potissimum Atticorumque scriptorum lectioni assueti essent, alii, quo nullum est frequentius genus errorum, formis vocabulorum Ionicis Atticas substituerunt, alii genuinam antiquiorum codicum lectionem inferendis formis Homericis

(4) De Hecateo et Herodoto Hermogenes vol. 3, p. 399 ed. Walz. : Ἐκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος, παρ' οὗ δὴ μάλιστα ὠφέλῃται ὁ Ἡρόδοτος, καθαρὸς μὲν ἐστὶ καὶ σαφής, ἐν δὲ τισὶ καὶ ἡδὺς οὐ μετρίως, τῇ διαλέκτῳ δὲ ἀκράτῳ Ἰάδῃ καὶ οὐ μεμιγμένῃ χρησάμενος, οὐδὲ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ποικίλῃ, ἥτις ἐστὶν ἐνεκὰ γε τῆς λείξεως ποιητικῆς. Quocum Walz. comparavit recentiorum quorundam grammaticorum excerpta in appendice ad Greg. Cor. p. 679 et 910, quorum alter Hippocratem τῇ ἀκράτῳ Ἰάδῃ usum esse contendit, uterque autem Herodoto τὴν μεμιγμένην τῇ ποιητικῇ dialectum tribuunt. Contra Herodotus τῆς Ἰάδος ἀριστος κανὼν appellatur ab Dionysio Hal. vol. 6, p. 775,

et Ἰωνικῆς διαλέκτου κανὼν ὡς Ἀττικῆς Θεουκυδίδης a Photio Bibl. p. 19, 18. Samia dialecto usum esse hariolatur scriptor vitæ Herodoti ab Suida excerptus, non alio, ut videtur, argumento motus quam quod Sami commoratum esse constaret Herodotum. De dialecto Hippocratis Galenus vol. 12, p. 153 : ... ἐνίων μὲν γραφόντων « ἐγρῆν τὸν ἱητρὸν », ἐνίων δὲ χωρὶς τοῦ κατ' ἀρχὴν ε « χρῆν τὸν ἱητρὸν » · ἐστὶ γὰρ ἀμέλει καὶ τοῦτο σύνηθες τοῖς Ἀττικοῖς, ὧν τῇ διαλέκτῳ χρῆται κατὰ τι καὶ ὁ Ἱπποκράτης, ὡς ἀποφῆνασθαί τινες αὐτὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα. Ἐμοὶ δὲ καθ' ἕτερον ἰδίᾳ γράμμα μικρὸν ἢ φρονῶ περὶ τῆς Ἱπποκράτους διαλέκτου δεδῆλωται etc., et brevius vol. 8, p. 517.

interpolarunt, alii denique, qui præ ceteris sapere sibi viderentur, obscurum quendam sensum suum secuti falsaque analogiæ specie decepti formas finxerunt quæ ipsis quidem viderentur Ionicæ, revera autem nemini Græcorum veterum unquam essent auditæ. Verum ut in omni literarum gerere tanta est vis veritatis ut quantumvis obscurata tamen extirpari funditus nequeat, ita his minutis quoque in rebus, si quis numerosis quæ vel in codicibus relicta sunt vel e grammaticorum libris eruere licet veræ rationis vestigiis prudenter uti sciat, tenebræ, quibus hæc materia involuta esse vulgo creditur, si non omni, certe maxima ex parte dispelli posse videntur. In quo labore, quod ad Herodotum, attinet, post memorabiles aliorum conatus primus rectam viam ingressus est C. L. Struvius, Gymnasii dum viveret Regimontani doctor, editis Quæstionum de dialecto Herodoti speciminibus tribus a. 1828-1830, quibus ille pauca tantum quædam vocabulorum genera, sed eximia et diligentia et perspicacitate tractavit. Hujus igitur viri exemplum secutus ego reliquam laboris partem absolvere studui, omisso tamen quem addere facile, sed ab hujus scriptionis consilio alienum erat copiosiore doctrinæ apparatu, quem H. L. Ahrensius expositurum esse speramus, qui in explicandis linguæ Græcæ dialectis egregiam operam ponere cœpit. Mihi enim nihil aliud nunc propositum fuit quam ut tirones qui ad Herodoti lectionem accederent probabili hujus dialecti scientia imbuerem moneremque ut ab superstitiosa sibi caverent reverentia codicum, quorum auctoritate sola qui regi judicium suum patiuntur perinde faciunt ac si quis tesserarum jactu decernendum esse contendat quibus quoque in loco vocabulorum formis usus esse putandus sit Herodotus.



DIALECTUS IONICA HERODOTI

CUM DIALECTO

ATTICA VETERI COMPARATA.

§ 1.

De permutationibus consonantium.

Litera δ pro σ posita duobus tantum in vocabulis, ὁδμή ejusque compositis et ἱσμεν. De utroque dicetur § 21 in indice alphabetico

Z fuerunt qui pro δ positum esse crederent in vocabulo ζορχάδες, quod 4, 192 legitur, duobus in libris δορχάδες scriptum, quemadmodum κέρας δορχάδος legitur in omnibus 7, 69. Nihil caussæ est cur alterutra forma Ionicæ dialecto adscribatur, ut hoc quidem argumento judicari non possit utra forma usus sit Herodotus. Quum tamen probabilius videatur librariorum ζορχάς in δορχάς mutasse quam contra, ζορχάδος corrigendum videtur 7, 69. Eadem vocabuli ζάπεδον ratio est, quod pro δάπεδον dixit Xenophanes apud Athen. 11, p. 462, C. Id per μέγα ἱδαφος explicuit Hesychius: ex quo manifestum est fuisse qui ex ζα et πέδον compositum esse crederent. Mirus vero Heraclidis vel, quod credere malim, Eustathii Heraclidis sententiam referentis error de litera ζ pro γ ab Ionibus posita in vocabulo δλίζον, de quo is ita scribit p. 1643, 1, ut δλίζος δλίζη δλίζον dictum esse videatur, τὸ δλίζον δλίζον (hoc accentu) καθ' Ἡρακλείδην Ἴωνες φασιν οἱ νεώτεροι τῷ ζ ἀντὶ τοῦ γ γράμμενοι. Positivus hujus adjectivi gradus δλίγος est, dialectis nihil inter se discrepantibus, nisi quod Tarentini ὀλόος dixerunt. Comparativi forma poetica δλίζων et genere neutro δλίζον est, quæ ut aliorum adjectivorum gradus comparativi interdum ponitur ubi positivo locus est.

Positivi forma δλίζος nemini, ut opinor, Græcorum audita fuit.

Literarum x et π permutatio propria est adjectivis ποῖος πόσος πότερος et adverbii πῇ ποῖ ποῦ πῶς πόθεν ποτέ eorumque formis relativis ὅποιος ὁπόσος ὅπη etc. et adverbii compositis οὔποτε οὐδέποτε οὐδεπώποτε etc. quæ omnia Iones constanter per x scripta pronunciarunt κοῖος κόσος κότερος etc., quorum duo exempli caussa ponit Apollon. De synt. p. 61, 28: οὐ μὴν ἐπὶ τοῦ ποῖος καὶ τῶν ὁμοίων (τὸ δασὺ εἰς ψιλὸν μετατιθέασιν Ἴωνες), εἰ γὰρ κοῖός φασι καὶ κόσος· οὐ γὰρ διὰ τοῦ φ ἐδύνατο τὰ τοιαῦτα μόρια ἐκφέρεισθαι διὰ τὸ ἀνταποδιδόμενον φωνῆεν δασύ· ἀλλ' οὐδ' ἄλλο τι σύμφωνον ἐδύνατο παραδέξασθαι ἢ μόνον τὸ κ· δέδεικται γὰρ ὅτι καὶ ἀνταπόδοσις ψιλὸν ἀπαιτῇ σύμφωνον, ἀλλ' οὐδὲν εἰλείπετο ψιλὸν ἢ τὸ τ, ὅπερ κατετέτακτο εἰς τὸ τοῖος καὶ τόσος. De iisdem Gregorius Cor. p. 413: τῷ x ἀντὶ τοῦ π ἐν τοῖς ἐρωτηματικοῖς καὶ ἀναφορικοῖς κεχρησθαι εἰώθασιν, οἷον πόσα κόσα, ὁπόσα ὁκόσα, ὅπως ὅκως· inepte vero additur οὐ μὴν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, quod ex alio codice καὶ μὴν καὶ — scribendum. Eadem enim omnium istiusmodi vocabulorum ratio est, nisi quis ποδαπός et ὁποδαπός eximere velit, quod per π scriptum in libris omnibus 5, 13; 7, 218; 9, 16. Verum huic quoque adjectivo literam x recte restituisse arbitror Bekkerum.

Literæ x et χ permutantur in verbo δέχομαι quod Iones pro δέχομαι dixerunt, de quo v. § 21 s. v. Δέχομαι. Absurdum vero est quod quidam sunt commentarii πανταχῇ pro πανταχῇ dictum esse 2, 124, ubi nunc ex aliquot codicibus παν-

ταχῇ est restitutum, quæ forma in aliis omnibus legitur locis Herodoti.

Litera ξ pro duplici σ posita in formis adjectivorum δισός et τρισός Ionicis διζός et τριζός.

§ 2.

De consonantibus tenuibus (x π τ) pro aspiratis (χ φ θ) positis.

Eustathius p. 468, 32 : Ἰώνων ἰδία ἡ τῶν δασέων καὶ φιλῶν ἀντιμεταχώρησις εἰς τὰ σύστοιχα. Δηλοῦσι καὶ τὰ τοῦ γλυκέος Ἰωνος Ἡροδότου, τὸ ἐνοεῦτεν, τὸ κιθών, τὸ βάθρακος, καὶ πολλὰ τῶν κοινῶν καὶ ἰδιωτικῶν· τὰ γούν ἀκάνθια ἀγάντια τινές φασιν ἐφών ἀνδρῶν· ... Ἰωνικῶς δὲ ἰδιωτίζεται καὶ τὸ ἐκ τῆς χύτρας συντεθὲν μονόκυθρον. Apud Herodotum hæc literarum permutatio tribus constanter adhibita est vocabulis, ἐνθαῦτα ἐνθαῦτεν et κιθών. Substantivi χύτρα, quod κύθη Ionice dixit Herodes apud Stobæum Floril. 78, 6, nulum in Herodoti libris exemplum est : legitur vero χυτρίς 5, 88, et nomen loci Χύτροι 7, 176, quæ dubitari potest an κυθρίς potius et Κύθροι sint scribenda. Illud vero non dubium est, quin βάτραχος, quod sine ullo librorum dissensu legebatur 4, 131, in βάθρακος fuerit mutandum, quod ego restitui. Nam Eustathii de hac forma testimonium, laud dubie ex antiquiore grammatico excerptum, majus facit momentum quam codicum cunctorum auctoritas. Ceterum ex Eustathio interpolatus est Gregorius Cor. p. 414, ubi § 28 totam, quæ a quattuor codicibus melioribus abest, ejicere debebant editores.

Eandem legem Herodotus sibi scripsit in literis tenuibus spiritum asperum antecedentibus quum in compositione tum in elisione, quas Attici in asperas mutant, ille vero non mutatas servat, ἀπάπτειν ἀπικνέεσθαι ἐπηβᾶν ἐπορᾶν κατηγέεσθαι κατύπερθε, ἀπ' οὗ ἐπ' οὗ et alii omnia hujusmodi dicens. Nam quod ἀρείς 1, 77; ἀφελώματα 2, 114; ἀρείς 1, 206; 5, 106; ἀφήσειν 7, 193; ἀρείτο 8, 49; μέβεις 1, 37 et 39; ἐφεδρος 5, 41, in libris vel omnibus vel plerisque leguntur, librorum, non Herodoti culpa est, qui ubique consonantibus tenuibus usus erat, quemadmodum ἀπέλησθε ἀρείς ἀπήσοντες ἀπειθή alibi sæpius apud eum leguntur et ἐπέδρην 1, 75, et 5, 65 : de quibus restituendis jam Schæferus et Schweighæuserus cogitarunt. Denique καθώς 9, 82 in κατώς mutandum foret, nisi probabilior Schæferi emendatio esset καὶ restituentis. Faciliorem excusationem ἔφοροι habet, quod legitur 1, 65; 5, 41; 6, 63, 65, 82; 9, 7-11, 76. Hoc enim quum magistratus Spartani nomen

sit, Herodoto fortasse non opus visum est Ionicæ accommodare dialecto, quæ ἔποροι postularet. Similis Ἀφετῶν ratio est, quod nomen est loci terræ Magnesiæ ab verbo ἀφιέναι ductum, de quo Herodotus 7, 193 : ἐνθεῦτεν ἐμελλον ὑδρευσάμενοι ἐς τὸ πέλαγος ἀφήσειν (libri ἀφήσειν), ἐπὶ τούτου δὲ τῷ χώρῳ οὖνομα γέγονε Ἀφεταί. Id igitur per φ scriptum reliqui et hoc loco et infra c. 196, et 8, 4, 6, 78, 11, 12, 14, sed ubique correxi vitiosum accentum librorum Ἀφέται. Nam nomen esse oxytonum docet Herodianus apud Arcadium p. 114, 1 : τὰ εἰς τὴ παραληγόμενα τῷ εὐρίᾳ ὄντα βαρύνεται, Βρεμέτη Ὀκυπέτη Δημαρέτη· τὸ δὲ Ἀφεταί πληθυντικῶς λέγεται. Recto accentu scriptum apud Stephanum Byz. et in libris plerisque Diodori 11, 12; vitiose apud Plutarch. V. Themist. c. 7, et Strabon. 9, p. 436.

Easdem leges vix dubitari potest quin reliqui quoque scriptores Ionici sint secuti, licet librarii plerumque literas aspiratas substituerint, velut in libris Hippocratis et Aretæi, in quibus constanter sere ἀπικνέεσθαι, ἀφελικέστερος et alia hujusmodi leguntur, notata jam ab Heringa Observ. crit. p. 46.

§ 3.

De literis σσ.

Literas σσ, quæ in verbis et nominibus in τε mutantur in vulgari dialecto Atticorum, non solum Herodotus, sed omnes omnino scriptores Ionici servarunt non mutatas, ἀλλάσσω γλῶσσα θάλασσα Ὑμησσός et reliqua omnia hujusmodi dicentes, quemadmodum de Atticis quoque veteribus tragicis et Thucydides fecerunt.

§ 4.

De permutationibus vocalium.

Literæ α et ε paucis tantum quibusdam in vocabulis permutantur. Nam μέγαθος et ὑπερμεγάθος pro μέγεθος et ὑπερμεγέθος, τάμνω et τρέπω pro τέμνω et τρέπω dixit Herodotus : de quibus formis dicetur § 21 in indice alphabetico. Contra α in ε mutarunt Iones ἔρσην pro ἄρσην et τέσσερες τεσσαράκοντα et τέσσαρες τεσσαράκοντα dicentes.

Litera η pro α brevi Atticorum posita est in vocabulis διπλήσιος τριπλήσιος ceterisque hujus formæ numeralibus, λάξομαι λάξις, μεσαμβρή, ἀμφισθατῆ ἀμφισθασία : de quibus exponetur § 21 s. v. Διπλήσιος. Male vero in libris interdum τεσσαρήκοντα pro τεσσαράκοντα scriptum, et πεντηκόσιοι (p. 435, 20, 33, 36) pro πενταχόσιοι,

quod recte legitur alibi, ut p. 3, 20; 121, 3; 435, 51; 439, 6; 456, 53. Nam quod Homerus πεντηκῶσιοι metri caussa dixit Od. Γ, 7, nihil ad Herodotum.

Latissime apud Iones literæ η usus patet pro α longo Atticorum positæ, accommodate ad linguæ Ionicæ molliem, quod non fugit Aristidem Quintilianum De mus. p. 92 : ἡ Ἰὰς τὸ στερεὸν ὑποστελλομένη τοῦ α καταφέρεται πρὸς τὸ η· τὸ δὲ θῆλυ μὲν ἐστὶ κατὰ τὸ πλείστον. Ac primo quidem α in η mutatur in terminatione declinationis primæ in α et ας, velut αἰτή αἰτίης αἰτή αἰτίν, καρτερῇ καρτερῆς καρτερῇ καρτερῆν, θηλυδρίης θηλυδρίῃ θηλυδρίῃν, Στρυμονίης Στρυμονίῃ Στρυμονίῃν.

2° In nominibus tertiæ declinationis in ας literam α natura longam habentibus, velut θώρηξ ἱρηξ οἴηξ, θώρηκος ἱρηκος οἴηκος et reliquis trium numerorum casibus, et derivatis, velut θωρηκοφόρος et οἰκίζω pro θωρακοφόρος et οἰακίζω.

3° In nominibus quibusdam tertiæ declinationis in ᾱ : quale est epicum Τιτῆνες pro Τιτᾱνες. Apud Herodotum præter Αἰνιῆνες vel Ἐνιῆνες 7, 132, quod Homero præeunte dixisse videtur, unum, ni fallor, hujus generis exemplum est Ἀκαρνῆνα 7, 221, quod si recte legitur, Ἀκαρνανίη 2, 10, et 7, 126, necessario Ἀκαρνῆνῃ scribendum erit. Sed vereor ne Herodotus Ἀκαρνᾶνα potius dixerit. Alia ejusdem terminationis nomina sunt Ἀγριᾶνες 5, 16, Ἰνδᾶνες 4, 186.

4° In adverbis in ᾱ et ᾱν terminatis, velut λάθρη λίην πέρην.

5° In paralexī substantivorum et adjectivorum eorumque derivatis : qualia sunt θυμίμα, τρικάρηνος, Ἰστρινός Παρινός Σαρδινός, Στῆσῶν, τήρης, ἀνιτρός, θυμῆσις, Ἀλικαρνησός Παρνησός, θυμιατῆρ θυμιατῆριον, θεητής, Κρηστωνιτής Κροτωνιτής Παρωρεήτης (quod recte scriptum 8, 73 : unde correxi quod 4, 148 legabatur Παρωρεάτας) Ποτιδικιτής Σπαρτιήτης Σπαρτιήτης Σπαρτιητικός, θεητός ἀξιοθέητος περητός νηυσιπέρητος, Δημάρητος Λυκάρητος, θέητρον, ἱστιῆτωρ ἱστιητόριον. Servatum α apud Herodotum 5, 68 in nominibus Doricis Ὑᾱται Ὀνεᾱται Χοιρεᾱται. Neque Θεασίδης, hominis Spartani nomen, in Θεσιδης mutatum 5, 85.

6° In commissura vocabulorum compositorum : qualia sunt apud Herodotum γενεηλογέω ἀντιγενεηλογέω, διήκονος διηκονέω, λοχηγέω, ναυηγέω ναυηγῆ ναυήγιον, σειρηφόρος, σκιητροφέω, et in nomine proprio hominis Thebani Τιμηγενίδης 9, 38 (ubi var. lect. Τιμογενίδης) et 86, quod servata partim forma Ionica Τιμηγενίδας scri-

ptum apud Pausan. 7, 10, 2. Non mutatur vero α in aliis, ut ἰθαγενής et καρδίακῶν.

7° In formis quibusdam verborum in αω, de quibus infra dicetur § 19.

8° In aliis vocabulis multis, quæ quum certis regulis non sint adstrictæ, sola usus observatione cognoscuntur. Horum exempla hæc sunt apud Herodotum.

Ἀδρηστος (Non fugitivus) 4, 142, et nomen proprium Ἀδρηστος pro Ἀδραστος 1, 35 seqq., 5, 67, 68, præeuntibus Epicis, qui et hoc nomen et alia ejusdem familiæ (Ἀδρηστειν Ἀδρηστινή) per η scripserunt, utpote ab verbo διδράσκω ducta, cujus α longum Iones per omnia tempora et in derivatis in η mutarunt, ἀποδιδρᾶσκω ἀπέδρην ἀποδρῆναι ἀποδρῆσομαι ἀποδρῆσις δρησμός dicentes. Ejusdem stirpis est δρηπέτης, quod legitur 6, 11, et verbum διεδρηπέτευσσε quod restitui 4, 79, ubi libri διεπρήστευσσε vel ἐπρήστευσσε.

Γῆδειρα pro Γάδειρα 4, 8.

Δηκόσιοι pro διακόσιοι.

Ἐγῶ pro ἔαγα præteritum verbi ἄγνυμι, ut δόρατα κατηγότα 7, 224. Aoristi, qui apud Atticos ἔαξα, apud Homerum ἦξα est, nulla apud Herodotum exempla sunt. Substantivis κάτημα et κάτηξις frequenter utuntur medici Ionici, licet ἄγμα, non ἦγμα dicatur.

Εὐφρήτης pro Εὐφράτης 1, 185, 191; 5, 52.

Ἡῆρ pro ἡήρ 1, 172; 4, 31.

Ἰήλυσος 1, 144.

Ἰήπυγος Ἰηπυγῆ 3, 138; 4, 99; 7, 170.

Ἰήσων 4, 179; 7, 193.

Ἰητρός et ἰητριχός 2, 84; 3, 129, al.

Κρητήρ et ὑπακρητηρίδιον pro κρατήρ et ὑποκρατηρίδιον, ἀκρητος pro ἀκρατος, ejusque composita ἀκρητοπότης ἀκρητοποσίη.

Ληός et νηός pro λαός et ναός, de quibus infra dicetur in indice forinarum Ionicarum alphabetico.

Λήρισται et Ληριστιός 1, 149; 9, 1, 58.

Ναηνίης et νεηνίσκος.

Οἰκίζειν 1, 171.

Πιπρήσκω, πέπρηκα πέπρημα ἐπρήθην, et derivata πῆσις et πρητήριον.

Πρήσσω per omnia tempora et derivata πῆγμα πῆξις πῆγῃτων πρηγματεύεσθαι πολυπρηγματεύειν, cum nominibus propriis, qualia apud Herodotum sunt Πρηξίλειος et Πρηξίνος. Simile etiam Persicum nomen Πρηξάσσης.

Πρηός et προήνιον.

Ῥηιδίως pro ῥαδίως et ῥηστωινη pro ῥαστώνη.

Ῥηχίη pro ῥαχία 2, 11; 7, 37; 8, 129; et ῥηχός vel ῥήχος 7, 142, pro ῥαχος.

Συρήκουσαι et Συρηκόσιος 7, 155 seqq.

Σπρηγίς 3, 41; 7, 69.

Τριηκάς 1, 65, et τριήκοντα cum compositis (τριηκονταίτις τριηκόντερος), τριηκοστός et τριηκόσιοι.

Τηύγετον 4, 145.

Τρηχύς et τρηχίως pro τραχύς et τραχίως, pariterque Τρηχίς et Τρηχίνιος 7, 175, 198 seqq.; 3, 31.

Φρήτρη pro φράτρα 1, 125. Eadem forma utitur Pseudo-Herodotus in Vita Homeri c. 31: sed a servatum in φράτορες ibid. et c. 29.

Φλυηρέω pro φλυαρέω 7, 103, 104.

Litera η ab Ionibus pro ω ponitur in adjectivis gentilibus in ωτης et ωτις: quorum exempla apud Herodotum sunt Ἀμπρακινήτης Θεσσαλιῷτις Ἰστιαίητις Μαϊήτης Μαίητις Φθιήτης Φθιήτις, in libris non raro per literam ω scripta, quod notavit Wessel. ad 4, 20.

Litera ι pro ε posita est in vocabulo ἱστῆ pro ἱστία ejusque derivatis: de quo v. indicem alphabeticum s. h. v.

Literæ ιε in ι longum contrahuntur in adjectivi ἱερός forma Ionica ἱρός ejusque derivatis: de quo v. indicem s. v. ἱρός.

Literarum ω et η ab Ionibus permutatarum duo exempla memorat Eustath. p. 484, 3, verba πώσσω et ῥώσσω pro πτήσσω et ῥήσσω dicta. De priore v. indicem alphabeticum alterius verbi nulla apud Herodotum exempla sunt.

Diphthongus αυ in ωlautata ab Ionibus in vocabulis ὠμα et τῶμα eorumque derivatis pro θαῦμα et τραῦμα. De his dictum ab nobis in indice s. v. Θῶμα. Duo alia, κῶμα pro καῦμα et ὠριον pro αὔριον, addunt grammatici in Append. ad Greg. Cor. p. 654, 698, quibus nemo facile fidem habebit, nisi graviora accesserint testimonia.

Literarum οη contractionem in ω præter numerale ὀγδώκοντα tribus tantum verbis adhibuit Herodotus. Eorum primum est βοᾶν, cujus aoristi activi forma Ionica est βῶσαι (et compositum ἀμβῶσαι), medii ἐπιβῶσασθαι προσβῶσασθαι, futuri ἐπιβῶσεσθαι et καταβῶσεσθαι, aoristi passivi ἐβῶσθην et præteriti βεβῶμένος. Et has quidem formas librarii satis diligenter servarunt. Tanto major in verbo βοηθῆεν eorum inconstantia fuit, quod modo sic modo βοθῆειν scripserunt, pariterque in ceteris temporibus verbi quum simplicis tum cum præpositionibus ἐκ, ἐπὶ et πρό compositi. Ego formam legitimam constanter restitui, quemadmodum in Thesaurο Stephani vol. 2, p. 305, præceperam, intactum vero reliqui βοηθός 5, 77; 6, 100. Nam fieri potest ut alia verbi, alia substantivi ra-

tio sit. Tertium denique verbum νοῖσαι est, cujus contracti exempla reliquerunt librarii, ἐνώσας 1, 68 et 86; ἐνενώχασι 3, 6; ἐνένωτο 1, 77; ἐνένωντο 7, 206; νενωμένου 9, 53; διενένωντο 7, 206. Quo indicio ἐπενώθη et ἐπινωθῆναι restitui 3, 122; 6, 115; et ἐπινώσας νόσας νόσαντες 1, 48; 2, 104; 4, 118; νόσωσι 8, 97; ὑπονώσαντες 9, 99, quæ omnia in libris per οη scripta sunt. Quæ literæ servantur in adjectivo νοήμων 3, 34, et substantivo νόημα 3, 80, nisi hoc νόμα scribendum. Νένωνται ex Aethlii Ὠροῖς Samiorum attulit Etym. M. p. 601, 26. Ceterum contractio illa ne ab Atticorum quidem usu plane aliena fuit, quanquam sermonis poetici finibus inclusa. Nam βῶπον et βῶσομαι Cratinus et Aristophanes dixerunt, de quo vid. Thesaur. Steph. vol. 2, p. 301, et νέωνται ex Sophoclis fabula perdita (fr. 191) memoravit Etymol. M. p. 601, 20. Liberiore contractionis forma usi Æschylus et Sophocles κατίβῶ et νῶ pro κατίβῶα et νῶα dixerunt: de quo exposui ad Soph. El. 882. Non minus singulare est νοῦνται, quod pro νοέονται vel νοῦνται dictum ex Democrito memoratur in Etym. M. p. 601, 27.

§ 5.

De diphthongis.

Diphthongus αι pro α longo Atticorum ponitur ab Ionibus in vocabulis αἰστός καίω et κλαίω. Neque αἰεί dixerunt, sed αἰεί, ut Epici: de quo infra exponetur in indice. — De diphthongo α in η vel ηῖ ab Ionibus mutato v. s. v. Μηών.

Ei pro ε est in εἰλάσσειν εἰνακόσιοι εἰνατός εἰνεκαν εἰρεσθαί εἰρύειν εἰρωτᾶν εἰρώτημα εἰρώτησις καινός ξείνος στεῖνός. Porro ἐννυσθαί, abjecto altero ν, in εἴνυσθαί mutatur.

Contraria ratione ei diphthongus in ε transit 1° in nominibus quibusdam proparoxytonis in εια vel ειος terminatis, velut ἐπιτήδεος et ὑπώρεα. 2° In formis femininis adjectivorum in υς, εια, υ, ut θήλεα pro θήλεια, ἰθία πλατεία pro ἰθεία πλατεία. 3° In comparativis χρείσων et μέζων pro χρείσων et μείζων. 4° In temporibus quibusdam verbi δεικνύναι, in verbo ἔργω pro εἰργω, in præterito ἔωθα pro εἰωθα. Sed hæc singula infra tractabimus suis locis.

Eu pro εο Ionico vel ου Attico est 1° in pronominibus ἐμεῦ σὺ εὖ τεῦ τσου δευ pro ἐμοῦ σοῦ οὗ τοῦ (i. e. τίνος) του (i. e. τινός) δτου.

2° In adjectivi πλέων formis iis quæ in dialecto vulgari εο habent, ut πλεῦν πλεῦνος πλεῦνας pro πλέον πλέονος πλέονες.

3° In formis verborum in εω quæ in dialecto

communi ου habent ex eo vel ου contractum, ut καλεῖται καλεῦνται ἐκάλεον καλεῖσα καλεῦντος καλεῖσθης. Eodem modo ου in futuris aliorum verborum diphthongum ου ex eo contractam habentibus in ευ mutatur, ut ἀπολεῦντες ἀπολεύμενος ἀποθανεύμενος. Magna tamen in his formis exhibendis inconstantia est in libris Herodoti modo formas solutas (εο) modo contractas (ευ) præbentibus.

Diphthongus ου ab Ionibus paucis quibusdam in vocabulis pro littera ο simpliciter ponitur. Ea sunt apud Herodotum substantivorum γόνυ et δόρυ casus trisyllabi γούνατος γούνατι δούρατος δούρατι etc., μῶνος νοῦσος Οὔλυμπος οὔνομα οὔρος (i. e. ὄρος) οὐρίζειν (pro ὀρίζειν) οὔρος (i. e. ὄρος), cum derivatis et compositis omnibus, excepto fortasse verbo νοσέω : de quibus omnibus explicatius dicetur infra in indice alphabetico. Minus certa diphthongus videtur in nomine Μουρυχίδης 9, 4 et 5.

De diphthongis ει in ε et ου in οο solutis infra dicetur ubi de declinatione et conjugatione agetur. Literas οε, quas Attici in vocabulis compositis multis in ου contrahere solent, solutas servant Iones. Ex quo genere apud Herodotum exempla plura sunt verborum cum πρό compositorum, quibus diphthongum Atticam passim intulerunt librarii, ut προέβαινε προέβαλε προεβύμετο προεμαντεύσατο προέπεμψαν προετίετο et composita quædam cum έτος et έργον, ut τριακοντοέτιδας σπονδάς 7, 149 (quas τριακοντούτιδας dixit Aristophanes), Λυκιοεργάς 7, 76, ἀγαθοεργή 3, 154, 160 (unde ἀγαθουργίαν attulit Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 78, 14, compositionem vocabuli, non formam spectans), ἀγαθοεργός 1, 67, δημοεργός 7, 31, quod restituendum 4, 194, ubi libri δημιουργός, et fortasse κακοεργοί pro κακοῦργοι 1, 41. Tertia quædam, sed suspecta forma est ἱροργίαι in codice Mediceo aliisque nonnullis 5, 83, ubi ceteri ἱουργίαι, quod ἱροεργίαι scribendum. Servatur vero diphthongus in nomine Λυκούργου.

§ 6.

De diæresi.

Diæresis diphthongi ει duplex est : nam aut utraque vocalis servatur non mutata, ut in dativis tertiæ declinationis βασιλεῖ πάθει pro βασιλεῖ πάθει, aut ε producto ηῖ scribitur, quod fit in substantivis paroxytonis in εία, properispomenis in εῖον, et adjectivis in εῖος, εία, εῖον. Quarum formarum exempla apud Herodotum sunt 1º de nominibus in εία, αἰδρητή (nam sic ex codd. cor-

rigendum vulgatum αἰδρήει 6, 69) ἀνδρητή βασιλήϊ δουλήϊ ἐπιστρατήϊ ἑταιρητή θεραπετήϊ κηρυκῆϊ λήϊ μανητήϊ πολιτήϊ προμαντήϊ πρυτανήϊ σατραπήϊ στρατήϊ. Suspectum igitur νηστείας 4, 186.

2º De nominibus in εῖον, ἀγγήϊον ἀριστήϊον ἐργαλήϊον ἱρήϊον μαντήϊον νεκυομαντήϊον πορθμήϊον πρυτανήϊον σημήϊον ὁδρήϊον χαλκήϊον.

3º De adjectivis in εῖος, ἀγγαρήϊος ἀνδρήϊος ἀγρήϊος γυναικῆϊος ἑταιρήϊος Καδμήϊος Κήϊος οἰκῆϊος (cum derivatis, nisi libri fallunt, οἰκηότης 6, 54, et οἰκηιοῦσθαι 1, 94; 4, 148; et 3, 2, quo loco libri non pauci οἰκειῦνται, quemadmodum in omnibus scriptum 1, 4).

Librarii etsi in his formis exprimendis non raro ad communis dialecti consuetudinem aberrarunt, tot tamen rectæ scripturæ exempla reliquerunt ut vocabula supra ab nobis apposita nihil plane dubitationis habere et sex tantum alia ab mutatione diphthongi exempta esse videantur, Δαρείος Ἀργεῖος Ἠλείος Καδμείος (nisi quod Καδμήϊα γράμματα legitur 5, 59) ἐρκείος θεῖος : nam Διονύσω τῷ Βαχχείω, quod bis legitur 4, 79, in Βαχχέϊω mutandum videtur, δευτερεῖον autem, cujus numerus pluralis δευτερεῖα et δευτερεῖοις legitur 1, 32, et 8, 123, non dubito quin δευτερήϊον sit scribendum ut ἀριστήϊον. Nec στυπεῖον recte habere videtur 8, 52.

Formæ patronymicæ εἰδης in ηῖδης mutatae unum apud Herodotum exemplum est nominis proprii Βασιληῖδew 8, 132. Servatur diphthongus in aliis, qualia sunt Ἡρακλειδης et gentilia Ἡρακλειδαί et Περσεῖδαί.

Nomina paraproxytona in εια εῖον εἰος diphthongi mutationem non admittunt, exceptis Ἀρήϊος βασιλήϊος Ποσειδήϊον, quæ jam ab veteribus Epicis sunt usurpata, et paucis aliis, quorum partim incerta auctoritas est, ἀθρωπήϊος Ἀχιλλῆϊος Βορήϊος Εὐρωπήϊος Φοιβήϊος κηλωνήϊον κηρυκῆϊον et Λιμενήϊον 1, 18, cujus loci nomen Λιμένειον est apud Suidam. Epici λαιστήϊα, quo Herodotus utitur 7, 91, hæc sola usitata forma est. Manifesta vero librariorum peccata sunt quæ passim in codice uno alteroque leguntur ἀληθῆϊη ἀτρεκῆϊη ἱρήϊη σιτοδῆϊη προσαστήϊον, pro ἀληθῆϊα ἀτρέκῆϊα ἱέρεια σιτόδῆϊα προάστειον, et ζεινηῆϊη adeo pro ζεινήϊη in libris pluribus 3, 39.

Diphthongus Attica η in ηῖ dirimitur ab Ionibus in vocabulis κληῖς κληῖω κληῖζω χρηῖζω ληῖζομαι ληιστός Θρηῖκη Θρηῖκες.

Diphthongus οι in οἶ solvitur ab Ionibus in nominibus οἷς et οἰστός. De priorē testem habemus Aristophanem Pac. 930 : X. οἶ. | T. οἶ, X. ναι̣ μα̣ Δῖ. T. ἀλλὰ τοῦτό γ' ἔστ' Ἴωνικόν | τὸ

ῥῆμ'. X. ἐπίτηδες οὖν, ἵν' ἐν τῇ κλησίᾳ | ὡς γρὴν
πρὶς τοῖν λέγων τις οἱ καθήμενοι | ὑπὸ τοῦ δέους
λέγῃς Ἰωνικῶς δέ, quod homini Attico olī di-
cendum fuisset. Genitivus et accusativus pluralis
δίων et δις est apud Herodotum 2, 42; δὴν et
δίας apud Lucianum De dea Syr. c. 49, 54, 55.
Alterius, διστός, qua forma Epici quoque sola
utuntur, exempla apud Herodotum sunt 4,
70, et 5, 105. Ibidem et tribus aliis locis (3,
36, 156; 7, 12) verbum καταπροξέσθαι legitur,
quod Atticos καταπροξέσθαι pronunciassent, non
καταπροξέσθαι, ut in codicibus scribi solet, poe-
tarum exempla arguunt.

Diphthongus ω in ωῖ solvitur apud Herodo-
tum in adjectivis μητρώιος et πατρώιος, in quibus
præverunt Epici, et in ἡρώϊον, πρώϊ et πρώϊος,
servatur vero in nominibus ζῶν Κῶος Ἀγελῶος
Γελῶος aliisque: cujus discriminis rationem non
perspicio. Itaque hæc quoque cum diæresi scri-
benda esse censeo.

§ 7.

De iota demonstrativo.

Iota demonstrativi, cujus frequens in vulgari
Atticorum sermone usus est, nullum apud He-
rodotum exemplum reperitur præter νυνί 7, 229.
Quam formam quum librarios interdum pro νυν
intulisse constet, solitarium illud exemplum
Herodoti merito in suspicionem vocavit L. Din-
dorfius in Thesaurο Stephani s. v. Νυν. Nec mul-
tum profuerit ταυτί comparasse, quod avud Lu-
cianum legitur De dea Syr. c. 23.

§ 8.

De ν ἐφέλκυστικῷ, de hiatus et de crasi.

N ἐφέλκυστικόν, quo Attici hiatus vitandi
caussa uti solent, alienum videtur ab Herodoto,
cui utendi eo causa nulla fuit, quum dialecti
Ionicæ mollities vocales hiantes minime defu-
giat. Nam quæ in veteribus editionibus non pauca
reperiuntur additæ hujus literæ exempla, plera-
que omnia bonorum codicum auctoritate remo-
vere licuit recentioribus editoribus.

Difficilius est de elisione vocalium judicium
facere: in quo genere etsi librarii ut in aliis
scriptoribus quibusvis, ita in Herodoto quoque
parum diligentes se præbuerint, tamen si quis
omnem exemplorum copiam pervestiget, non
obscura quædam rectæ rationis vestigia relicta
esse animadvertet. Ac primo quidem illud cer-
tum haberi posse videtur, Herodotum elisionem
constanter adhibuisse præpositionibus, quæ
elisa syllaba altera accentum amittunt, ἀνά ἀντί ἀπό διά κατά μετά παρά ὑπό. Eadem ἄλλα
particulæ ratio esse videtur, excepto, quod

sponte intelligitur, ubi sequitur pronomen re-
flexivum οἱ, ut p. 426, 29. Præter ἄλλα nulla
alia particula frequentius elisionem patitur
quam δέ; quamquam non elisæ non minor exem-
plorum copia est, ita ut ad liquidum in tanta
librorum fluctuatione perducere non possit ubi
elisionem vel admiserit vel non admiserit He-
rodotus. Porro οὐδέ οὔτε, μηδέ μήτε et τε pas-
sim eliduntur: rarius γε, ut p. 355, 28; 368,
20. Ceterarum elisionum exempla sunt in edi-
tione nostra εἴτ' p. 131, 17; 210, 53; εἴτ' 284;
37; 373, 4; ἡδ' 96, 6; τὸδ' 324, 47; τῶνδ' 130,
6; 336, 2; τοῦτ' 146, 5; 200, 53; 413, 40;
ταῦτ' 99, 54; τοιαῦτ' 323, 7; ἡμέρη 162, 22,
et 440, 52 (quo altero loco libri nonnulli ἡμα),
ἡμ' αὐτῷ 211, 3; ἄρ' 441, 47; ἄρ' 435, 1; ἐστ' ἄν
239, 3; 356, 31; 386, 32; 400, 13; 424, 32, 46;
425, 21; ὥστ' 167, 8; (non παραυτί' quod Bek-
kerus intulerat p. 361, 43); ἔχ' ἡσυχος 401, 18;
ἐχοιμ' ἄν 261, 9; βούλοιτ' 223, 16; γίνοιτ' 77, 24;
δεξαίαντ' 145, 32; ἀπηλαύνειτ' 149, 20; μέφοιτ'
334, 27; ὀρθοίτ' 346, 13; γεινοίαντ' 346, 23, γέ-
νοιτ' 411, 40; in quibus haud dubie plures sunt
quæ non Herodoto, sed librariis debentur.

Conjuncta cum hac quæstione crasis est, cu-
jus ipsius quoque usus finibus apud Herodotum
circumscribitur est aliquanto quam apud scri-
ptores Atticos arctioribus. Nam paucis tan-
tum quibusdam vocabulis cum articulo vel par-
ticula καί coalescentibus crasin Herodotus, etsi
non constanter, adhibuit. Est autem crasis ar-
ticuli forma duplex, altera quæ communis ei
est cum Atticis, cujus exempla sunt τὰλλα et
ταῦτά, quibus sæpissime utitur, τὰγάματα,
τὰνθρώπου, τὰληθείας; altera Ionica, ὠνῆρ ὠνδρες
ὠνθρωπος ὠνθρωποι ὦλλοι ὠτός ὠτοί τῷτό τῷ-
γάμα τῷληθές τῷρχαῖον τῷπό (p. 67, 5; 146, 21);
τῷποδαῖνον (p. 97, 22); οὔτερος (p. 46, 28, 29;
159, 18); τοὔτερον (p. 10, 36): quæ omnia per
α longum et αυ efferre solent Attici, ἀνῆρ ἄνθρω-
πος et reliqua dicentes, αὐτός αὐτοί ταυτό et ἄτε-
ρος θάτερον. Dixit de hac crasi Gregorius Cor.
p. 415 seqq., recte ille notans ineptum quorun-
dam commentum, qui quum ὠνθρωπος nomina-
tivo casu dictum viderent, accusativum finxe-
runt ὠνθρωπον, cujus erroris particeps est
Joannes Grammaticus p. 372, et qui ὠκινάκης
ab Herodoto pro ἀκινάκης dictum esse commen-
tus est grammaticus, de quo infra dicetur s. v.
Ἀκινάκης. De ὦλλοι Etym. M. p. 821, 39: ὦλλοι
(cum spiritu leni: nam sic hæc in codicibus,
etiam apud Herodotum, non raro scribuntur,
de quo dixit Buttmann. Gramm. vol. I, p. 120),
ἀντὶ τοῦ οἱ ἔλλοι· αἱ τοιαῦται δὲ συναλοιφαὶ τῆς

δευτέρως εἰσιν Ἰάδος, ἥ Ὅμηρος οὐκ ἐχρήσατο. Quæ notatio referenda fortasse ad Apoll. Rh. 1, 1081 : ὅλλοι μὲν βὰ πάρος δεδμημένοι εὐνάζοντο· ubi hanc συναλοιπὴν τῆς νευτέρως Ἰάδος esse annotavit scholiasta, reprehendens Zenodotum, qui ὅλλοι pro ἄλλοι Homero intulerit, de quo vid. schol. Hom. Il. B, 1, et K, 1. Quod qui improbarunt, articulum ab Zenodoto additum reprehendere debebant, non crasin, quam non plane alienam etiam ab veterrimis epicis fuisse, Homericum οὐτός (Il. E, 396) docet et quod octies in Iliade, semel in Odyssea legitur ὤριστος ex δ ἄριστος contractum.

Præter hæc crasis exempla aliud olim satis frequens apud Herodotum ferebatur, τοῦνομα ex τὸ ὄνομα more Attico formatum. Verum quum Herodotum non ὄνομα, sed οὔνομα dixisse constet, quod crasin cum articulo non fert, et ingens locorum numerus sit in quo τὸ οὔνομα libri optimi præbeant, nemo tam superstitiosus erit qui τὸ οὔνομα constanter ab me restitutum improbet et τοῦνομα revocari velit, quod librarii posuerunt Atticæ dialecto assueti.

Crasis cum particula καὶ perpauca apud Herodotum exempla reperiuntur, quorum duo (p. 9, 41; 119, 33) ad usitatum illud καλὸς καγαθὸς pertinent, quod vix quisquam Græcorum καλὸς καὶ ἀγαθὸς dixit; tria alia, κακῆϊτι p. 112, 1, κακείνον p. 438, 31, et καμοί p. 160, 31, in medio relinquimus utrum Herodoti an librario- rum sint, qui καὶ ἄν, in quo omnes consentiunt p. 216, 26, alio loco (p. 352, 54) in duobus codicibus in καὶν mutarunt. Illud vero extra dubitationem positum esse puto, Herodotum, qui centies dixit καὶ ἔπειτα (vel ἔπειτεν), non uno in loco (p. 97, 51) καῖπειτα scripsisse. Hoc igitur correxi.

§ 9.

De declinatione prima.

a) DE NUMERO SINGULARI.

Littera α, ubi in terminatione nominativi longa est, per omnes casus in η mutatur, ut ἔδρη ἔδρης ἔδρη ἔδρην, ἰσχυρὴ ἰσχυρῆς ἰσχυρῇ ἰσχυρῇν, ubi brevis, non mutatur nisi in genitivo et dativo. Sic ἀλήθεια ἀληθείης ἀληθείῃ ἀληθείαν, εὔνοια εὔνοίης εὔνοίῃ εὔνοϊαν, μία μιῆς μιῇ μίαν. Librarii vero duorum illorum casuum forma Ionica decepti litteram η non raro etiam nominativo et accusativo impertiverunt, ἀληθείῃ ἀληθείην, εὔνοίῃ εὔνοίην, μοίρῃ μοίρην, μίῃ μίην et alia huiusmodi scribentes, ut ἀναιδείην 6, 129; εὐπειτείῃ 5, 20; εὐτελείην 2, 92; ἱρεΐῃ 5, 72; 8, 104; Ἰστιαίην 8, 23, 25, 66; Ποτιδαίην 8, 128 (sed Ποτίδαϊαν ib. 129); πολυτελείην 2, 87; πρεσβυγε-

νείην 6, 51; ὑγίειν 2, 77. Quæ vitiosa esse bene perspexit Schweigh. in Lexico s. v. Ἑῖς, Μηδείς, Μοῖρα et Πρόνοια, et convelluntur multo maiore rectæ formæ exemplorum numero, velut ἄδεια ἄμιλλα ἀπόπειρα ἄρουρα βασιλεία γέφυρα δίαιτα διάπειρα ἐμμέλεια ἐπιμέλεια εὐμένεια μεγαλοπρέπεια περιφάνεια, Αἰγίλεια Αἰγίνα Αἰνεία Ἀμφίκαϊα Ἀνόπαια Δάικαϊα Ἐλάτεια Ἐρύθρεια Εὐβόρεια Ἑράκλεια Θέσπεια Ἰριγίνεϊα Κώμβρεια Λάκκινα Λεβάδεια Μαρώνεια Πλάταια Προμένεια Σήπεια Φώκεια Ψυτάλεια. Itaque πῶρην quoque, quod in libris omnibus legitur 1, 194, in duobus 7, 180, in πῶρην mutandum esse censeo, nisi altero loco aliorum codicum lectio præferenda ἐπὶ τῆς πῶρης. Nam quod Apoll. Rh. 1, 372, metri causa πῶρην dicere ausus est (sic enim vulgatum πῶρην recte correxit Lehrsus), nihil ad Herodotum facit, cui ab communi usu discedendi causa nulla fuit. Sic Νύση metri causa dictum in Hymno Homérico in Bacch. v. 8, Herodotus vero legitima usus forma Νῦσαν dixit 2, 146: unde correxi Νύσην, quod legebatur 3, 97, uno in codice νῆσσαν scriptum. Eadem de causa suspecta habeo Σύμρην et Σμύρην pro Σύμρνα et Σμύρναν dicta 1, 14, 16, 94, 149, 150; 2, 106; quod non defenditur exemplo Homérico Ἰπῖγρ. 4, 6: Αἰολίδα Σμύρην ἀλιγείτονα. Recta scriptura Σύμρνα et Σμύρναν servata in Ps.-Herodoti Vita Hom. c. 2, 8 et 38.

Nominum in ας et ης exeuntium declinatio Ionica est ης, εω, η, ην. Sic

Ἀρισταγόρης, βορέης, νηνίης, δεσπότης.

Ἀρισταγόρῃ, βορέῃ, νηνίῃ, δεσπότηω.

Ἀρισταγόρη, βορέῃ, νηνίῃ, δεσπότη.

Ἀρισταγόρην, βορέην, νηνίην, δεσπότην.

Servatum α in nomine Θήρας 4, 147, 148, et genitivo Θήρα ib. 148, 150, et nomine Θανύρα 3, 15, de quibus dubites. Illud vero non dubium quin Ἀριστέας vulgo lectum 7, 137, in Ἀριστέης fuerit mutandum, ut 4, 13 seqq. scribitur.

Nominum in εις exeuntium genitivum libri non raro extrito altero ε scriptum exhibent, ut βορέω Ἀνδρέω Πυθέω. Quas formas fuerunt qui Homericis quibusdam defendi posse putarent genitivi βορέω trisyllabi exemplis, quibus mihi nihil effici videtur. Nam si poetæ litteram ejicere quam synizesin duabus ultimis syllabis adhibere maluerunt, rationem secuti sunt idoneam. Quæ quum nulla sit in oratione prosa, ego plenam forinam εἶω ubique vel ex codicibus vel ex conjectura restitui, quum præsertim librariorum viderem etiam aliis in formis pluribus, de quibus infra suis locis dicetur, alterum de duobus juxta se positum ε non raro neglexisse.

Genitivi formæ communis in ου tria apud Herodotum exstant exempla. Primo Κυνέου 6, 101, quod necessario Κυνέω scribendum, nisi nominativum Κύνεος esse voluit Herodotus, quod parum probabile propter nomen simillimum Κινέας sive Ionice Κινέης apud Herodotum 5, 63, aliosque : quod fortasse illi quoque loco restituendum, licet in scriptura per υ consentiant libri Pausaniæ 7, 10, 2. Eadem de nomine Δασκύλου dubitatio est, quod ego Δασκύλω scripsi 1, 8, qua forma usus est Alexander Anth. Pal. 7, 709 : αὐτὸν με τυράννων | ὄψιν καὶ Γύγω μείλιονα Δασκύλω. Denique Αἰσχροῦ quoque nomen, quod adhuc legebatur 8, 11, in Αἰσχροῦ mutandum foret, nisi probabilior esset quam ex optimis codicibus restitui scriptura Αἰσχροῖου. Cujus nominis exemplum est in inscriptione Attica ab Welckero edita in Museo Rhenano (a. 1842) vol. 2, p. 318, 13 : ἐπὶ Αἰσχροῖου ἀρχόντος. Similiter Φιλαιῶν nomen in Φιλέου corruptum in libris pluribus 6, 35.

Accusativus nominum in ας et ης ab Ionibus non solum in ην, sed etiam in εα terminatur ad tertiam declinationem aberrantibus, quemadmodum vicissim Attici accusativum et singularem et pluralem ac nominativum pluralem nominum propriorum in ης tertiæ declinationis interdum primæ accommodarunt, Ἀριστοφάνην Ἀριστοφάναι et Ἀριστοφάνας pro Ἀριστοφάνη et Ἀριστοφάνεις dicentes. Prioris vero generis exempla apud Herodotum sunt nominum Ἀλυάττεα Ἀμύντεα Ἀράξεια Ἀρισταγόρεα Ἀρτεμίδα Γηρυόνα Γύγεια Δηϊόκεια Ἐπιόλτεα Εὐαλκίδια Εὐρυβιάδια Ἰπποκλείδια Καμύσσεια Λευτυχίδια Λεωνίδια Λυκίδια Λυσαγόρεα Μιλτιάδεα Μιτροβάτεια Μουρυχίδια Ξέρξεα Ὀρέσσεια Ὀροίτεια Ὀτάνεια Πρηξάπεια Στρησαγόρεα Ὑδάρνεια Φαρνούρεια Χοάσπεια. Non constant tamen sibi libri in hac forma : nam pleraque illorum nominum modo sic modo per ην scripta sunt, quæ terminatio constanter servatur in aliis, ut Ἀριστέην ceterisque in εης, Ἀρταύκτην Ἀρταύνην Ἀσπαθίνην Βάδρην Γύνδην Γωβρύην Δαυρίσσην Εὐρυβάτην Ἠγίην Ἰππίνην Ἰσαγόρην Κλεάδην Κλυτιάδην Κρανάσπην Κώνη Μαρσύην Μασίσσην Μασκάμμη Μασάσπην Μεγαδάτην Μεγιστήν Μίδην Μιτραδάτην Ὀορυάδην Ὀκταμασάδην Πακτύην Πανίτην Παντικάπην Παντίτην Πασαργάδην Πασανήν Σισάμην Σκύλην Τελλίνην Τηλίνην Τιμηγενίδην Τύρην Φειδιππίδην. Itaque amplius de libertate illa terminationis querendum erit : de qua quidquid statuatur, hoc mihi certum videtur, locum eam non habere nisi in nominibus propriis, et vitiosum esse habendum quod locis pluribus apud Herodotum { ut 1, 11 ; 3, 1 ; 4, 23 ;

7, 88), semel apud Lucianum (De dea Syr. c. 25) legitur δεσπότης pro δεσπότην, in quo alibi (ut 3, 134 ; 4, 136) consentiunt libri, et duobus locis (8, 118) κυβερνήτης pro κυβερνήτην, quæ notæ sunt nihilo melioris quam ἐξηγητάς et δεσπότης olim lecta 1, 78, 111, nunc optimorum librorum auctoritate correctæ. Nec nomen gentile Πέρσην, quod aliquoties (8, 3, 108, 109) Πέρσαι scriptum legebatur libris ne consentientibus quidem, hanc admittere formam censeo. Quamobrem Πέρσην prætuli magna aliorum exemplorum copia munitum. Σκύθαι apud Lucianum De dea Syr. c. 12, in Σισύθαι a Buttmanno mutatum etiam aliis de causis vitiosum est habendum.

Vocativi formæ ἑτεροκλίτου exempla sunt Ἀρτέμδαρες 1, 116 (ubi præcedit genitivus declinationis primæ Ἀρτεμίδαρεω c. 114, 115) et Πρηξάσπεις 3, 34, 35, 62, 63, comparanda cum Aristophaneo Στεψιάδες pro Στεψιάδῃ. Minus certa res est de genitivo et dativo. Sic Ἀστυάγος libri 1, 130, et Ἀστυάγῃ 1, 74, 129, quibus quum multa obstant genitivi Ἀστυάγω exempla (velut 1, 73, 76, 112, 122 etc.), non solum Ἀστυάγος illic in Ἀστυάγω mutandum cum Bekkero, sed etiam Ἀστυάγῃ corrigendum, quod 1, 129 in libro Sancroftiano servatum. Porro Κυαζάρει scriptum 1, 73, 14 (ut Κυαζάρει in codicibus quibusdam Xenophontis), sed Κυαζάρῃ 1, 16, et Πρηξάσπεις 3, 62, 63, sed Πρηξάσπεω 3, 74, 75, 78. De nomine ἀκινάκης dicitur in indice alphabetico § 21.

b) DE NUMERO PLURALI.

Declinatio Ionica pluralis ab Attica non differt nisi genitivi terminatione ὧν in omni nominum genere in εὖν soluta, ut γλωσσέων ἡμερέων λιθοτομείων παλλακείων γενεέων, et dativi terminatione αἰς in ησι producta, non αἰσι, quod passim scripserunt librarii poetarum Atticorum lectione imbuti. De utroque casu dixit Greg. Cor. p. 379-382. Genitivi nominum quorum paralexis ε est, ut γενεέων 7, 171, alterum ε plerumque neglexerunt librarii. Sic αἰγέων et συκείων pro αἰγέων et συκείων in libris omnibus 4, 189 ; 1, 193 legitur, et ἀδελφείων scriptum erat 3, 31, et 5, 80, qui genitivus est masculini ἀδελφεός, non feminini ἀδελφεή. Quamobrem ἀδελφείων scripsi. Nec γεῶν 4, 198, et Μαλεῶν 1, 82, recte habere puto, sed γελῶν et Μαλεῶν scribendum. Aliud ejusdem generis exemplum latebat 2, 15, ubi genitivus nominis loci Ἀγυπτίαι in libris ταριχεῶν ταριχέων ταριχηῶν scriptus est et accusativus ταριχεῖας in omnibus ibid. c. 113, quæ patienter tulerunt editores neglecto Stephani

Byz. testimonio, ex quo manifestum est di-phthongum ab librariis esse illatam : Ταριχέαι, πόλεις πολλαί, αἱ μὲν Μενδήσαι, αἱ δὲ Σχηνικαί, αἱ δὲ Κανωδικαί. — Καὶ ὤφειλε διὰ διφθόγγου. Ἔστι καὶ Ταριχέα καὶ ἐνικῶς καὶ πληθυντικῶς λεγομένη πόλις τῆς Ἰουδαίας, ὡς Ἰώσηπος. Τὸ ἔθνικόν Ταριχεάτης καὶ ταριχεαὶ τὸ πρᾶγμα παρὰ τὸ ταριχεύω. Ex quo sequitur apud Herodotum Ταριχείων et Ταριχεάς corrigendum esse, quæ ego restitui.

De genitivo ἐτησίων vel ἐτησίων infra dicetur § 12.

c) DE DECLINATIONE CONTRACTA.

Nominum in ἐή, quod Attici in ἦ contrahere solent, Iones formas servant solutas. Ex quo genere apud Herodotum hæc sunt exempla, partim librariorum obscurata præposteris correctionibus. Ἀλωπεκίας 7, 75. Ἀνθρωπέη 5, 25, ubi libri ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπήην, Eustathius p. 374, 35, ἀνθρωπέην, Pollux vero 2, 5, ἀνθρωπῆν, quod proxime abest ab vera quam ego restitui scriptura ἀνθρωπέην. Κυνέην et κυνέας 2, 151; 7, 77, 89, male vero vulgo κυνῆ 4, 180. Λεοντῆν vulgo 4, 8: sed λεοντέας et παρδαλέας 7, 69. Rursus male γαλαῖ 4, 192, pro γαλέαι, et μυγαλᾶς vel μυγαλάς 2, 67. Quod μυγαλέας scribendum fuisse jam Schweighæuserus intellexit in Lexico s. h. v., in hoc uno errans quod etiam μυγαλάς oxytonum ferri posse putavit. Denique συκῆν legitur 1, 193, et 4, 23, et genit. pluralis αἰγῶν et συκῶν, quem αἰγῶν et συκῶν scribendum esse supra significabamus, 1, 193; 4, 189.

Forma Attica μνᾶ ab Herodoto in μνέα solvitur. Sic μνέαι pro μναῖ 2, 168, 180 (in μνέας corruptum in codicibus Luciani De dea Syr. c. 48); μνέων pro μνῶν est 3, 131; μνέας pro μνᾶς 1, 151; 2, 180.

Nominis Ἐρμῆς quinque apud Herodotum exempla exstant, genitivi Ἐρμέω et accusativi Ἐρμῆν, 2, 51, 67, 138, 145; 5, 6, et Ἐρμῆα apud Lucian. De dea Syr. c. 38, De astral. c. 20. Quibus formis jam veteres Epici usi sunt.

§ 10.

De declinatione secunda.

Declinatio Ionica secunda omni ex parte eadem est quæ Attica, excepto dativo plurali in οῖς, qui apud Iones in οῖσι producitur.

Genitivi singularis formam epicam in οῖο, quæ in uno alteroque codice illata est 3, 97; 4, 192, plane alienam ab Herodoto esse liquet

et ne apud Lucianum quidem recte habere videtur De dea Syr. c. 22, ubi libri ἔρωτος ἀπρήκτοιο. Non magis ferenda genitivi terminatio εῶ est, quam editores pluribus in locis Herodoti tulerunt, Βάπτειω 2, 181 (ubi cum Ἀρκεσίλειω conjunctum est); 4, 159, 160; Ἐρξάνδρειω 5, 37; Κλεομβρότειω 5, 32; Κροίσειω 8, 122; Πεισιστράτειω 6, 102; Μεμβλιάρειω 4, 147. Quorum pleraque quum ipse codicum dissensus suspecta reddat, omnia corrigere non dubitavi, ne postremo quidem excepto, in quo solo libri omnes consentire videntur veteris culpa librarii, qui quum Μεμβλιάρου τοῦ Ποικίλειω scriptum videret, prius nomen alteri sive consulto sive calami lapsu assimilavit, cujusmodi errorum exempla aliquot infra videbimus. Eodem referendum erit Ξάνθειω 2, 135, nisi hoc ab nominativo Ξάνθης est, quod non puto Persici nominis Ξάνθην exemplo apud Æschyl. Pers. 995 comprobari posse. Omisi vero Γορδέειω 1, 14, 35, 45; 8, 138, et apud Tzetz. Hist. 1, 103, quod non dubitandum quin ab nominativo sit Γορδῆης, non Γόρδιος, qua forma uti placuit Arriano Anab. 2, 3, 1 seqq. Denique quod in epistolis commentitiis Hippocratis p. 1273, 44; 1275, 18, legitur Δημοκρίτειω, id ipsum quoque non scriptori, sed librariis imputandum videtur. Recta forma Δημοκρίτου p. 1274, 7.

Genitivi pluralis forma ἑτεροκλίτῳ νησάων et ψηφάων pro νήσων et ψήρων, qua Callimachus usus est præeunte Hesiodo, qui βλεφάρων ἀπὸ κυανέων metri caussa dixit pro κυανῶν, et μοτάων pro μοτῶν apud Quint. Sm. 4, 412, fortasse quis utatur ut ἀστῶν pro ἀστῶν dictum defendat, quod Phœnici Colophonio apud Athen. 11, p. 495, D, restituit Casaubonus, Θεαλῆς γὰρ ὅστις ἀστῶν (vulgo ἀστέρων) ὀνήϊστος —, et θυμένων pro θύμων apud Zonam Sardinum Anth. Pal. 9, 226, nisi, quod probabilius, ἡ θύμων scribendum cum Brunckio. Non videntur tamen hæc exempla, quæ metri necessitas extorsit poetis, sufficere ad similes formas vindicandas, quas Herodoto in codicibus quibusdam paucis in locis intulerunt librarii, quarum patrociniū suscepit Wesseling. ad 2, 36, πεσῶν 1, 94, πυρέων 2, 36 (ubi κριθέων, quocum conjunctum est, fraudi fuisse librario animadvertit Matthiæ Gramm. vol. 1, p. 150. Recte πυρῶν libri omnes 4, 33 ter; 7, 187), Θεσσαλῶν 5, 64, Σουσίων 5, 35 (recte vero Σούσων 5, 53; 6, 1, 119), quibus addi potest ἀλφίτων uno in codice scriptum pro ἀλφίτων 5, 57; ἐρπετῶν in fragmento Democriti apud Stobæum Flor. 44, 18; et βρυτῶν apud Aretæum p. 8, A, quod vicino κριθέων, ut πυ-

ρῶν apud Herodotum, originem suam debere videtur. Ejusdem generis est γυναικῶν σιτοποιῶν καὶ παλλακῶν, quod intactum reliquerunt editores 7, 187, licet veram scripturam præberet codex Schellershemianus σιτοποιῶν, neque animadvertunt vulgatæ scripturæ ob stare δλκάδων σιταγωγῶν 7, 191, quod σιταγωγῶν scribendum foret, si recte illic legeretur σιτοποιῶν. Denique non raro in libris scriptum αὐτέων et τούτέων pro αὐτῶν et τούτων : de quo infra dicetur ubi de pronominiibus agemus.

Nominum contractorum in ους et ουν, ut νοῦς εὔνοος, πλοῦς περίπλους, ῥοῦς, δστοῦν, διπλοῦς, ἀργυροῦς, χρυσοῦς et quæ sunt reliqua, formis Iones utuntur solutis νόος εὔνοος, πλοῦς περίπλους, ῥοος, ὀστέον, διπλόος, ἀργύρεος, χρύσεος. Male igitur νῶ in libro 1, 27, pro νόῳ, et ἔσπλου 6, 33, quod ἔσπλόου scribendum, ut διεκρόου scribitur in omnibus 7, 129.

§ 11.

De declinatione tertia.

Genitivus in ῶν, quoniam formæ contractæ speciem offerebat librariis, in codicibus interdum in ῑων est corruptus. Sic ἀνδρέων 7, 187, χηνέων 2, 45, χιλιαδέων 7, 28, vulgo lecta, quæ ex aliquot codicibus correxi. Nec μυριαδέων 8, 71 : ἄτε δὲ ἰουσιῶν μυριαδέων πολλέων, ubi manifesta erroris origo est, in μυριαδῶν mutare dubitavi. Nam quod genitivus substantivorum numeralium in ἄς, velut χιλιαδῶν μυριαδῶν, ab Atticis circumflecti annotarunt grammatici (Arcad. p. 136, 4, Chærob. p. 458, 27 ed. Gaisf.), non satis argumenti esse videtur, ut Iones χιλιαδέων et μυριαδέων dixisse putemus, quum præsertim ne veteribus quidem Atticis, sed τοῖς μεταγενεστέροις accentum illum tribuant technici ab Chærobosco memorati. Nonnihil dubitationis habet genitivus εἰλωτέων, qui consentientibus, ut videtur, libris legitur 6, 58, 75, 80; 9, 28 et duobus tantum codicibus εἰλώτων præbentibus 9, 80. Nam quum non solum εἰλωτας, sed etiam εἰλώται dicti servi illi sint, de quo deserto constat testimonio Stephani Byzantini, neutra genitivi forma per se spectata vitiosa haberi potest. Quum tamen apud Herodotum non solum accusativus pluralis εἰλωτας, qui facile in εἰλώτας mutari posset, legatur 6, 81; 9, 80, sed etiam accusativus singularis εἰλωτα 7, 229, et εἰλωτες 9, 81, nec verisimile sit inter utramque formam Herodotum fluctuasse, genitivum ubique εἰλώτων scribendum esse censeo, nisi quis servato εἰλωτέων reliquorum locorum corrigere scriptu-

ram malit, εἰλώτην εἰλώται εἰλώτας, quæ non improbabili conjectura foret, quum rarior nominis forma ab librariis facile aliquoties in vulgarem mutata esse possit.

Non majoris momenti sunt quæ apud Hippocratem aliosque reperiuntur genitivi in ῑων exempla, velut σαρκῑων apud Hippocr. vol. 3, p. 242, χειρῑων vol. 2, p. 74, vol. 3, p. 462, 474 ed. Littr., quorum non pauca ex codicibus corrigere licet. Μηνῑων pro μηνῶν ex duobus libris male illatum Luciano De astrol. c. 5.

Dativi pluralis forma in εσσι exiens, velut δαιτυμόνεσσι πάντεσσι παίδεσσι κοράκεσσι, qua epici et lyrici poetæ sæpissime, tragici raro usi sunt, interdum omissio propter metri necessitatem altero σ profertur, ut ἀνάκτεσι ἴναι χεῖρεσι apud Homerum, πολίεσι apud Pindarum, χεῖρεσι et πόδεσι in fragmento Sophoclis apud gramm. in Crameri Anecd. Paris. vol. 4, p. 183. Priore forma etiam Dorienses usos esse constat in poesi pariter ac prosa oratione, de quo dixit Ahrens. De dial. Dor. p. 229, 230 : alteri nunquam extra poesin locus fuisse videtur. Nam quod Herodoto 7, 224 ab recentioribus editoribus duorum codicum auctoritate tributum est πλεόνεσι pro πλέοσι satis convellitur aliis locis (2, 53; 8, 69; 9, 122), in quibus libri omnes in recta consentiunt scriptura πλέοσι. Non minus leviter μήνεσι pro μηνσί unius tantum codicis auctoritate receptum est 4, 43 et 8, 51. Hæc igitur quum ego rursus expulerim, consequens erat ut δαιτυμόνεσι quoque, quod 6, 57 librarii posuerant Homericis fortasse memores δαιτυμόνεσι, corrigere legitima forma restituenda δαιτυμόσι. Nec σπλήνεσι pro σπλησί, quod passim legitur apud Hippocratem (velut vol. 3, p. 328, 450, 452; vol. 4, p. 120, 148, 156, 161, 218, 220 ed. Littr.) recte habere puto. Librarii quam proclives fuerint ad hujusmodi formas inferendas, Archippi versus docere potest ap. Athen. 3, p. 86, C et 90, F.

Λεπάσιν ἐχίνοις ἐσγάραις βελόναις τε τοῖς κτένεσιν τε,

cui κτεσίν jam ab Elmslejo est restitutum. Plane enim incredibile est poetam anapæstum ante catalexin iambici tetrametri admittere quam legitima uti maluisse vocabuli forma. Idem vitium apud Pollucem 7, 52 corrigendum, qui πεντέκτενα quid significet explicans non πέντε κτένεσιν ἐνυψασμένοι scripserat, sed κτεσίν.

Nominum in ις, εος (vel εως) desinentium declinatio Ionica quomodo ab Attica differat schemate infra posito declaramus.

Singularis.

ATTICE.	IONICE.
N. πόλις	πόλις
G. πόλεως et πόλεως	πόλιος
D. πόλει	πόλι
A. πόλιν	πόλιν
V. πόλι	πόλι.
<i>Dualis.</i>	
N. A. πόλει vel πόλῃ	πόλι et πόλιε
G. D. πολέοιν	πολίοισιν.
<i>Pluralis.</i>	
N. V. πόλεις	πόλιες et πόλις
G. πόλεων	πολίων
D. πολέσι	πόλισι
A. πόλεις	πόλιας et πόλις.

Fornas omnium hujusmodi nominum Ionicas etsi librarii sæpissime in vulgares mutarunt, tot tamen in codicibus relictæ sunt Ionicarum exempla, ut non dubitandum sit quin recte fecerit Bekkerus, qui Ionicas per totum Herodoti opus constanter restituit, nisi quod ποιῆσαι reliquit 2, 82. Dativus singularis in ι longum terminatur. Nam quod Buttmannus (Gramm. vol. 1, p. 189, 211) vulgatarum editionum vitiiis et, quod plane alienum ab hac quæstione est, Homericò δατ̃ deceptus sibi persuaserat Κλέοδι 1, 31 et ἀπολι 8, 61, ι brevi dicta esse, vana est opinio. Recte Κλέοδι Bekkerus et ἀπολι ex pluribus codicibus jam Schweighæuserus correxerunt, ut συμφορῇ ἀχάρι 1, 41, quod ipsi quoque in pluribus codicibus ἀχαρι scriptum, in alii ἀχάριτι. Nominativ pluralis formam in ιες in omnibus hujusmodi nominibus fere constanter exhibent codices Herodoti, qui tamen non dubito quin contracta potius usus sit πόλις, cuius testes habemus Apollonium De pronoun. p. 380, B, a quo αἱ παρ' Ἰωσι γραφαὶ πόλις φύσις memorantur, et Greg. Cor. p. 475, de nomine ὄρις (quod ὄριες scribitur apud Herodotum) et pauca quædam exempla relictæ in codicibus sunt, velut πόλις 2, 177; 7, 22 et 234. Eadem accusativi ratio est, qui etsi ipse quoque non raro in ις terminatus est in libris (ut πόλιας quater duabus in paginis 48, 20, 28; 49, 25, 39), tamen contractam formam, quam ubique restitui oportet, non paucis in locis servarunt codices, præsertim in nomine Σάρδις, velut p. 51, 9, 26, 39, 52; p. 52, 3, 23, 30, in πόλις p. 103, 24; 111, 46; 131, 11; ἱεῖς 95, 49; καλασίρις 97, 17; κυλλήστις 96, 31; ἔρις 95, 48, 50; 96, 6; σαγάρις 71, 39, et aliis alibi. Quibus an-

numerare licet exempla terminationis in εις, quod ex ις potius corruptum est quam ex ιας. Sic codices ἄρδεις καὶ σαγάρεις p. 71, 39; καταβάσεις et καταβάσεις p. 61, 46. Nominativi et accusativi dualis πόλιε vel πόλι mihi in promptu sunt exempla. Ceterum in nulla quoque formis, πόλις et πόλι, ι longum est. Nam quod Parmenio Anth. Pal. 9, 113, οἱ χόρις et τοὺς χόρις correpto ι dixit, metri necessitate adactus regulam violavit. Dativi pluralis in ισι, non εις, terminati exempla apud Herodotum plura sunt. Sic πόλισι 1, 151; πίστισι 4, 172; Σάρδισι 5, 102.

Eandem declinationem sequuntur nomina in ι, σος, ut σὴνητι et πέπερι, σιγήητιος πεπέριος, σιγήητι πέπερι, nec pauca barytonorum in ις quæ in dialecto vulgari in genitivo et dativo litteram δ adsciscunt, ut Θέμις Θέτις Πάρις Ἰσις Πάπρημις, quorum formæ Ionicæ sunt Θέμιος Θέτιος Πάριος Ἰσῖος Παπρήμιος, Θέμι Θέτι Πάρι Ἰσι Παπρήμι, pro Θετίδιος Θετίδι etc.

Substantiva barytona in $\eta\varsigma$ et $\alpha\varsigma$ quorum casus obliqui in dialecto vulgari contrahuntur, apud Iones formas servant solutas. Sic τριήρης τριήρεος τριήρει τριήρεα, μέρος μέρεος μέρει, pariterque in duali et plurali terminationes Atticæ η, ον, εις, et ων, εις in εε, εα, εων, εες, εων, εας solvuntur. Eædem solutiones aliorum quoque substantivorum quorumvis casibus iis adhibentur qui apud Atticos in ει, εις vel η terminantur. Sic πήχει πήχεις πήχεος, δατεί δατεες δατεα Iones dixerunt pro πήχει πήχεις, δατεί δατη. Genitivo in εος iidem non solum pro ους, sed etiam pro Attico εως constanter usi sunt, πήχεος et δατεος dicentes, non πήχεως et δατεως. Contractio genitivi in εος, qua poetæ epici et lyrici usi sunt, γένεος θάμνεος θάπρεος σάπτεος et alia hujusmodi dicentes, aliena videtur esse ab oratione prosa Ionum. Male igitur Ἐρχράτεος in libris quibusdam 5, 92, p. 267, 18. Accusativi nominum propriorum in $\eta\varsigma$ in recentiori dialecto Atticorum non raro declinationis primæ formam adsciscunt in $\eta\nu$, ut Σωκράτην et Ἀριστοφάνην pro Σωκράτη et Ἀριστοφάνη. Nullum hujusmodi formarum vestigium apud Ionesprehendiitur, qui veteri forma usi hos accusativos in εα terminarunt constanter.

Substantivorum cum κλέος compositorum Attici in oratione prosa formis uti solent contractis, Ἡρακλῆς Θεμιστοκλῆς Περικλῆς etc., in poesi modo contractis modo solutis Ἡρακλέης Θεμιστοκλέης Περικλέης, quas solas admittit dialectus Ionica : nam quod apud Herodotum 2, 145 bis legebatur Ἡρακλῆς in Ἡρακλέης et Προκλῆς 3, 50, 51, in Προκλέης mutandum fuit. **Casus**

obliquorum declinatio Attica est Ἡρακλέους Ἡρακλέει Ἡρακλέα, accusativo interdum contracto Ἡρακλῆ: epica Ἡρακλῆος Ἡρακλῆϊ Ἡρακλῆα, quam adscivit prosa Ionum, servato tamen e brevi Atticorum, Ἡρακλέος Ἡρακλέϊ Ἡρακλέα. Vocativus Θεμιστόκλεες 8, 59, ubi cod. Sancerostianus Θεμιστόκλεις, fortasse pro Θεμιστοκλες.

Nominum in εὺς declinatio Ionica est βασιλεύς βασιλέος βασιλεῖ βασιλέα βασιλεῦ, βασιλέες βασιλείων, βασιλέες βασιλέων βασιλεῦσι βασιλέας: ab qua legitima forma locis plurimis aberrarunt librarii, rarius ad Atticam (βασιλέως βασιλεῖ), sæpissime ad epicam (βασιλῆος βασιλῆϊ βασιλῆα etc.): de quo primus accurate præcepit C. L. Struvius in Quæstionum de dialecto Herodoti specimine secundo, diligenter collectis omnium hujus generis nominum apud Herodotum exemplis. Struvium secutus est Bekkerus correctis ubique formis illis ab usu Herodoti alienis. Genitivi in εἰος, ut Ἀχιλλεῖος βασιλεῖος Περσεῖος, quem Chæroboscus vol. 1, p. 60, 13 ed. Gaisf. τοῖς νεωτέροις Ἰωσι, scholiasta Nicandri Ther. 764 Æolensibus tribuit, nullum apud Herodotum vestigium deprehenditur.

De declinatione substantivi νῆς dicitur in indice alphabetico.

Nominum in ας, ατος, declinationis Ionicæ, quæ ipsa quoque nonnihil differt ab Attica, exempla nonnulla apud Herodotum exstant de nominum κέρας γέρας τέρας casibus præter nominativum quattuor κέρως τέρωος, κέρει, κέρεια γέρεα τέρεα, κερέων. Quæ formæ probabiliores sunt quam τέρατος et τέρατα 2, 82. Substantivi γῆρας dativus γήραι est 6, 24, ut apud Epicos, et genitivus γήραος 3, 14 (in formula ἐπὶ γήραος οὐδῶ) et apud Aretæum p. 3 extr., p. 31, A. Substantivi κρέας genitivus pluralis κρεῶν apud Herodotum 1, 73, 119; 2, 47, 168; 3, 18, qui apud Hippocratem sæpius κρεῶν scribitur.

Nominum in ὦ et ὡς Iones in casibus obliquis terminationes servant contractas, quemadmodum poetæ quoque epici fecerunt. Sic ἦος apud Herodotum 2, 8; 7, 167; Ἰού 1, 2; Βουτοῖ 2, 156; ἀπεστοῖ 9, 85; εὖεστοῖ 1, 85; συνεστοῖ 6, 128. Accusativus vero non ut in dialecto et epica et Attica in ὦ terminatur, sed in οῦν, de quo Greg. Cor. p. 427: τὰ εἰς ω λήγοντα θηλυκὰ ἐπὶ τῆς αἰτιατικῆς εἰς οὖν περατοῦσι, Ἀητὼ Ἀητοῦν, Σαπφὼ Σαπφοῦν, ἥῳ ἥοῦν, αἰδῶ αἰδοῦν. Et sic Ἰοῦν apud Herodotum 1, 1, 2; 2, 41; Βουτοῦν 2, 59, 63, 75; Ἀητοῦν 2, 156; Τιμοῦν 6, 134, 135: sed contra dialecti normam αἰδῶ 1, 8, et ἥῳ vel (quod rarius) ἔω 1, 142, 201, 204; 2, 8, 17, 32, 99,

138, 158; 4, 40; 7, 58 et alibi non raro (adde Σαρδῶ 1, 170; 5, 106, 124), quæ librariis deberi veterem scripturam interpolantibus jam Koenius animadvertit in annotatione ad Greg. p. 428. Scribendum igitur αἰδοῦν et ἥοῦν, quorum alteri pepercerunt librarii in versu Hedyli apud Athen. 11, p. 473, A: ἐξ ἥοῦς εἰς νύκτα καὶ ἐκ νυκτῶν πάλι Σωκλῆς | εἰς ἥοῦν πίνει. Ἀειεστοῦν et καχεστοῦν annotavit Hesychius, εὖεστοῦν Democrito apud Clem. Al. Strom. 2, p. 498 restituit Valcken. ad Herodot. 1, 85. His exemplis fretus Koenius l. c. etiam εἰκῶ, quod apud Herodotum legitur 7, 69, in εἰκοῦν mutandum esse conjecit, aliorum locorum (2, 143, 172) immemor ubi εἰκόνα legitur. Et recte fortasse Koenius: quanquam conjectura non tam certa mihi visa est ut recipiendam ducerem. Nam etsi Atticos genitivum et accusativos εἰκόνας εἰκόνα εἰκόνας in εἰκοῦς εἰκῶ εἰκούς contraxisse constat, nominativi tamen εἰκῶ, cui apta foret terminatio accusativi Ionica in οῦν, testis nullus est, nisi quis Hesychii glossæ aliquid tribuendum esse censeat Εἰκῶ, εἰκῶν, χαρακτήρ, ὄψις, in qua literarum certe seriem suadere ut εἰκῶ ex ditto-graphia ortum esse putemus L. Dindorfius monuit in Thesouro vol. 3, p. 235. Itaque apud Herodotum, nisi εἰκοῦν scripsit, utrobique aut εἰκῶ aut, quod probabilius, εἰκόνα scribendum erit, ut εἰκόνας legitur 2, 172; εἰκόνας 2, 144.

Accusativum nominum Ἀπόλλων et Ποσειδῶν, cujus plena forma Ἀπόλλωνα et Ποσειδῶνα est, Attici non raro ejecto v in ω contraxerunt Ἀπόλλω et Ποσειδῶ dicentes. Iones vero plenam formam prætulisse videntur, ut Ἀπόλλωνα apud Herodotum 1, 87; 2, 156; 4, 59, et sola ea usi sunt in nomine Neptuni, cujus forma Ionica soluta Ποσειδέων est, testata ab Herodiano Περὶ μονήρους λέξ. p. 11, 5: unde Ποσειδέωνα apud Herodotum 7, 129; 8, 55. Eandem illam contractionem Attici comparativorum in ων accusativo singulari et nominativo et accusativo plurali non raro adhibuerunt, ut ἀμείνω pro (τὸν et τὰ) ἀμείνονα et ἀμείνους pro ἀμείνονες et ἀμείνονας. Quorum formarum priore Herodotus quoque sæpissime usus est. Sic, ut intra libros duos primos subsistam, ἐλάσσω p. 29, 37; 40, 23; 65, 14; 105, 39; 110, 14; 115, 39; 120, 6; καλλίω 46, 46; μέζω 47, 14; 83, 23; 117, 23; 120, 44; (μέζονα 94, 11; 121, 11;) πλέω 46, 6; 47, 13; 58, 39, 43; 73, 38; 83, 22, 24; 92, 3; 93, 29; 97, 30; 118, 14 (πλέονα 119, 51). Alterius formæ exempla aliquot reperiuntur adjectivi πλείους (nisi hoc pro πλεῦνες et πλεῦνας ab librariis positum), aliorum vix ulla, velut ἀμεί.

vous in libris omnibus p. 262, 45, et in uno cod. Schellersh. p. 267, 11, ubi alii omnes ἀμείνονας.

Nomina in ᾠων, ᾠονος ab Ionibus in εων terminantur. Sic Ἀμυθάνος nomen apud Herodotum 2, 49 Ἀμυθέωνος scriptum, et substantivum ὀπάων, quo sæpe usi sunt Tragici, ὀπέωνες 9, 50, 51; unde ὀπέων pro ὀπάων restitui 5, 111. Tertium huiusmodi nomen est Φιλάονα 8, 11, quod ipsum quoque Φιλέωνα scribendum, ni fallor.

§ 12.

De adjectivis et adverbis

Declinatio adjectivorum quum iisdem regatur legibus quas de substantivis supra exposuimus, hic non dicendum nobis est nisi de formis quibusdam quæ adjectivorum propriæ sunt.

Adjectiva nonnulla in ειος desinentia ab Ionibus in εος terminantur. Qualia sunt apud Herodotum præter τέλεος, quo Attici quoque sæpe usi sunt, αἴγιος βόεος ὠμοβόεος οἰεος ἐπέτεος ἐπιτήδεος et ἀνεπιτήδεος (cum adverbio ἐπιτηδέως), Ἀριμάσπεος (Ἀριμάσπεα ἔπεα 4, 14, quod apud Origenem Ἀριμάσπεια, apud Tzetzam Ἀριμάσπια scriptum), Ἡράκλειος (in nomine Ἡρακλείων στηλέων, quod legitur 2, 33; 4, 8, 42, 185, et accus. Ἡρακλέας στήλας 4, 43, 181), et quod substantivum factum est ὑπώρεα, oblitterata quidem illa plerumque in libris vulgatis illata diphthongo, vel ἡ in Ἡρακλήϊων et Ἡρακληΐας, sed pluribus in locis recte scripta in melioris notæ codicibus. His addendum ἡμιόνεος, quod pro ἡμιόνειος duo de præstantioribus codicibus præbent 1, 188, et suspicari licet alia huiusmodi alibi esse restituenda ubi codices omnes in ει vel ι consentiunt, velut 1, 119, μηλείων κρεῶν, ubi probabilius est μηλέων, ut αἴγεος βόεος et οἰεος, et 5, 53, 54; 7, 151, ubi libri Μεμνόνειος vel Μεμνόνιος, Herodotus vero Μεμνόνεος, ut opinor, scripserat, quod cum epico Ἀγαμέμνονεος comparandum.

Adjectivorum in υς formis femininis in εια ipsis quoque litera ι, et constanter quidem, ab Ionibus eximitur, servato tamen vulgaris formæ et accentu et mensura. Sic θήλεια (de quo Greg. Cor. p. 440) et ἡμίσεια pro θήλεια et ἡμίσεια, et βαθέα βραχέα δασέα ἡδέα ἰδέα ὀξέα παχέα πλατέα ταχέα τρηχέα pro βαθεία βραχεῖα etc., et numero plurali θήλεια ἡμίσεια βαθεία βραχεῖα et sic porro. Genitivus et dativus singularis quum ex communi declinationis primæ regula α longum in η mutatum habeat apud Iones, ut θηλέης ἡμισέης βαθέης βραχέης, θηλέη ἡμισέη βαθέη βραχέη, et librarii, quemadmodum in substantivis in α breve exeuntibus fecerunt. his quoque in formis lite-

ram η etiam nominativo et accusativo intulerunt, rarius apud Herodotum, sæpissime apud Hippocratem aliosque, θηλέη θηλέην, ὀξέη ὀξέην, εὔρέη εὔρέην et reliqua scribentes, quæ non dubitandum quin omnia ad rectam rationem sint revocanda, quod de Herodoto præcepit Buttmannus Gramm. vol. I, p. 253.

Reliquum est ut de genitivi pluralis adjectivorum et, quorum ratio eadem est, participiorum passivi forma quadam dubia generis feminini declinationis primæ dicatur.

Genitivi declinationis primæ terminationem περισπωμένην ὦν ab Ionibus in eas solvi syllabas, ex quibus contracta est, id est ἑών, supra ostendi ubi de declinatione substantivorum agebam. Ex quo sequitur genitivum περισπώμενων adjectivorum eandem admittere solutionem, velut λοιπέων πασέων πολλέων θερινέων ὀπτέων (πλίνθιον) ὑψηλέων διατρυχεισέων λεγχεῖσέων, quam etsi apud Herodotum satis diligenter servarunt librarii, tamen uno alteroque loco neglexerunt, ut 2, 27, ubi θερμέων χωρέων correxi pro vulgato θερμῶν, et 2, 15, ubi vulgo Ταρχεῶν τῶν Πηλουσιακῶν, quod Πηλουσιακῶν scripsi, ut Μηδικῶν νεῶν legitur 3, 136, et Ἀττικῶν γυναικῶν 6, 138. Alia vero eorum adjectivorum lex est quorum genus femininum ex regula ab Arcadio p. 135, Joanne Alex. Τον. παραγγ. p. 17, aliisque grammaticis exposita accentum servat generis masculini, ut οἱ φίλοι τῶν φίλων, αἱ φίλαι τῶν φίλων, οἱ τυπτόμενοι τῶν τυπτομένων, αἱ τυπτόμεναι τῶν τυπτομένων. Nihilominus his quoque formis terminationis in ἑών non raro tribuitur in codicibus Herodoti, quamvis nec consentientibus ubique inter se nec sibi constantibus. Sic ἁλλέων 4, 182 bis, 184 bis; ἀλληλέων 4, 113; 6, 12, et (ubi plerique omnes ἀλλήλων) 111; ἐκείνέων 4, 111; ἐσχατέων 8, 47; μεγάλεων in uno tantum codice 6, 46; ὀκσεῶν 5, 50; Αἰγυπτέων 2, 55; 4, 181; ἀντιέων 7, 10; δημοσιέων 6, 57; ἐπιγυριέων 5, 88; κουριδιέων in tribus codicibus 6, 138; διηχοσιέων in duobus 7, 184; χιλίέων ibid. (quod fortasse defendas accentu feminini Attici χιλιάων, quanquam grammatici de hoc ita loquuntur ut proprius videri possit formulæ χιλίων δραχμῶν). Ἐξακισχιλιέων καὶ δισημιέων in uno codice Mediceo 1, 32, licet in præcedenti διηχοσιέων cum ceteris libris consentiat. Τετραχοσιέων 7, 190; ἄλισκομενέων quattuor codices 5, 124; ἀνατρεβομενέων in duobus 3, 113; ἀρπαζομενέων in multis 1, 4; μαχομενέων 2, 76 (ubi μαχομένων ex tribus optimæ notæ libris edidi); πειθόμενέων præter unum omnes 5, 18; προκειμενέων in tribus 7, 16; τα-

ρασσομένων 8, 16; φυλασσομένων τῶν δδῶν 5, 35; licet in φυλασσομένων τῶν δδῶν omnes consentiant 1, 23. Hæ igitur formæ etsi epicis ἀλλῶν ἐρχομένων similibusque, quas in ἄν contraxerunt Dorienses ἀλλᾶν ἐρχομένην et alia omnia huiusmodi dicentes, quodammodo defendi possunt, tamen, nisi pluribus certioribusque exemplis grammaticorumve testimoniis munitæ fuerint, nimio potius Ionismi studio librariorum, ut alia multa, deberi videbuntur: qui tanto facilius errare potuerunt, quod adjectiva illa et particippia non raro cum nominibus primæ declinationis in ἑὼν sunt conjuncta, ut Θηβέων Αἰγυπτίων, ἐσχατίων χωρέων, ὀκοσίων ἡμερέων, μελαινέων ἐουσίων, προκειμένων γνωμέων, ἀντιέων γνωμέων. Facilius defendi posset ἐτῆσιέων ἀνέμων 6, 140 et 7, 168, quod si scripsit Herodotus, ignotum ei fuit præceptum grammaticorum (de quo v. Thes. Steph. vol. 3, p. 2152 ed. Par.) genitivum non ἐτῆσιῶν (cui respondet forma soluta ἐτῆσιέων), sed ἐτῆσιῶν scribentium. Verum quum loco altero duo de libris optimis cum Eustathio ἐτῆσιῶν præbeant, probabilius videtur ἐτῆσιῶν utrobique esse restituendum.

Gradus adjectivorum secundæ declinationis comparativum et superlativum ab Ionibus non solum in ὀτερος ὠτερος et ὀτατος ὠτατος, ut in dialecto communi, sed etiam in εστερος εστατος, ut tertiæ declinationis adjectivorum in ἥς, formari annotarunt grammatici: vid. Etym. M. p. 31, 7; 394, 5; 420, 48; Eustath. p. 1441. Non sunt tamen hæ formæ Ionum propriæ: nam Attici quoque et Dorienses iis usi sunt, quamquam fortasse minus frequenter quam Iones. Quorum Herodotus hanc formam adjectivis adhibuit ἀμorfέστατος ἔρρωμένεστος εὐνόεστος σπουδαιέστος, etsi non constanter. Ἐπιτηδείστατος, quod ex Democrito annotavit Eustathius, nusquam dixit, sed ubique ἐπιτηδεώτερος et ἐπιτηδεώτατος. Ceterum Democritus dubitari potest utrum ἐπιτηδείστατος an ἐπιτηδέεστατος dixerit. Diphthongus certe non defendi potest positivi ἐπιτήδειος exemplis in fragmentis Democriti apud Stob. Flor. 46, 46; 76, 16, quorum fides nulla est.

Adverbia ab adjectivis in ῆς derivata in dialecto communi in ὡς desinunt perispomenon, quod in ἑὼς solvitur ab Ionibus. Horum exempla apud Herodotum sunt ἀληθῆς ἀσφαλῆς ἀτρεκέως ἀφειδέως ἀψευδέως δυσπετέως ἐμφανῆς ἐναργῆς ἐπικεικῆς ἐπιστρεφῆς ἑτεραλχῆς εὐπετέως εὐπρεπέως εὐτυχῆς πανταλῆς προσφυῆς σαφῆς σαρκηνῆς συνεγῆς. Male igitur ἀκριβῶς legitur 7, 32; ἀκλειῶς 5, 77; ἀδεῶς 1, 216; 3, 65 et 67; 9, 109. Scribendum ἀκριβῆς ἀκλειῶς (quod ἀκλειῶς

dixerunt Epici) et ἀδεῶς, in quibus duplex ε non magis offensioni esse potest quam in adjectivo περιδέας 5, 44; triplex ε in ἐπιδέας 4, 130 (ubi male nonnulli codices ἐπιδευέας) et 7, 29. Nam formæ contractæ fortuito debentur errori librarii, ut παντελῶς apud Hippocratem vol. 2, p. 390 ed. Litt., ἐλλιπῶς apud Aretæum p. 116, ἀφειδῶς p. 108, quod ἀφειδέως scriptum p. 115. Similiter in adjectivis interdum peccatum: sic δημοτελεῖ apud Herodotum 6, 57, pro δημοτελέα legebatur. Nec, si ἐπιδέας περιδέας et ὑγιᾶ scripsit Herodotus, intelligi potest cur ἀκλεᾶ ἐνδεᾶ et καταδεᾶ, quæ 1, 1; 2, 108, et 121, 2, leguntur, dicere maluerit quam ἀκλεᾶ ἐνδεᾶ et καταδεᾶ. Inter adverbia vero omisi ἀναχῶς 1, 24; 8, 109, quod non constat utrum ab ἀναχός an ἀναχῆς sit derivandum.

§ 13.

De pronomibus.

a) DE ARTICULO.

Articuli declinatio apud Iones non differt a dialecto communi, nisi quod dativus τοῖς et ταῖς secundum legem supra memoratam τοῖσι et τῇσι est, pariterque in composito τοῖσιδε et τῇσιδε. Nam quod nominativi pluralis οἱ αἱ formæ Doricæ τοί τά paucis quibusdam in locis in uno alteroque libro posita sunt, vix opus moneri librariorum factum esse errore.

b) DE PRONOME RELATIVO δς EJUSQUE COMPOSITIS ὅσπερ ET ὅστις.

De hujus pronominis formarum usu Herodoteo investigando egregie meruit C. L. Struvius in Quæstionum de dialecto Herodoti specimine primo, cujus disputationis nos satis habemus summam exposuisse, omissis quæ Struvius collecta apposuit exemplis librariorumque contra rectam normam peccatis, quæ ab Struvio ita sunt confutata, ut eorum patrocinium nemo in posterum sit suscepturus nisi qui codicum auctoritati serviliter sit addictus.

Pronominis igitur δς et compositi ὅσπερ una tantum in casibus rectis Herodotus usus est forma δς ἢ τό, ὅσπερ ἤπερ τόπερ, et in numero plurali οἱ αἱ τά, οἷπερ αἷπερ τάπερ. Casuum vero obliquorum formas non admisit nisi eas quæ literam τ præfixam habent, nisi ubi præpositionem sequantur, quo μέγρι et ἄγρι quoque pertinent: quorum locorum magna ex parte ratio alia est. Nam ubicunque pronomen relativum præpositionem sequitur, quæ apostrophum pati potest, præpositio ultimam vocalem amittit et relativum

τ prefixum asperatur. Apostrophum vero patiantur praepositiones ἀντί ἀπό διά ἐπί κατά μετά παρά ὑπό, quibus ἀμφί et ἀνά addendae forent, nisi casu factum esset ut harum praepositionum ante pronomen relativum positarum nulla apud Herodotum exempla reperiantur. Contra ubi in anastrophe pronomen praepositionem antecedit, rursus formae a consonante incipientes requiruntur. Sic Herodotus 5, 106, τῷ παρά dixit, licet nusquam παρά τῷ, sed ubique παρ' ᾧ dixerit.

Præpositiones quæ apostrophum non recipiunt octo sunt hæ, ἐν ἐξ ἐς περί πρό πρὸς σύν ὑπέρ, ex quibus πρό et ὑπέρ cum relativo simplici conjunctæ apud Herodotum non reperiuntur, περί autem ubi cum pronomine relativo conjunctum est, non aliter ponitur quam cum anastrophe, ut 2, 135, αὐτῇ, τῆς περί λέγεται ὅδε ὁ λόγος, et interdum alio vocabulo interjecto, ut 4, 16, τῶν ἡμεῖς περί λόγους ἀποπερομένους ἀκούομεν, pariterque περίξ, ut 2, 29, τὴν περίξ νομάδας Αἰθίοπες νέμονται. Reliquarum praepositionum (ne πάρεξ quidem excepto, quod sic, non παρέκ, etiam ante consonantes scribitur, ut 8, 73, πάρεξ τῶν κατέλεξα) primaria est lex ut sequens relativum a consonante incipiat, velut 1, 106, τεσσαράκοντα ἔτεα, σύν τοῖσι Σκύθαι ἤρξαν, et 4, 134, εἴπε ἄρα πρὸς τοῦσπερ ἐώθεε καὶ τὰ ἄλλα λέγειν, unde 4, 200, τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἔσχε χωρὶς πρὸς ἃ προσῆρχε, πρὸς τὰ scribendum esse recte monuit Struvius. Ad praepositiones vero ἐν ἐς et ἐξ quod attinet, singularis apud Herodotum usus obtinet, quo relativum, quod eas sequitur, spiritum retinet in formulis ἐν ᾧ *hoc tempore*, ἐς δ sive ἐς οὗ, *usque ad id tempus, donec*, et ἐξ οὗ, *ex quo tempore*, ita ut plerumque relativum ad nullum certum nomen, quod vel præcedat vel sequatur, referri possit. Eodem modo μέχρι et ἄχρι οὗ dicitur, nusquam μέχρι et ἄχρι τοῦ. Ubi vero temporis notio abest, praepositiones ἐν ἐς et ἐκ formas pronominis flagitant eas quæ a τ incipiunt. Cui regulæ quæ repugnant exempla recte judicavit Struvius librariorum deberi erroribus, exceptis fortasse tribus de ἐς δ exemplis, 4, 156 : κατὰ τοῦτο τῆς χώρης, ἐς δ γινώσκειται ὁ Βορυσθένης· 4, 71 : ταφαὶ δὲ τῶν βασιλέων ἐν Ἰέρροισι εἰσι, ἐς δ ὁ Βορυσθένης ἐστὶ προσπλωτός· 7, 50 : ὁρᾷ τὰ Περσέων πρήγματα, ἐς δ δυνάμεις προκεχώρηκε, in quibus fieri posse ut ἐς δ, nisi forte ἐς ὅσον scribendum sit, non ad certum aliquod nomen relatum, sed sic adverbialiter positum, vulgari temporis notione ad spatium translata dixerit Herodotus. Cujusmodi excusatio quum non parata sit novem aliis locis, in quibus ἐξ οὗ ἐξ ἧς ἐξ ᾧ libris consentientibus legitur (5, 17 ;

6, 118; 3, 52; 4, 78; 1, 125; 2, 44, 92, 154; 3, 82), non dubitandum quin ἐκ τοῦ ἐκ τῆς ἐκ τῶν cum Struvio sit corrigendum. Nulla enim excogitari caussa potest cur Herodoto, qui quater (6, 41, 71; 8, 136; 9, 111) γυνὴ ἐκ τῆς τέκνα ἐγένετο vel ἐστὶ dixit, semel (4, 78) ἐξ ἧς dicere placuerit, aut (5, 17) μέταλλον ἐξ οὗ τάλαντον ἀργυρίου Ἀλεξάνδρῳ ἡμέρης ἐκάστης ἐφοῖτα scribere, quum 3, 115, scripserit νήσους ἐκ τῶν δ κασσίτερος ἡμῶν φοιτᾷ.

De pronomine relativo ὅστις duo esse observanda docuit Struvius, primo nunquam hoc pronomen a consonante τ incipere (male enim τὴν τινα 1, 90 in omnibus codicibus et τὸν τινα in uno 1, 98 scribi); deinde in genitivis et dativis unice regnare breviorē illam formam quam epicam dicere solemus (ὅτεω ὅτεω ὅτεων ὅτοις), nunquam vero reperiri ὁστινος ὅστινι ὄντινων ὅστισι. (Vitiosum igitur est μέχρι ὅτου πληθῶρης ἀγορῆς 2, 173; quod etsi facile in ὅτεω mutari potest, tamen etiam ex ὅσου corruptum habere licet, quod legitur 8, 3, μέχρι ὅσου κάρτα ἐδόοντο αὐτῶν, quamquam quum hic alii iique optimi libri μέχρῃς vel μέχρῃ οὗ præbeant, probabilius esse puto Herodotum utrobique μέχρῃ οὗ scripsisse, ut aliis in locis pluribus.) Neque nominativus pluralis generis neutrius ἅτινα est, sed ἅσσα (1, 47, 138, 197) pro Attico ἅττα : quod 1, 138, in libris pluribus in ὁκόσα est mutatum. Similiter ὅσσα vel ὅσα scriptum in fragmentis Democriti apud Stobæum Flor. 43, 46; 103, 25, cui ἅσσα ex optimo cod. Paris. restituere debebat Gaisfordus.

c) DE PRONOMINIBUS PERSONALIBUS.

Genitivi ἐμοῦ σοῦ οὗ Iones formis usi sunt et solutis et contractis, solutis ἐμέο σέο ἑο, contractis ἐμεῦ σεῦ εὔ. Apollon. Dysc. de pronom. p. 342 : ἐμεῦ κοινῇ Ἰώνων καὶ Δωριέων. Ἐμεῦ δ' ἔλετο μέγαν ὄρκον (Hom. Od. Δ, 746)... καὶ Φερεκύδης ἐν τῇ θεολογίᾳ καὶ ἐτὶ Δημόκριτος ἐν τοῖς περὶ ἀστρονομίας καὶ ἐν τοῖς ὑπολειπομένοις συντάγμασι συνεχέστερον χρῶνται τῇ ἐμεῦ καὶ ἐτὶ τῇ ἐμέο. Utriusque formæ apud Herodotum quoque frequentia sunt exempla : sed formæ encliticæ constanter contractionem patiuntur, μευ σευ εὔ.

Dativi σοί forma enclitica est τοι.

Accusativi pronominis tertiæ personæ forma quædam enclitica est μιν (quod viv dixerunt Do-rienses et poetæ Attici), quæ modo pro αὐτόν vel αὐτήν, modo pro ἐκυτόν vel ἐκυτήν dicitur addito intellectove αὐτόν vel αὐτήν.

Numeri horum pronominum dualis nulla apud Herodotum exempla exstant.

Nominativi pluralis eadem apud Iones atque Atticos forma est ἡμεῖς ὑμεῖς σφεῖς : nam quod in codicibus Herodoti non raro formæ reperiuntur solutæ ἡμέες ὑμέες σφέες, quas ego ubique removi, manifesto est documento qua temeritate librarii falsa analogiæ specie decepti formas vocabulorum sinxerint quæ ipsis viderentur Ionicas. Nam quum genitivum et accusativum constanter solvi ab Ionibus, ἡμέων ὑμέων σφέων, ἡμέας ὑμέας σφέας dicentibus, vidissent librarii, eandem solutionem nominativis adhibuerunt, in quibus ne a veteribus Epicis quidem est admissa, nedum a prosæ orationis scriptoribus, de quibus disertum habemus Apollonii Dyscoli testimonium in libro De pronomine p. 378 : αἱ πληθυντικαὶ καὶ κοινολεκτοῦνται κατ' εὐθείαν πρὸς τε Ἰωνῶν καὶ Ἀττικῶν ἡμεῖς ὑμεῖς σφεῖς. Ἔστι πιστώσασθαι καὶ τὸ ἀδιαίρετον τῆς εὐθείας παρ' Ἰωσιν ἐκ τῶν περὶ Δημόκριτον, Φερεκύδην, Ἑκαταίων. Τὸ γὰρ ἐν Εἰδωλοφανεὶ « ὑμέες Αἰδολιον περιγεύεσθε » παρὰ Παρθενίῳ ὑπὸ ποιητικῆς ἀδείας παραληφθὲν οὐ καταψεύσεται διαλέκτου πιστουμένης ἔλλογίμοις συγγραφεῦσιν iterumque p. 380. Quæ nemo erit qui Gregorii Cor. p. 479, Favorini s. v. Ἐγὼν similiumque grammaticorum auctoritate elevare conetur, qui ἡμέες et σφεῖς schematis sui explendi causa posuerunt. Parthenium quid moverit ut ἡμέες scriberet nescimus, nisi forte carmen illud ex versibus heroicis puris compositum esse voluit, ut Joannes Tzetzæ versus a Cramero editos Anecd. Oxon. vol. 3, p. 333, inter quos hic est,

Ἵμέες αὐτε ἕκαστος ἐν οὐασὶ ταῦτα βαλόντες.

Dativi primæ et secundæ personæ ἡμῖν ὑμῖν in enclisi ἡμιν ὑμιν retracto accentu correptoque scribendum esse præcipiunt grammatici, quorum opinioni in Herodoto non magis quam in aliis scriptoribus se accommodarunt librarii. Ionibus scripturam illam tribuit Apollonius Dysc. De pronom. p. 383 : ἡμῖν Ἰωνες, ἥ καὶ Ἀττικοί. Τὸ ἐγκλινόμενον παρ' Ἰωσι συστέλλει τὸ ι. Σημεῖωδες, καθὼ αἱ ἐγκλινόμεναι τὸν αὐτὸν χρόνον φυλάττουσιν ταῖς ὀρθοτονουμέναις et p. 384 : ὑμῖν πάλιν παρ' Ἰωσι προπερισπᾶται ἐγκλινομένη, καθὼ συστέλλει τὸ ι. Similiter Etym. M. p. 84, 16.

Dativi tertiæ personæ duplex est forma, altera ὀρθοτονουμένη σφίσι, altera enclitica σφι : nam quod 7, 149, legitur σφι μὲν εἶναι δύο βασιλεῖας, Ἀργεῖοις δὲ ἓνα, σφίσι scribendum est ex codice Sancerstiano. De utriusque formæ usu recte judicavit Matthiæ, cujus hæc est annotatio ad 1, 57 :

« Pronomen σφίσι et σφι ab Horodoto ita usurpari, ut hoc pronomen sit tertiæ personæ pro αὐτοῖς, *iis, illis*, illud vero semper reciprocum, *sibi, sibi ipsis*, ἐωυτοῖσι, sequentibus argumentis satis confirmari videtur. 1° Loci complures sunt, ubi σφι et σφίσι hoc significationis discrimine posita proxime sequuntur. Sic 6, 49 : ποιήσασιν δὲ σφι (ubi solus codex Florentinus σφίσι exhibet) ταῦτα ἰθέως Ἀθηναῖοι ἐπεκέατο δοκέοντες ἐπὶ σφίσι ἔγοντας τοὺς Αἰγινίτας δεδοκέναι, ὡς ἅμα τῷ Πέρσῃ ἐπὶ σφέας στρατεύονται. Conf. 1, 86 : ὡς δὲ σφι ἄσχημα ἔφαρξε, et mox τοὺς παρὰ σφίσι αὐτοῖς δοκέοντας. 2° Utrumque, σφι et σφίσι, centies hac sensus proprietate observata legimus, illud in quacunque fere pagina. Quod ad hoc attinet, conf ex libro primo c. 27, 57 : σφίσι δὲ δαμόγλωσσοι, ubi σφίσι ad Κρηστωνίτας et Πλακηνούς referendum est ; c. 93, 94, v. 6 et 8, c. 97 : ἐδίδωσαν σφίσι λόγον (huc conf. 6, 138 ; 7, 145 ; 8, 9 ; 3, 76 ; 5, 68, quibus locis lectio codicis Sancerstiani σφίσι pro vulgari σφι 3, 45, egregie confirmatur), c. 98, 146. 3° In iisdem loquendi formulis σφίσι et ἐωυτοῖσι et σφίσι αὐτοῖσι commutatur, 1, 97 : σφίσι λόγον ἐδίδωσαν · 6, 138 : ἐωυτοῖσι λόγους ἐδίδωσαν · 8, 9 : λόγον σφίσι αὐτοῖσι ἐδίδωσαν. 4° Voci σφίσι sæpius appositum est αὐτοῖσι sive αὐτῇσι, ut 1, 86, 146 ; 6, 42, 126. 5° Plerumque unus saltem codex veram lectionem præbet, ut pauci tantum loci vel codicibus abnuentibus ex hac regula corrigendi remaneant. »

Præter has formas Herodotus accusativo σφέ usus est, qui trium generum est et singularis et pluralis, pro αὐτὸν αὐτὴν αὐτό τε αὐτοὺς αὐτάς αὐτά, et neutro plurali σφέα pro αὐτά.

d) DE PRONOMINIBUS αὐτός ET οὗτος.

Pronominum αὐτός et οὗτος declinatio Ionica eadem est quæ dialecti vulgaris, exceptis dativis τούτοις αὐτοῖσι αὐτῇσι pro τούτοις αὐτοῖς αὐταῖς, et genitivo feminino αὐτέων pro αὐτῶν, quem annotavit Apollonius Dysc. De pronom. p. 383 : ὃν τρόπον τὸ νυμφέων διαίρεται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ αὐτῶν, ὅποτε θηλυκὸν σημαίνει, καὶ ἔτι (apud Epicos) αὐτῶν. Qua forma in errorem inducti librarii non solum masculinum αὐτῶν interdundum in αὐτέων (velut 1, 108 ; 7, 233, 234), et τούτων, cujus hæc communis trium generum ut apud Atticos ita apud Iones quoque forma est, in τούτέων mutarunt, sed etiam literam ε aliis a quibus aliena est horum pronominum casibus in syllabam longam exeuntibus inseruerunt, rarius apud Herodotum, centenis in locis apud Hippocratem, Aretæum aliosque recentiores dialecti Ionicæ scriptores, quorum in

libris non solum αὐτέου αὐτέης τουτέου ταυτέης, τουτέω αὐτέω αὐτέῃ τουτέοισι αὐτέῃσι etc., sed etiam cognatæ non melioris notæ formæ reperiuntur, ἑωυτέου ἑωυτέης τοιουτέου τοιουτέω ἑωυτέων τοιουτέων τοσουτέων ἑωυτέοισι τοιουτέοισι. Qualia vitia an relinquenda sint recentioribus hujus dialecti scriptoribus nunc non quæram: Herodoto ea omnia eximenda fuisse, quod ego feci, nemo dubitabit qui diligenter collectis rectæ prævæque scripturæ exemplis rationem subducere volet. Non magis ferendum ἔκείνων 4, 111, quod ἔκείνων scribendum, ut paullo post (c. 113) ἀλλήλων pro ἀλληλέων ex codice Sacerdotiano restituendum: quæ ut interpolarent librarii formis in vicinia positis αὐτέων et μουνωθεισέων permoti sunt.

De pronomine reflexivis cum αὐτός compositis ἑμευτοῦ σευτοῦ ἑωυτοῦ pro ἑμαυτοῦ σεαυτοῦ ἑαυτοῦ supra diximus § 5. De pronomine ἔκείνος vel κείνος vide indicem alphabeticum.

e) DE PRONOME ΤΙΣ.

Pronominis interrogativi τίς genitivi et dativi singularis et pluralis formæ Ionicæ sunt τέο vel τεῦ, τέω, τέων, τέοισι, pro vulgaribus τίνος τίνι τίνων τίσι, quas interdum illis substituerunt librarii, velut 3, 38, ubi libri omnes ἐπὶ τίνι γράματι, quod τέω scripserat Herodotus. Eadem pronominis indefiniti τις declinatio est, cujus genitivus τεο vel τευ accentum rejicit. Formula πολλῶν τεω, qua utitur Herodotus 1, 181; 2, 48, 67, 124; 4, 47, restituenda Luciano De dea Syr. c. 2, ubi in πολλοστώ corrupta est.

De composito ὅστις supra diximus sub b.

§ 14.

De numeralibus.

Εἰς. Femininum μία et μίαν in codicibus non raro μή et μήν scriptum esse errore librorum quibus genitivi et dativi μιᾶς μιᾷ formæ Ionicæ μιῆς μιῇ fraudem fecissent, supra notavimus § 10.

De numeris δύο et δώδεκα v. indicem alphabeticum s. v. Δύο.

Reliquorum numerorum formæ, quatenus a dialecto communi discrepant, hæ sunt, τέσσερες τέσσερα et τεσσερεσκαίδεκα, τριήκοντα, τεσσαράκοντα (non τεσσερήκοντα, quod librarii interdum posuerunt), ὀγδώκοντα, διηκόσιοι τριηκόσιοι εἰνακόσιοι, et cardinalia εἰνάτος cum adverbio εἰνάκις et compositis velut εἰνακισχίλιοι, τριηκοστός, τεσσαρακοστός, διηκοσιοστός etc. Vitiosum πεντηκόσιοι notavimus § 4. De adjectivis διπλήσις τριπλήσις; etc. diximus s. v. Διπλήσις.

DE CONJUGATIONE.

§ 15.

De augmento.

Augmentum syllabicum ab Herodoto nusquam esse omissum (excepto, in quo Attici quoque non raro omiserunt, plusquamperfecto) tam manifestum est ut mireris νόε 1, 155 et ἐξανήρωε ib. 208, quorum alterum Schæferus, alterum ego demum ex codicibus correximus, non esse pridem ab editoribus emendata. Nec ceterorum scriptorum Ionicorum quisquam hanc libertatem, quæ propria est poësis epicæ et lyricæ, sibi sumpsisse videtur, nisi quis Homericæ λίσσαστο et φθέγγαστο ab Luciano posita esse sibi persuadeat, De dea Syr. c. 19, 22 et 25, quod mihi tanto minus verisimile videtur, quum c. 18 recta in libris forma sit servata ἐλίσσαστο, quod c. 19 præbet codex Marcianus. Neque ἀνακέστο ferendum c. 45, sed corrigendum ἀνεκέστο.

In verbis cum πρό compositis augmentum syllabicum apud Atticos plerumque cum præpositione in unam syllabam contrahitur προϋ. Iones vero in his ut in aliis vocabulis formam solutam prætulerunt. Sic apud Herodotum προέβαινε 1, 134; προέδωκε 6, 23; προεθυμέτο 5, 78 (ubi male libri nonnulli προθυμέτο et deterius etiam alii προθυμέτο); 9, 38; προεκαλέτο 4, 201; προεκομίζοντο 4, 121; προεκόπτετο 3, 56; προέφερε 5, 28, et alia: quemadmodum composita a προϋ — incipientia ipsa quoque contractionem Atticam respuunt, velut προοπτεόν 1, 20; πρόοπτος 9, 17; προοφέεσθαι 5, 82.

Aliquanto difficilior de augmento temporali quæstio est, in quo vel addendo vel omitiendo etsi summa est in plerisque verbis inconstantia codicum, tamen ut in aliorum vocabulorum formis, ita in his quoque veri quædam vestigia relicta sunt, ex quibus quam normam secutus sit Herodotus probabiliter conjici posse videatur; quamquam multum abest ut has regulas certas putem nullisque dubitationibus obnoxias.

1º Augmento constanter carent quinque verba linguae Ionicæ propria, ἀγινέω et composita, ἀναισιμῶ, ἀρρωδέω et composita, ἀρτέομαι (cum infinitivo ἀρτέεσθαι, non ἀρτᾶσθαι), ἐσσώω. Eidem legi fortasse subjectæ fuerunt trium aliorum verborum formæ Ionicæ, οὐνεμίζω, cujus tempora præterita modo ab ου modo ab ω incipiunt in codicibus, de quo dixi in indice alphabetico s. h. v.; οὐρίζω (pro δρίζω), cujus aoristus in paucis ubi legitur locis οὔρισε scriptus est, non ὠρισε; ἔργω (pro εἶργω, ut ἐρχτή pro εἰρχτή), quod etsi interdum cum augmento scribitur, ut

ἐξείργον n omnibus codicibus 5, 22, κατεῖρξαν in duobus legitur 5, 63, longe major tamen exemplorum numerus augmenti commendat omissionem.

2° Augmentum recte abesse videtur a verbis quibusdam ab usu vulgari remotioribus et sermoni poetico fere propriis, qualia sunt ἀέθλων 1, 67; 7, 212; ἀλύκταζον 9, 70; ἄνωγε 3, 81; ἐλί-
νυον 8, 71; ἔρδον 9, 103; ἔρξαν 5, 65; 7, 8; quibus haud dubie verba ἀγαίεσθαι et ἀέξιν acced-
rent, si temporum præteritorum exempla apud Herodotum exstarent.

3° Augmenti verborum ἐργάζομαι et ἑάω omissi tot sunt apud Herodotum exempla, ut ab his quoque verbis communis dialecti formas εἰργα-
ζόμεν εἰργασάμεν εἰργασμαι εἶων alienas habuisse et ἐργαζόμεν (nisi forte ἡργαζόμεν scribendum) — ἔων dicere maluisse videri possit Herodotus, quemadmodum ἔωθα dixit, non εἰωθα : quo pacto etiam ἐνεμείνος defendi posset 4, 190, nisi hæc scriptura quattuor codicum, inter quos duo sunt de antiquissimis, auctoritate labefactaretur, in quibus ἐνεμειμένος scriptum est.

4° Augmentum temporale abjectum videri potest in formis præteriti passivi pluralis Ionicis in αται, quales sunt ὀρμέαται cum plusquamperfecto ὀρμέατο, cujus exempla multa sunt, in libris modo sic modo per ω scripta, ἄγωνίδαται 9, 26, memoratum ab Eustathio p. 234, 20, et ὀρτέαται 1, 125, cujus scripturæ testis est antiquissimus Stephanus Byzant. (s. v. Ἀρταία, Ἀρτεῖται et Μάσπιοι), qui male intellectis Herodoti verbis nomen finxit gentis Ἀρτεῖται, qui error communis ei est, ut videtur, cum librariis qui ἄρτεῖται scripserunt, quod in pluribus codicibus legitur. De quo si recte iudicamus, sequitur errasse editores qui 9, 68 codicum quorundam auctoritate πάντα τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἡρτηντο ἐκ Περσέων ediderint, quod ἄρτέατο scribendum foret, nisi manifestum esset veram esse ceterorum librorum scripturam ἡρτητο.

His igitur verbis a communis dialecti regulæ exemptis, si modo omnia sunt eximenda, hæc apud Herodotum relinquuntur verba eorumque composita.

1° A vocali incipientia, ἀγάλλεσθαι ἀγγέλλειν ἄγειν ἀγείρειν ἀγοράζειν ἀγορεύειν ἐξαγριοῦν ἀγωνί-
ζεσθαι ἀδικεῖν ἀίρειν ἐπαίειν αἰσσειν αἰστοῦν ἀκμά-
ζειν ἀκούειν ἀκρωτηριάζειν ἀλγεῖν ἀλείφειν ἀλίζειν ἀλίσκεσθαι ἀλλάσσειν ἀμαρτάνειν ἀμαυροῦν ἀμείβειν ἀμελεῖν ἀμύνειν ἀναγκάζειν ἀνδάνειν ἀνδραποδίζειν ἀνδροῦσθαι ἀνθίζειν ἀνοίγειν ἀντᾶν ἀντιάζειν ἀντιοῦ-
σθαι ἀνείν ἀνύειν ἀژیουν ἀπταῖν ἀπειλεῖν ἀπιστεῖν

ἀπορεῖν ἀπτεῖν ἀρᾶσθαι ἀράσσειν ἀργυροῦν ἀρδεν ἀρέ-
σκειν ἀριθμεῖν ἀριστεύειν ἀρκεῖν ἀρμόζειν ἀρπάζειν ἀρτᾶσθαι καταρτίζειν ἀρτυεῖν ἀργειν ἀσεβείν ἀσχεῖν ἀσπάζεσθαι ἀσπαίρειν ἀσχάλλειν ἀτιμοῦν ἀτρεμεῖν ἀφανίζειν ἀφάσσειν ἀφιέναι (in aoristo ἀπειθῆσαν, non ἀπέθῆσαν) ἀχθεσθαι, ἐγείρειν ἐθέλειν ἐθελοκακεῖν εἶναι (in imperfecto ἦσαν vel ἔσαν) ἐλαύνειν ἐλέγ-
χειν ἐλευθεροῦν ἐλκειν ἐλπίζειν ἐμείν ἐξεμπολᾶν ἐνεῖ-
και ἐπείγειν περιέπειν ἐπεσθαι ἐπίστασθαι ἐρᾶν κατε-
ρεῖκειν ἐρείπειν ἐρημοῦν ἐρχεσθαι (cujus aoristus ἦλθον ne a poetis quidem sine augmento profer-
tur) ἐσθῆν ἐσθίειν ἐτεροιοῦν προετοιμάζειν ἔχειν ἔψειν, ἴσχειν (cujus imperfectum in libris ἴσχον et πρόσισχον scriptum ἴσχον potius et προσίσχον scribendum), ὀγκοῦν ὀδοπορεῖν ὀδύρεσθαι ὀκέλλειν ὀλλύναι ὀμλεῖν ὀμνύειν ὀμολογεῖν ὀνειδίζειν ὀνινάειν κατόνεσθαι ὀπλίζειν ὀπτᾶν ὑποπτεῦειν ὀρᾶν ὀρέγεσθαι ἐπιορκεῖν ἐξορκοῦν ὀρμαῖν ὀρμεῖν ὀρμίζειν ὀρτάζειν ὀρούσσειν ὀρχεῖσθαι ἐξοστρακίζειν ὀσφρακίνεσθαι ὀφεί-
λειν ὀφλεῖν ὀγχεῖν ὀγλῆν. (Omittimus ἰσθῆναι ἰστάναι in imperfecto, ἰστιάειν, quæ augmentum omnino non recipiunt.)

2° A diphthongo incipientia προαιδεῖσθαι αἰνεῖν αἰρεῖν αἰρεῖν αἰσθάνεσθαι αἰτεῖν διαιτᾶσθαι αὐαίνειν αὐδάζεσθαι αὐδᾶν ἐναύειν αὐζάνειν αὐζειν αὐτομολεῖν, εἶδον εὐδεῖν εὐδοκίμειν εὐθενεῖσθαι εὐνομεῖσθαι εὐο-
δοῦσθαι εὐρίσκειν (quod apud Herodotum constanter sine augmento scribitur ut apud alios cujusvis dialecti scriptores plerosque : de quo v. quæ dixi ad Aristoph. Nub. 137) εὐτυχεῖν εὐγεσθαι εὐοιχεῖν ἀνοίγειν οἰεσθαι οἰκεῖν οἰκίζειν οἰκοδομεῖν οἰκοφθορεῖν οἰκτεῖρειν οἰκτίζεισθαι οἰνοῦν οἶγεσθαι (de quo genere verborum v. ibid.)

Quodsi omissis verbis iis, quæ propter exem-
plorum paucitatem vix quidquam alterutram in partem ponderis habent, ea tantum spectamus quorum frequentior usus est, omnemque lectionis diversitatem, quatenus ex codicibus enotata est, pervestigamus, in multis par fere utramque in partem momentum esse intelligitur, codicibus augmentum temporale aliis in verbis sæpius in aliis rarius vel addentibus vel omittentibus nec raro uno eodemque in loco in contrarias partes abeuntibus, ita ut facile appareat librariorum certæ rationis plane ignaros temere modo hoc modo illud arripuisse, prout quisque vel Ionice, qualem animo informasset, vel communis dia-
lecti studiosior esset. Cujusmodi inconstantia et hæsitatio quum non videatur cadere in Hero-
dotum, nihil aliud relinquitur quam ut augmen-
tum temporale in plerisque omnibus istius modi verbis, qualia supra collecta apposui, ab eo vel omissum vel, quæ mihi probabilior sententia vi-
detur, additum esse existimemus, excepto for-

tasse uno alteroque verborum ab diphthongis incipientium, non excepto vero imperfecto ἀμείβετο, quo nullum aliud frequentius sine augmento in codicibus scribitur, librariorum, ut opinor, arbitrio, qui quum Homerum et ἀμείβετο et ἡμείβετο, prout metro commodum est, dixisse scirent, formam augmento carentem ut magis Ionicam prætulerunt; quanquam ἀμείβετο interduum etiam ex ἀμείβεται corruptum esse potest, quo passim usus est Herodotus etiam in narratione rei præteritæ. In universum autem Herodotum augmentum temporale addere quam omittere maluisse, non solum constans augmenti syllabici usus arguere videtur, sed etiam eo probabile fit, quod ne poetæ quidem epici augmentum temporale omisisse videntur, nisi ubi metri lex postularet. Nam quod apud Homerum II. I', 447, in libris omnibus ἀρχε scriptum est pro eo in quo alibi centies consentiunt omnes, ἤρχε, et si qua sunt similia, magna est superstitio si qui recondito nescio cui consilio poetæ quam fortuito veteris alicujus librarii errori imputare malunt. Ceterum de trium verborum augmento jam Henricum Apetziū et A. Matthiæ recte judicasse video. Eorum primum est εἶδον, de quo Apetzius ad 5, 59, hæc scripsit: « εἶδον sæpius apud Herodotum sine diversitate legitur, ἶδον nunquam nisi cum var. lect. εἶδον. Itaque εἶδον Herodoteum videtur, ἶδον grammaticeorum, Ionismi Herodoto ipso amantiorum. » Secundum est ἤλασα, de quo idem ad 7, 20: « Vulgo ἔλασαν. Sed huic verbo Herodotus ubique augmentum addit, v. c. 1, 50, 59, 77, 116, 153, 154, 157, 164, 176. Sic 8, 113, scribendum ἐξήλανον ex Ald. Sanctroft. » Tertium denique est ἦσαν, de quo Matthiæ ad 1, 31: « Hoc primo loco in nonnullis codicibus est ἔσαν, ante in ἦσαν omnes conspirabant. In sequentibus etiam sæpius est ἦσαν sine diversitate, ut 1, 34, 57, 63, 65, 74, 80, 93, 100, 5, 138, 3, 45. ἦσαν ubi legitur, semper altera scriptura ἔσαν e codicibus notata est. Itaque hic etiam ἦσαν scriptum oportuit, ut est in Sanctroftiano et Vindobonensi et al. » Contraria Wesselingii fuerat sententia in annotatione ad 1, 63; quæ secutus Bekkerus ubique ἔσαν scripsit, unde in editionem Didotianam transiit, servavit vero ἦσαν in compositis (ut ἀπῆσαν 4, 1; 9, 70; ἐνῆσαν 5, 101; 9, 32; ἐπῆσαν 1, 180; 2, 142; 7, 76, 78, 96, 176; παρῆσαν 1, 45, 48, 82, 115, 119, 126; 3, 86; 5, 13, 99, 108; 6, 8; 7, 53, 202, 218; 8, 67; 9, 30, 31; περιῆσαν 7, 188; συνῆσαν 9, 115; ὑπῆσαν 7, 86), excepto περιέσαν 9, 31, in quo libri, ut

num, qui formam manifeste vitiosam præbet περιέσαν.

§ 16.

De litera ε verbis barytonis male inserta.

Literam ε ut aliis vocabulis pluribus, de quibus supra est expositum, ab librariorum Ionicas quæ ipsis viderentur formas fingentibus interdum insertam esse videmus, ita eadem verborum quorundam barytonorum terminationibus est illata, unde formæ prodierunt ab hoc verborum genere plane alienæ, quæ propriæ sunt verbis contractis, quorum Iones formis uti solent solutis. Sic συμβαλλόμενος legebatur 1, 68; 3, 68; 7, 24, 184, 189, et ἐπειρόμενος 3, 64, quæ nunc meliorum librorum auctoritate in συμβαλλόμενος et ἐπειρόμενος sunt mutata; υπερβαλλέσθαι vel υπερβαλέσθαι est in libris pluribus 3, 76, ubi recte alii υπερβαλέσθαι, in quo consentit Eustathius p. 1441, 61. Porro quum 3, 14 in codicibus antiquioribus quibusdam ἡγεόμενον ἐπὶ θάνατον scriptum esset, alii autem librarii verbum ἄγεσθαι requiri intellexissent, servata terminatione verbi ἡγεόμενον, ἀγεόμενον scripserunt, quod in aliquot codicibus legitur et in editione Aldina. Recta vero quam ego restitui scriptura est ἀγόμενον, quod probabilius esse puto quam quod Schæferus olim posuit ἀγινόμενον: præcedit enim ἡγοντο (vel ἄγοντο) ποιῶν τίσοντες. Non minus vitiosa sunt μεμνόμεθα, quod ex aliquot codicibus intulerunt editores nuperi 7, 47, quum recte vulgo legeretur μεμνόμεθα consentiente Eustathio p. 767, 36, et imperfecta ἔψε ἐνέγχε et aoristus ὥπλε pro ἦψε ἐνέγχε ὥπλε, de quibus v. § 21, s. v. ἔψεν. Suspecta etiam μαχόμενος 7, 104; 9, 75, et ubi μαχόμενος scriptum in cod. Flor., 7, 225; συμμάχεται, quod 7, 239 Schweighæuserus intulit ex Suida (s. v. Εἰλός), cui συμμάχεται ex cod. Leidensi restituit Bernhardus; et verbi σίνεσθαι formæ diductæ, in quibus codices modo consentiunt modo dissentiunt, σινέσθαι 4, 123; 9, 120; σινεόμενος 9, 73, 87; εἰνέετο 9, 13; εἰνέοντο 5, 89; 9, 49. Nam μαχόμενος non multum præsidii habet a formis μαχέοιτο μαχέοιμενος μαχεούμενος, quibus pro μάχοιτο et μαχόμενος metri causa, raro tamen, usi sunt poetæ epici, σινέσθαι autem nihil plane habet quo commendetur, et utrique formæ multo plura recte scripturæ exempla obstant. Eadem fere verbi πιέζειν ratio est. Nam etsi duplex hujus verbi forma exstitit, altera barytona πιέζω, altera contracta πιέζω, hæc tamen recentiores potius scriptores usi sunt, velut Plutarchus, ex quo eam memoravit Eustathius p. 1710, 34: veteres an unquam

usi sint dubitatur. Nihil enim tribuendum exemplis duobus Homericis Od. M. 174, 196, ubi $\pi\acute{\iota}\epsilon\zeta\epsilon\upsilon\nu$ in fine versus legitur, aliis libris $\pi\acute{\iota}\epsilon\zeta\omicron\nu$ præbentibus, quam formam solam agnoscere videntur Herodianus *Περὶ μὲν. λέξ.* p. 44, 3, et grammaticus in Cramerī *Anecd.* Oxon. vol. 1, p. 367, $\pi\acute{\iota}\epsilon\zeta\omega$ Atticis et Ionibus tribuentes. Quamobrem non dubitavi Herodoto quoque 3, 146; 6, 108; 8, 142, pro vulgato $\pi\acute{\iota}\epsilon\zeta\acute{\epsilon}\upsilon\mu\epsilon\nu\omicron\varsigma$ ex aliis libris $\pi\acute{\iota}\epsilon\zeta\acute{\omicron}\mu\epsilon\nu\omicron\varsigma$ restituere, qua forma verbi alibi constanter utitur. Reliqua sunt verba $\acute{\epsilon}\pi\iota\sigma\acute{\tau}\epsilon\omega\nu\tau\alpha\iota$ (pro $\acute{\epsilon}\pi\iota\sigma\tau\acute{\omega}\nu\tau\alpha\iota$) in quo libri consentiunt 3, 134, et $\delta\upsilon\nu\acute{\epsilon}\omega\mu\epsilon\theta\alpha$ $\delta\upsilon\nu\acute{\omega}\nu\tau\alpha\iota$ in libris pluribus 4, 97; 7, 163, quibus sine ulla vitii suspicione usus est Buttmanus *Gramm.* vol. 2, p. 155 ed. Lob. Manifestum vero est ab librariis fictas formas illas esse, deceptis fortasse præsentis et imperfecti formis Ionicis $\acute{\epsilon}\pi\iota\sigma\tau\acute{\epsilon}\alpha\tau\alpha\iota$ $\acute{\eta}\pi\iota\sigma\tau\acute{\epsilon}\alpha\tau\omicron$ $\delta\upsilon\nu\acute{\epsilon}\alpha\tau\alpha\iota$ $\acute{\epsilon}\delta\upsilon\nu\acute{\epsilon}\alpha\tau\omicron$. Denique contra dialectum Ionicam peccat quod 7, 226 adhuc legebatur $\acute{\alpha}\pi\acute{\iota}\omega\sigma\iota$, in duobus codicibus $\acute{\alpha}\pi\acute{\iota}\omega\sigma\iota$ scriptum: unde $\acute{\alpha}\pi\acute{\iota}\omega\sigma\iota$ correxi. Conjunctivi enim verbi $\acute{\iota}\epsilon\nu\alpha\iota$ forma Iones utuntur non contracta ut Attici $\acute{\iota}\epsilon\omega\iota\omega$, sed barytona $\acute{\iota}\omega$, de qua dixi in indice alphabetico s. v. $\acute{\iota}\epsilon\nu\alpha\iota$, et sic $\acute{\alpha}\pi\acute{\iota}\eta$ legitur in libris omnibus 4, 190, quod $\acute{\alpha}\pi\acute{\iota}\eta$ scribendum foret, si isto in loco recte legeretur $\acute{\alpha}\pi\acute{\iota}\omega\sigma\iota$. Omisimus in his singularia unius alteriusque codicis peccata, quæ ipsa quoque ostendunt quam proclives fuerint librarii ad litteram et temere inferendam, velut $\acute{\epsilon}\upsilon\rho\acute{\epsilon}\eta\varsigma$, quod pro $\acute{\epsilon}\upsilon\rho\eta\varsigma$ scriptum est in codice Sacerdotiano 4, 163.

§ 17.

De conjugatione verborum barytonorum activa.

a) DE IMPERFECTI ET AORISTORUM FORMA FREQUENTATIVA.

Imperfecti et aoristorum formam frequentativam activam in $\sigma\chi\omicron\nu$, passivam mediamque in $\sigma\acute{\omicron}\mu\eta\nu$, cujus de significatione recte præcepit Buttmanus *Gramm.* vol. 1, p. 393, Ionicæ dialecto tribuunt grammatici: vid. *Etym. M.* p. 381, 36. Ejus exempla plurima reperiuntur apud Homerum ceterosque Epicos, nec pauca apud Herodotum, velut $\acute{\alpha}\gamma\epsilon\sigma\chi\omicron\nu$ 1, 148; $\acute{\epsilon}\sigma\acute{\alpha}\gamma\epsilon\sigma\chi\omicron\nu$ 1, 196; $\acute{\alpha}\rho\delta\epsilon\sigma\chi\epsilon$ 2, 13; 3, 117; $\mu\epsilon\tau\epsilon\chi\omega\acute{\alpha}\iota\nu\epsilon\sigma\chi\epsilon$ 7, 41; $\acute{\epsilon}\theta\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\sigma\chi\omicron\nu$ 6, 12; $\acute{\alpha}\pi\epsilon\lambda\alpha\upsilon\nu\epsilon\sigma\chi\omicron\nu$ 7, 119; $\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\sigma\chi\epsilon$ 6, 12; $\acute{\epsilon}\chi\epsilon\sigma\chi\omicron\nu$ 7, 119; $\kappa\lambda\acute{\alpha}\iota\epsilon\sigma\chi\epsilon$ 3, 119; $\mu\acute{\epsilon}\nu\epsilon\sigma\chi\omicron\nu$ 4, 42; $\pi\acute{\epsilon}\mu\pi\epsilon\sigma\chi\epsilon$ 7, 106; $\sigma\pi\acute{\epsilon}\iota\rho\epsilon\sigma\chi\omicron\nu$ 4, 42; $\lambda\acute{\alpha}\beta\epsilon\sigma\chi\epsilon$ 4, 78, et sæpissime $\acute{\epsilon}\sigma\chi\omicron\nu$ $\acute{\epsilon}\sigma\chi\epsilon$, de quo dixi in indice alphabetico s. v. $\acute{\epsilon}\acute{\iota}\nu\alpha\iota$; $\acute{\delta}\delta\upsilon\rho\acute{\epsilon}\sigma\chi\epsilon\tau\omicron$ 3, 119; $\gamma\chi\eta\acute{\iota}\sigma\chi\omicron\nu\tau\omicron$ 3, 117. Eadem forma verbis adhibetur contractis quibusvis: exempla

tamen Herodotea ad solam pertinent formam in $\acute{\epsilon}\omega$, ut $\pi\omicron\acute{\iota}\epsilon\acute{\epsilon}\sigma\chi\omicron\nu$, 1, 36; $\pi\omicron\acute{\iota}\epsilon\acute{\epsilon}\sigma\chi\epsilon$ 4, 79; $\pi\omicron\iota\epsilon\acute{\epsilon}\sigma\chi\epsilon\tau\omicron$ 7, 5, 119; $\pi\omega\lambda\acute{\epsilon}\epsilon\sigma\chi\epsilon$ 1, 196; $\acute{\eta}\chi\acute{\epsilon}\epsilon\sigma\chi\epsilon$ 4, 200, qualia in codicibus plerumque omisso altero ϵ scribuntur. Quod etsi poetarum exemplis defendi potest, qui $\pi\omega\lambda\acute{\epsilon}\sigma\chi\epsilon\tau\omicron$ $\kappa\alpha\lambda\acute{\epsilon}\sigma\chi\epsilon\tau\omicron$ $\kappa\rho\acute{\alpha}\tau\epsilon\sigma\chi\epsilon\nu$ dixerunt propter metri necessitatem, apud Herodotum tamen ut in aliis vocabulis, in quibus formæ solutæ duplex ϵ præbent, plenæ formæ præferendæ videntur. Ceterum legitima in his formis est augmenti et syllabici et temporalis ommissio, de qua dictum in *Etym. M.* p. 625 in., nisi quod poetæ hanc quoque legem interdum migrarunt ubi metrum postularet, ut *Hom. Od.* Y, 7, $\acute{\eta}\acute{\iota}\sigma\alpha\nu$, $\acute{\alpha}\acute{\iota}$ $\mu\eta\nu\sigma\tau\acute{\epsilon}\tau\eta\rho\sigma\iota\nu$ $\acute{\epsilon}\mu\iota\sigma\gamma\acute{\epsilon}\sigma\chi\omicron\nu\tau\omicron$ $\pi\acute{\alpha}\rho\omicron\varsigma$ $\pi\epsilon\rho$. Idem an augmentum etiam præter metri necessitatem addiderint, ut $\acute{\alpha}\nu\epsilon\mu\omicron\rho\mu\acute{\iota}\upsilon\rho\epsilon\sigma\chi\epsilon$ $\pi\alpha\rho\acute{\epsilon}\beta\alpha\sigma\chi\epsilon$ $\pi\alpha\rho\epsilon\kappa\acute{\epsilon}\sigma\chi\epsilon\tau\omicron$ apud Homerum leguntur, nunc non quæram, quum Herodotea hujus generis exempla nullius plane momenti sint. Sic $\kappa\alpha\tau\acute{\epsilon}\lambda\acute{\iota}\pi\epsilon\sigma\chi\epsilon$, quod 4, 78 legebatur, nunc ex duobus codicibus est correctum restituto $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\acute{\epsilon}\pi\epsilon\sigma\chi\epsilon$. $\lambda\acute{\alpha}\beta\epsilon\sigma\chi\omicron\nu$ 4, 130 pro $\acute{\epsilon}\lambda\acute{\alpha}\beta\epsilon\sigma\chi\omicron\nu$ reposuit Schæferus, ut $\lambda\acute{\alpha}\beta\epsilon\sigma\chi\epsilon$ in libris omnibus legitur 4, 78. Neque $\acute{\epsilon}\sigma\tau\acute{\epsilon}\mu\pi\epsilon\sigma\chi\omicron\nu$ 1, 100, scribere in mentem venire potuit Herodoto, quum ibidem $\acute{\epsilon}\kappa\pi\acute{\epsilon}\mu\pi\epsilon\sigma\chi\epsilon$ dixerit. Recte igitur Bekkerus $\acute{\epsilon}\sigma\pi\acute{\epsilon}\mu\pi\epsilon\sigma\chi\omicron\nu$.

b) DE PLUSQUAMPERFECTO.

Plusquamperfecti formæ quæ in dialecto vulgari in $\epsilon\iota\nu$ $\epsilon\iota\varsigma$ $\epsilon\iota\ldots$ $\epsilon\iota\sigma\alpha\nu$ exeunt, ab Ionibus in $\epsilon\alpha$ (quod respondet formæ Atticæ veteri in η) $\epsilon\alpha\varsigma$ $\epsilon\epsilon$ et, qua forma Attici quoque uti solent, in $\epsilon\sigma\alpha\nu$ terminantur. V. *Etym. M.* p. 386, 14; 419, 10. Sic apud Herodotum $\acute{\epsilon}\omega\delta\epsilon\alpha$ $\acute{\epsilon}\omega\theta\epsilon\epsilon$ $\acute{\epsilon}\omega\theta\epsilon\sigma\alpha\nu$, $\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\gamma\acute{\omicron}\nu\epsilon\epsilon$ $\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\gamma\acute{\omicron}\nu\epsilon\sigma\alpha\nu$, $\kappa\alpha\tau\epsilon\sigma\tau\acute{\eta}\kappa\epsilon\epsilon$, $\lambda\epsilon\lambda\alpha\beta\acute{\eta}\kappa\epsilon\epsilon$ $\pi\epsilon\tau\acute{\omicron}\nu\theta\epsilon\epsilon$, $\sigma\upsilon\nu\gamma\delta\acute{\epsilon}\alpha\tau\epsilon$, et alia plura. Personam tertiam singularis librarii, ut solent de duobus ϵ alterum omittere, non raro in tertiam personam perfecti corruerunt. Sic $\pi\alpha\rho\alpha\beta\acute{\epsilon}\theta\eta\kappa\epsilon$ $\acute{\epsilon}\lambda\eta\lambda\upsilon\theta\epsilon$ $\pi\rho\alpha\chi\acute{\eta}\kappa\omicron\varsigma$ olim legebantur 7, 40; 8, 50 et 79, pro $\pi\alpha\rho\alpha\beta\epsilon\theta\acute{\eta}\kappa\epsilon\epsilon$ $\acute{\epsilon}\lambda\eta\lambda\upsilon\theta\epsilon\epsilon$ $\pi\rho\alpha\chi\eta\kappa\acute{\omicron}\epsilon\epsilon$.

c) DE OPTATIVO AORISTI PRIMI.

Optativi ut apud Atticos ita apud Iones quoque duplex in verbis et barytonis et contractis usitata forma est, altera $\alpha\iota\mu\iota$, $\alpha\iota\acute{\iota}$, $\alpha\iota$, altera $\alpha\iota\mu\iota$, $\epsilon\iota\alpha\varsigma$, $\epsilon\iota\epsilon$, quam et Attici veteres et Herodotus priori prætulerunt. Sic $\acute{\alpha}\kappa\omicron\upsilon\sigma\epsilon\iota\alpha\nu$ p. 219, 42; $\acute{\alpha}\pi\omicron\sigma\tau\epsilon\acute{\iota}\lambda\epsilon\iota\alpha\varsigma$ 383, 44; 501, 30; $\acute{\alpha}\psi\epsilon\iota\alpha\nu$ 397, 45; $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\acute{\iota}\kappa\epsilon\iota\epsilon$ 294, 11; $\acute{\epsilon}\nu\tau\rho\acute{\epsilon}\psi\epsilon\iota\alpha\nu$ 377, 42; $\acute{\epsilon}\pi\iota\sigma\tau\epsilon\acute{\iota}\lambda\epsilon\iota\epsilon$ 278, 29; $\kappa\alpha\tau\upsilon\pi\nu\acute{\omega}\sigma\epsilon\iota\alpha\varsigma$ 325, 13; $\lambda\upsilon\pi\acute{\eta}\sigma\epsilon\iota\epsilon$ 270, 54; $\nu\omicron\sigma\tau\acute{\eta}\sigma\epsilon\iota\alpha\varsigma$ 331, 52; $\acute{\omicron}\pi\lambda\acute{\iota}\sigma\epsilon\iota\epsilon$ 280, 45; $\acute{\omicron}\rho\mu\acute{\eta}\sigma\epsilon\iota\alpha\nu$ 387, 9; $\pi\alpha\lambda\acute{\eta}\sigma\epsilon\iota\epsilon$ 390, 29; $\pi\epsilon\lambda\acute{\alpha}\sigma\epsilon\iota\epsilon$ 449,

30; πέμψει 386, 46; ποιήσεις 334, 53; συμβουλεύσεις 387, 44; τελευτήσεις 334, 13; φήσεις 296, 47; φιλήσεις 85, 39; ψεύσεις 142, 22; 154, 10. Contra ἀποδέξαιεν p. 394, 7; ῥίψαι 102, 52; συμβουλεύσαι 183, 6; συνενεῖκαιεν 360, 24; διαφυλάξαιεν 305, 48.

d) DE INFINITIVO AORISTI SECUNDI.

Infinitivum aoristi in εἶν exeuntem in εἶν solvere solent Iones. Etym. M. p. 465, 49 : ἰδέειν δόριστος δεύτερος καὶ μέλλων. 'Ο κανών' οἱ Ἴωνες ἐπὶ τῶν εἰς εἶν ἀπαρεμμάτων πλεονάζοντες τὸ ε διὰ τοῦ εἶν προφέρουσι, θανεῖν θανέειν. Hujusmodi infinitivorum exempla apud Herodotum de his exstant verbis eorumque compositis, βαλεῖν δραμεῖν ἐλεῖν εὐρεῖν θανεῖν ἰδεῖν λαθεῖν μαθεῖν παθεῖν πεσεῖν πιεῖν ταμεῖν τεκεῖν φυγεῖν et ἀναβλαστεῖν ὑπεκθореῖν : quorum alia frequentius, alia, ut εὐρεῖν, rarius in codicibus soluta reperiuntur. Ego formam solutam verbis illis ubique restitui, contracta vero servavi ἀγαγεῖν ἐλθεῖν λιπεῖν τυχεῖν eorumque composita, in quibus libri in formis consentire solent contractis apud Herodotum pariter ac ceteros scriptores Ionicos. Nec monosyllaba σπεῖν (cujus composito περισπεῖν utitur Herodotus 1, 115; 2, 64) et σχεῖν ejusque composita ἐπισχεῖν μετασχεῖν παρσχεῖν attentanda esse puto, licet ἐπισχεῖν vulgo legatur 1, 32, ubi tamen ex aliis libris ἐπισχεῖν corrigere licet, in quo omnes consentire videntur 1, 108; 5, 51, 89; 7, 10, 11; 7, 19; 8, 5, 100. Facilius credam ἄδειν et ἀπαδεῖν (de quibus vid. indicem alphabeticum s. v. Ἀνδάνω) et ἐξαμαρτεῖν 1, 108; πετρεῖν 6, 107, in εἶν esse solvenda. Omisi vero εἰπεῖν, quod ex usu Herodoti εἶπαι scribendum fuit, de quo dixi in indice s. v. Εἰπεῖν. Quodsi tamen aoristo etiam secundo usi sunt Iones, εἰπεῖν in εἰπέειν non magis a quoquam solutum esse puto quam ἐλθεῖν in ἐλθέειν. Exemptos autem a communi regula nonnullos hujusmodi infinitivos esse non magis mirandum est quam quod Iones constanter δεῖ (oportet) et δεῖν dixerunt, nunquam δέει et δέειν, licet alia omnia hujusmodi verba, inter quæ verbum quoque δέειν (vincere) est,olvere soleant.

e) DE FUTURI FORMA CONTRACTA.

Futura contracta, quorum forma activa apud Atticos in ῶ εἶν, media in ὄμαι εἶσθαι exit, ab Ionibus constanter in ῶ εἶν, ἔομαι ἐσθαι terminantur, nisi quod vocales eo interdum in eu, ut in aliis multis verborum formis, coalescunt. Sic apud Herodotum ἐρέω 6, 43; οὐνομάνεω 4, 47; σῆμανέω 6, 39; κερδάνεις 1, 35; ἀποβαλέει 1, 34;

μενέομεν 4, 119; 7, 141; ὑπομενέουσι 4, 3; ἀμυνέωσι 9, 6; ἀμυνέειν 7, 168; ἐρέων 7, 49; ἀμυνέοντες 9, 60; ἐναγωνιεύμα 3, 83; κομιέαι 7, 49; ἀνανεμέεται 1, 173; ἀποθανέεται 4, 190; πεσέεται 8, 130; ἀμυνέμεθα 8, 143; κομιέμεθα 8, 62; φανέονται 3, 35; ἀποθανέονται 4, 95; ἔξανδραποδιεύνται 6, 9; ἀποθανέεσθαι 3, 143; ἀποκρινέεσθαι 5, 49; φανέεσθαι 1, 60; ἀπολέεσθαι 3, 71; 6, 29; ἀπολέομενοι 7, 218, et alia plurima. Formarum contractarum quæ apud Herodotum exempla vulgo reperiuntur, manifestum est ad unum omnia librariorum imputanda esse negligentiae, quam corrigere non dubitavi. Sic ἐρεῖς legebatur 8, 100; κατακοντιέ 9, 17; κομιέ 2, 121 (p. 110, 39); γομιούμεν 2, 17; ἀτρεμείν 8, 68; καταγείν 1, 86; καταπλουτιέιν 6, 132; μαχαρίν 9, 93; μενείν 4, 147; ἀμυνοῦντων 3, 155; χαριῆ vel χαριέ 1, 90 (quod χαριέαι scribendum erat, ut κομιέαι, quod intactum reliquerunt librarii 7, 49); ἀνδραποδιέται 6, 17; μανέται 1, 109; χαριέσθε 4, 98; ἀνασκολοπιέσθαι 3, 132; 4, 43; ἀποκρινέσθαι 8, 101; ἐπισιτιέσθαι 7, 176; χαριέσθαι 1, 158; 3, 39. Futuri personæ secundæ singularis forma legitima in εεαι exit, librarii vero hic quoque morem suum tenentes alterum ε non raro neglexerunt. Sic libri inter ἀποθανέαι et ἀποθανέαι fluctuant 4, 163, inter εὐφρανέαι et εὐφρανέαι vel εὐφράναι 4, 9; in ἀπολαμπρύναι consentiunt 1, 41 (nisi quod nonnulli ἀπολαμπρύνεται præbent), quæ secunda præsentis personæ foret, non futuri : quod quum propter sententiam requiri intellexissent editores, mutato solum accentu ἀπολαμπρυνέαι scripserunt. Debebant vero ἀπολαμπρυνέαι, quemadmodum illa quoque κομιέαι et χαριέαι, de quibus paullo ante dicebam, κομιέαι potius et χαριέαι scribenda sunt, nisi quis in his propter plurium vocalium concursum alterum ε extritum esse sibi persua-deat euphoniæ causa, cui non multum tribuendum est in hac dialecto.

Contrariam rationem Herodotus in futuris quibusdam in ᾶω tenuit, quarum formam contractam, qui Attici quoque utuntur, plenæ prætulit. Sic διασκεδᾶς dixit 8, 68; ἐλᾶς et ἐλῶσι 1, 207; ἀπελᾶ 8, 102; ἐλῶν 2, 162; 4, 148; ἐξελῶντες 3, 59; ἀποδύᾶν 1, 97; δοκιμᾶ 1, 199.

§ 18.

De conjugatione verborum barytonorum passiva et media.

a) DE PRÆSENTI ET FUTURO.

Præsentis et futuri personæ secundæ, quæ in dialecto Attica veteri in ετ, in recentiore in η,

terminatur, Iones una constanter utuntur forma soluta in εαι, velut βούλει, βουλευέαι διακελεύεαι φαίνεαι δλώσεαι ἔσαι ἐπιθύσεαι προσκτήσεαι τεύξεαι et alia non pauca apud Herodotum. V. Etym. M. p. 237, 15; 381, 21. Eadem solutio praesentis et futuri formis contractis adhibetur, velut διαίρεται 7, 47, 50; ἐπαίνεαι 3, 34; προθυμέαι 1, 206; φοβέαι 1, 39; 7, 52, et de quibus § 17 diximus κομιέαι χριέαι, quibus in exemplis omnibus aliisque alterum ε plerumque omiserunt librarii. Alio modo erratum 8, 143, ubi vulgo δέει vel δέη, quod δέαι scribendum erat, ut 7, 161, ubi duo tantum libri δέη, ceteri omnes δέαι.

Præsentis indicativi personam secundam quum in εαι solverent Iones, rationi consentaneum erat ut conjunctivi praesentis et aoristi secundi personam secundam non in η, sed in ηαι terminarent, quemadmodum δύνηαι ἴδηαι νήηαι et alia huiusmodi dixerunt Epici. V. Etym. M. p. 466, 7; 599, 28. Nihilominus Herodotus, nisi codicum auctoritas fraudem nobis facit, vulgarem conjunctivi formam prætulisse videtur, velut βούλη δέη πείθη ἔλη πύθη παραβάλη et alia præter ἴδηαι, in quo libri consentiunt 4, 9, et συνέχηαι 5, 23, nisi quod duo συνέχαι: quæ exempla propter ipsam paucitatem sunt suspecta.

Personæ secundæ singularis imperativi praesentis et imperfecti aoristique secundi quum indicativi tum imperativi terminatio Attica est ου, Ionica εο vel, si monosyllaba est, ευ. Sic apud Herodotum ἀπαλλάσσεο 5, 50; ἔπεο 5, 18; ἐπιλέγεο 7, 50; προσδέχεο 3, 62; ἀνέχευ 1, 206; 5, 19; βούλευ 1, 85; 7, 10, 4; πείθευ 7, 10, 4; τέρπευ 2, 78 etc.; ἐνετέλλεο 2, 117; ἐγένεο 1, 35; ἀπίκευ 1, 124; ἔθευ 3, 155; 7, 209; ἔϊλευ 3, 52, 119; ἐτράπευ 7, 39; βλάεϋ 8, 68 extr.; πυθεϋ 3, 68: nam sic corrigendus est vitiosus librorum accentus πύθευ, quod significaret *putresce*. Eodem modo imperativus solvitur verborum tractorum in έω, qui in dialecto vulgari in ου terminatur, quod quum ex έου ortum sit, formam legitimam Ionicam έεο esse sequitur. Ejusmodi verborum exempla apud Herodotum sunt αἰτέεο ἀκέεο ἀναίρεεο ἀπικνέεο ἐξηγέεο λυπέεο ποίεεο φοβέεο, quæ librarii plerumque omisso altero ε scripserunt. Quod quum non videatur defendi posse poetarum exemplis quibusdam, velut Homericis ἀποκίρεο Iliad. A, 275, et imperfectis ἐκλέο ἐπωλέο II. Ω, 202, Od. Δ, 811, pro ἀποκίρεο ἐκλέο ἐπωλέο, Herodoto ubique aut duplex ε restitutum erit aut forma Ionice in ευ contracta, quæ passim servata in codicibus est, ut ποιεϋ 8, 100; φοβεϋ 1, 9. Im-

perfecti persona secunda ἐδέου est in libris omnibus 7, 161, quod ipsum quoque ἐδέεο vel ἐδέου scribendum erat.

b) DE OPTATIVI TERMINATIONE οιατο ET αιατο.

Optativi vocis passivæ et mediæ in dialecto vulgari in οιντο et αιντο exeuntes ab Ionibus in οιατο et αιατο terminantur, quibus formis Attici quoque poetæ non raro usi sunt. Exempla Herodotea (ἀγοίατο ἀπικοίατο βουλοίατο γενοίατο νομιζοίατο φαinoίατο φεροίατο δεοίατο λυπεοίατο γευσαίατο τισαίατο συναπισταίατο etc.) intacta reliquerunt librarii, nisi quod ἐργάσαιντο pro ἐργασαίατο 8, 108, et δύναιντο scripserunt 6, 44, quod in δυνάιντο est mutandum, ut legitur 7, 103.

c) DE PERFECTI ET PLUSQUAMPERFECTI PASSIVI PERSONA TERTIA PLURALIS.

Perfecti et plusquamperfecti passivi tertiæ personæ pluralis in verbis et barytonis et contractis in literas νται et ντο in dialecto communi exeunt, exceptis verbis iis quibus propter consonantium concursum terminatio illa adhiberi nequit, quorum personæ tertiæ per participium perfecti cum verbo σίσίν vel ἦσαν conjunctum exprimi solent. In dialecto vero Ionica ut optativi in οιντο et αιντο exeuntes in οίατο et αίατο terminantur, sic in tertia persona perfecti et plusquamperfecti communis omni fere verborum generi terminatio est αται et ατο, qua Attici quoque interdum usi sunt. De ea sic præcipit Gregorius Cor. p. 483: οἱ Ἴωνες τὰ τρίτα πρόσ-ωπα τῶν πληθυντικῶν παθητικῶν παρακειμένων οὕτω ποιοῦσιν. Ἐν τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν ἐνικῶν. ταῖς ἔρουνι πρό τοῦ τ ψιλόν, τρέπουσι τὸ ψιλόν εἰς τὸ ἀντιστοιχοῦν δαυ καὶ ποιοῦσι προσθήκην τοῦ α, νένιπται νενίφαται, λέλεκται λελέχται, γέγραπται γεγράφαται. Πᾶν γὰρ τρίτον ἐνικῶν, ἔχον πρό τοῦ τ ψιλόν, τροπή τοῦ ψιλοῦ εἰς δαυ καὶ προσθέσει τοῦ α ποιοῦσιν οἱ Ἴωνες τὸ τρίτον τῶν πληθυντικῶν. Εἰ δέ τοι εἴη τὸ κοινὸν διὰ τοῦ στ βαρύτονον, τότε καὶ τὸ Ἴωνικὸν ἔξει πρό τοῦ αται τὸ χαρακτηριστικὸν σύμφωνον τοῦ μέσου παρακειμένου, πέφρασται πεφράδαται, ὅτι πέφραδα, ἤλευσται ἡλεύεσθαι, ὅτι ἤλευθα. Εἰ μέντοι ἀπὸ περισπωμένου φύσει μακρᾷ παραληγόμενον, ταύτην συστήλουσι πρό τοῦ αται εἰς τὴν ὀφειλομένην συστολὴν, πεποίηται πεποιέαται, βεβόηται βεβοέαται. Quibuscum comparandæ Eustathii notationes p. 234, 10; 1568, 31; 1895, 44, et grammaticorum in Etym. M., ubi de Homericis exemplis agunt, velut βεβολήατο δειδέαται δεδαίαται δεδομήατο ἐρράδαται εἰρύαται. Herodotea hæc fere sunt, ἀγωνίζαται ἀνχραιέατο ἀρτέαται ἀποδεδέαται ἐδέ-

δέατο ειλίχατο κατειλίχατο εϊρέαται ἡγέαται τεθά-
φκται ἰδρύατο ἐνιδρύαται ἀπικάται ἀπικάτο (pro quo
ἀπιγμένοι ἦσαν p. 462, 26) κεκλέαται (i. e. κέ-
κληνται) ἀποκεκλέαται vel ἀποκεκλητάται κεκοσμέα-
ται ἐκεκοσμέατο ἐκτέαται ἐκτέατο οἰκέαται οἰκέατο
κατοικέαται κατοικέατο οἰκοδομέαται ὠρμέαται ὠρ-
μέατο ἐπεπειρέατο ἀναπεπειτάται ἐνεπορπέατο ἐσε-
σάχατο ἐσκευάδαται ἐσκευάδατο (pro quo ἐσκευ-
ασμένοι ἦσαν dixit p. 339, 1, 21; 344, 8; ut
ἐσταλμένοι ἦσαν p. 338, 52) παρεσκευάδατο ἐστά-
λατο κατεστράφατο ἐτετάχατο ἐτετιμέατο τετρίφαται
ὕμνέαται διεθάρατο κατακεχύαται κεχωρίδαται. Ho-
rum pleraque recte scripta sunt in codicibus, etsi
non constanter : neque enim mirandum in his
quoque formis ad dialectum vulgarem aberrasse
librarios. Sic ἡγνται est in libris 2, 40, 69, 72,
licet in ἡγέαται consentiant 1, 136; ἔδρυνται 2,
42, sed ἐνιδρύαται et ἰδρύατο ib. c. 156, 182;
ἐκτῆνται 2, 42; 3, 97; ἐκτῆντο 5, 90; οἰκῆνται
vel κατοικῆνται 1, 142; 3, 57; 4, 51, 53; 5, 49;
7, 122; quæ corrigere non magis dubitavi quam
διοίγνται 4, 136, in διοιγέαται mutare. Incertum
est περιεβλήατο 6, 24, de quo paullo post di-
cetur. Si tamen plusquamperfecto illo usus est
Herodotus, περιεβλέατο potius scribendum erit
ex regula ab Gregorio Cor. recte exposita, quæ
non convellitur Homericæ περὸν δῆατο et si qua
sunt similia quæ metro coacti dixerunt poetæ.
Alia dubitatio de verbis est ἐπέπαυτο (1, 83;
7, 52) et ἐκδεδωρίενται 8, 73, quorum prius
Schweighæusero in ἐπεπαύατο mutandum vide-
batur, alterum ἐκδεδωρίδαται cum Valckenario
scribendum erit, si quid librorum quorundam
tribuentium lectionibus ἐκδεδωρίαται ἐκδεδωρίε-
ται : κδεδωρίατε. Ego utrumque intactum reliqui nec
δῆδονται (7, 134) et κατέστρωντο (8, 53) fore
puto qui in δεδάαται et κατεστρώατο, formas in-
auditas, mutari velit. Idem de perfectis παρατέ-
τανται apud Hippocr. vol. 4, p. 190, et σεσήμαν-
ται apud Lucian. De dea Syr. c. 48, aliisque non-
nullis dicendum.

d) DE PRÆSENTIS ET IMPERFECTI PERSONA TERTIA
PLURALIS IN ΕΑΤΑΙ-ΕΑΤΟ et ΟΥΑΤΑΙ-ΟΥΑΤΟ.

Quam perfecti in omni prope genere verbo-
rum propriam esse supra ostendimus termina-
tionem in εαται, eadem ab Ionibus præsentī
verborum quorundam est adhibita, quorum
persona tertia in ανται ενται εινται ηνται exiens
externam quandam cum perfecto similitudinem
habet. Ex quo genere apud Herodotum sunt
formæ magno exemplorum numero comprobatæ
δυνέαται ἐπιστέαται cum imperfectis ἐδύνεατο
ἡπιστέατο pro δύνανται ἐπιστάνται ἐδύναντο ἡπί-

στάντο, et ἰστέαται ἰστέατο ἵαται ἑατο κέαται ἐκέατο
τίθεαται ἐτιθέατο eorumque composita, pro
ἴστανται ἴσταντο ἦνται ἦντο κεῖνται ἐκείντο τίθενται
ἐτίθεντο : in quibus exprimendis raro tantum a
recta norma aberrarunt librarii, ut προτιθένται
in codicibus omnibus scriptum 2, 40, et codice
uno excepto 4, 26. Recte vero παρετιθέατο et
προτιθέαται in omnibus 1, 119, 133. Sed 7, 119,
ubi nunc τίθεαται cum neutro plurali constru-
ctum legitur, præferenda videtur aliorum codi-
cum scriptura τίθεται, ut ἡρητο τὰ πράγματα 9,
68, e libris quibusdam supra correximus pro
vulgato ἡρηντο. De verbis in υμι unum tantum,
ni fallor, in libris Herodoti servatum est formæ
Ionicæ exemplum, ἐδεικνύατο 9, 58. Quod si
recte scriptum est, et videtur recte scriptum
esse, manifestum est verbis ἐπεδείκνυντο 7, 223,
ἀπεδείκνυντο 9, 40, et si qua reperiuntur similia,
velut πῆγγυνται 4, 53, ἀπώλλυντο 2, 120, Ionicas
restituendas esse terminationes υαται et υατο.
Ἀπόλλυνται apud Lucian. De dea Syr. c. 47.

Reliquum est ut de præsentī et imperfecto
in ονται οντο et aoristis formæ mediæ in αντο οντο
dicatur, quibus ipsis quoque Ionica illa termi-
natio in εαται εατο interdum tributa est in codi-
cibus. Est tamen horum exemplorum numerus,
si cum ceterorum multitudine comparetur, tam
exiguus, ut non videatur dubitari posse quin illa
omnia librariorum debeantur interpolationibus,
qui etsi frequentius peccant formas Ionicas in
vulgares mutando, tamen etiam in contrariam
partem aberrasse deprehenduntur formas quæ
nunquam exstiterunt Ionicas fingendo, quales
aliquoties supra notandæ nobis fuerunt. Sunt
autem exempla illa hæc, ἐκδιδοάται ἀγέαται ἀπα-
γέαται pro ἐκδίδονται ἀγονται ἀπάγονται in uno
codice Schellershemiano 2, 47 et 67; qui pariter
κηδέαται pro κηδονται præbet 1, 209, quod
κηδέανται scriptum in codice Passionei, si vera
rettulit Wesselingius. Ἐβουλέατο 1, 4; 3, 143,
quod vel ex ἐβεβουλέατο corruptum vel ex
ἐβούλοντο, quod priore loco legitur apud Plut.
Mor. p. 856, F, Herodoti verba afferentem;
ἐγνέατο 1, 67, ubi libri optimi ἐγίνοντο; ἐγε-
νέατο 2, 166; περιεγενέατο 1, 214, ubi tres, inter
quos Sancroftianus, περιεγένοντο; ἀπεγραφέατο
5, 29; ἐναπενίζεατο 2, 172; ὑποδέκεατο tres codd.
pro ὑπεδέκοντο 4, 167; ἐπυθέατο plerique 7, 172,
ubi duo ἐπύθοντο, in quo paullo post c. 173 et
175 consentiunt omnes. Περιεβαλέατο San-
croftianus alique nonnulli 6, 24, ubi alii πε-
ριεβέβληατο : ut dubitari possit utrum περιεβέ-
λοντο an περιεβέβληατο scripserit Herodotus.
Ἐσινέατο 7, 147, quod ἐσίναντο recte scriptum

in omnibus 8, 31. Denique, quæ paullo frequentiora sunt in codicibus, ἀπικέεται pro ἀπικαται et ἀπικέατο modo pro ἀπικατο modo pro ἀπικοντο scripta.

Verbis contractis terminatio illa tribus tantum locis temere illata est, primo 1, 76, ubi quum ab Aldo ἐπειράατο editum esset vitiose, ex aliquot codicibus ἐπειρώατο ab aliis editoribus est correctum. Verum quum libri quidam optimi ἐπειρώντο præbeant, non difficile est rectam revocare verbi formam ἐπειρέοντο. Alter locus est 5, 63, ubi quum librorum scripturam ἐμνηχάνεατο merito in dubitationem vocasset Matthiæ, duas proposuit conjecturas, ἐμνηχανέατο et, quam vitioso isto ἐπειρώατο defendit, ἐμνηχανώατο, posthabita quam ipse memorat ex 8, 7 et 52, vera forma verbi ἐμνηχανέοντο, quam huic quoque loco reddi oportebat. Alia tertii loci conditio est 1, 68, δκως ἐπειρώατο ἀλλήλων, ubi nulla e libris annotata est sectionis diversitas præter ἐπειρέατο ex cod. Paris. uno, quod in ἐπειρέοντο mutandum foret, nisi huic loco aliquanto aptior esset optativus πειρώατο, quem restituendum esse bene vidit Schweighæuserus.

c) DE CONJUNCTIVO AORISTI PRIMI PASSIVI.

Aoristi hujus pariterque aoristorum βῶ εἰδῶ θῶ θῶμαι et στῶ ω in dialecto communi perispomenon in ἑω solvunt Iones in verbis et barytonis et contractis. Ex quo genere apud Herodotum sunt ἀπαίρεθῶ p. 154, 11 (unde ἀποδεχθῶ p. 43, 26, et ἐπιμνησθῶ p. 73, 21, in ἀποδεχθῶ et ἐπιμνησθῶ sunt mutanda), ἐσσωθῶμεν p. 211, 18; αἰρέθῶσι p. 299, 1; ἀνδρωθῶσι p. 359, 24; ἐπιφανέθῶσι p. 248, 15; ἐσσωθῶσι p. 276, 29; εὔρεθῶσι p. 94, 2; νικηθῶσι p. 397, 16; ὀρμηθῶσι p. 14, 38; ὀφθῶσι p. 387, 14; συλλεχθῶσι p. 92, 6; 293, 24; συμμυθῶσι p. 352, 43; φανέθῶσι p. 13, 8; ἐπιβέωμεν p. 335, 21; εἰδέω p. 178, 7 (male vulgo εἰδῶ p. 107, 6; εἰδέωσι in fragmento Democriti apud Stob. Flor. 29, 88); προσθῶ p. 37, 12; περιθῶμεν p. 160, 42; θέωσι p. 203, 34; ὑπερθῶμαι p. 246, 25; 320, 37; διαθῶνται p. 65, 18; ἐπιθέωνται p. 372, 31; ὑπεκθῶνται p. 386, 33 (cum optativo προσθῶντο p. 16, 23; ὑποθῶντο p. 384, 41); ξίναστέωμεν p. 215, 40. Similem solutionem aoristorum illorum personis iis quæ η perispomenon habent ab Ionibus adhiberi, velut εὔρεθῆς pro εὔρεθῆς, Buttmanni (Gramm. vol. 1, p. 336) aliorumque grammaticorum opinio est, quod ad Herodotum attinet de nihilo ficta, nisi quis δεχθῆς probet quod Bekkerus 4, 154, pro vulgato ὅτι ἂν δεχθῆς intulit, Suidæ (s. v. Βάττος) inductus

scriptura δεχθῆς, quæ ex δεχθῆ est depravata, quemadmodum 4, 196, πρὶν ἂν σπῇ ἀπισωθῆς olim legebatur, ubi nunc ἀπισωθῆ e libris optimis est correctum. Recte igitur δεχθῆ legitur, ut p. 165, 7; 175, 57. Eademque forma in aliis omnibus hujusmodi aoristis servatur, ut ἐπαρθῆς p. 70, 49; ἐπειγθῆς p. 402, 26, 31; κατονοσθῆς p. 116, 54; μνησθῆς p. 363, 5; νικηθῆς p. 23, 20; φεθῆς p. 275, 3; ἀναγνωσθῆ p. 384, 11; ἀνευγθῆ p. 391, 4; 401, 16; ἀποκληθῆ p. 54, 40; ἀποπειρηθῆ p. 95, 27; ἀπορραγῆ p. 80, 51; δηλωθῆ p. 53, 4; διαβληθῆ p. 391, 5; ἐκπολεμωθῆ p. 155, 4; ἔλυσθῆ p. 47, 45; 94, 51; ἐξενεγθῆ p. 99, 1, ἐπευρεθῆ p. 460, 11; ἐφθῆ p. 200, 39; καρῆ p. 219, 4; κατατρωθῆ p. 137, 41; κατακαυθῆ p. 202, 46; κατακλυσθῆ p. 243, 49; κατακοιμηθῆ p. 186, 10; κομισθῆ p. 98, 4; κριθῆ p. 241, 14; μυθῆ p. 66, 31, 51; 131, 29; 231, 46; ὀρθωθῆ p. 69, 145; παρευρεθῆ p. 142, 40; προσδιαλεγθῆ p. 149, 26; προσενεγθῆ p. 274, 44; σαπῆ p. 85, 47; σφαλῆ p. 365, 31; τιμυθῆ p. 241, 15; φανῆ p. 99, 29; 123, 13; 141, 33; 177, 38; ἀναβῆ p. 76, 10; ἐκβῆ p. 94, 24; 377, 16; ἀντιστῆ p. 336, 60; ἀποστῆ p. 420, 15; ὑποθῆται p. 315, 27; 416, 9.

f) DE AORISTI MEDII PERSONA SECUNDA SINGULARIS ET DE IMPERATIVO VERBI ΕΠΙΣΤΑΜΑΙ.

Aoristi primi medii personæ secundæ singularis terminatio Attica in ω ab Ionibus constanter in αο solvitur. V. Etym. M. p. 324, 11. Sic apud Herodotum ἀπεψήναο p. 335, 41; ἀπωρχήσαο p. 314, 19; διεπρήξαο p. 152, 53; ἐβουλεύσαο p. 324, 28; ἐδέξαο p. 244, 25; ἐκτήσαο p. 329, 33; ἐμιμήσαο p. 143, 19; ἐργάσαο p. 14, 8; 102, 24; 273, 36; 333, 42; ἐφθέγγαο p. 273, 25; 346, 4; κατεργήσαο p. 40, 27; προσεκτήσαο p. 171, 45; ὑπεθήκαο p. 325, 3; ex quibus satis, ut opinor, manifestum est ἐποιήσω, quod p. 412, 11 legebatur, in ἐποίησαο mutandum fuisse.

Similis imperativi verbi ἐπίσταμαι forma est, qui apud Atticos ἐπίστασο vel ἐπίστω est, apud Iones ἐπίσταο, quod servarunt tres libri optimi apud Herodotum 7, 209, pro vulgato ἐπίστασο: unde ἐπίστασο ib. c. 29, in ἐπίσταο mutandum cum L. Dindorfio Thes. vol. 3, p. 1793, A, et ἐξέπίστασο 7, 39, in ἐξέπίσταο.

§ 19.

De conjugatione verborum contractorum.

Formas Ionicas verba contracta alias sibi proprias, alias cum barytonis communes habent. De his quum supra sit expositum, ubi de con-

jugatione barytona explicabamus, de illis tantum dicendum nobis restat.

α) DE VERBIS IN *έω*.

Verborum in *έω*, quæ Attici in *ω* contrahunt, Iones (uno de quo infra dicam verbo excepto) formis utuntur solutis, quarum de una Heracledes apud Eustath. p. 1892, 38 : τὸ παρ' ἡμῖν ἐπλεῖ καὶ ἔρρει παρὰ τοῖς Ἰωσιν ἐπλεεν ἔρρεεν, ὡς τῆς εἰ διτθόγγου τεμονόμνης παρ' αὐτοῖς εἰς αἰψω ταῦτα, et de præsentī et imperfecto Greg. Cor. p. 395 sq. Earum paradigma quum ex vulgaribus grammaticorum libris peti possit, apponere superselemus, satis habentes peccata quædam notasse librariorum, qui interdum formas invexerunt contractas, licet millenis in locis servaverint Ionicas solutas. Sic ἀγνοεῖν scribebatur pro ἀγνοέειν 2, 162; ἀποστρεφεῖ 6, 65; αὐχεῖτε 7, 103; βοήθει 7, 157 (sed ib. c. 159, βοήθεε), δηλῆται pro δηλέηται 4, 187; δυσθύμει 8, 100; ἐξηγῆται 6, 74; ἐξήρκει 7, 161; ἐπιμετρούμενου 3, 91; εὐνοεῖν 9, 79; κινεῖ 3, 80; μαρτυρεῖ 8, 94; μυεῖται 8, 65; ξυροῦντες 2, 65, et περιξυροῦντες 3, 8 (sed ξυρόνται 2, 66, et ξυρεῦνται 2, 36 et 37); περιποιῶσι 8, 76; ποθῆ 3, 36, ποιῆ 3, 69; ποιέ 2, 169, ποιοῖεν 5, 75 (sed ποιέοιεν 8, 26; 9, 104); ποιῆται 9, 45; ποιοῖτο 7, 48 (sed ποιέοιτο 8, 67); πολεμεῖν 5, 120; τηρεῖν 9, 104; χῶρει 5, 72; ὤθει 3, 78. Aliis in locis utraque in libris forma est, velut 8, 26, ubi vulgatum θεωροῖεν ex duobus codicibus est correctum. Exemptum vero ab hac regula est verbum δεῖ (*oportet* vel *opus est*) ejusque infinitivus δεῖν una cum compositis ἐνδεῖ ἐνδεῖν καταδεῖ καταδεῖν etc., quæ non solum apud Herodotum, sed etiam apud Hippocratem ceterosque scriptores Ionicos tam constanter forma contracta scribuntur ut vix unum alterumque solutæ exemplum in libris reperiatur, velut δέει apud Herodotum 3, 127; 8, 68; δέειν 8, 62: quæ correxi. Imperfectum vero ἔδεε est, non ἔδει, quod legebatur 2, 15; 3, 80; 7, 168. Nec δέεσθαι quod legitur 5, 79, 80, in δεῖσθαι contraxisse videntur Iones, multoque minus δέειν *vinciendi* significatione dictum in δεῖν contrahi poterat, quod uno in loco Herodoti (1, 11) fecerunt librarii ἐνδεῖν scribentes, et sæpius, quanquam non constanter, apud Hippocratem.

Optativi forma Attica in οἶην, cujus exempla plura sunt apud Hippocratem (velut αἰμορραγίῃ vol. 4, p. 112; ἀπωθεί ib. p. 226, et cum var. lect. ἀπωθεί p. 304; ξυνωφελοίη p. 132; ποιοίη p. 82), Herodotus in verbis contractis non magis usus est quam in barytonis. Nam quod 6, 36 legebatur ἐπειρησόμενος τὸ χρηστήριον εἰ ποιοίη

(duo codices optimi ποιοῖ, alius ποιεῖ) τάπερ... προσεδέοντο, ego ποιεῖ scripsi cum Dobræo ex usu Herodoti, cujus ignarus librarius aliquis ποιοίη interpolavit.

Syllabis εο et εου, ut in substantivorum et adjectivorum formis, de quibus supra diximus, ita in verbis quoque Iones et solutis et in εο contractis usi sunt, velut καλέουσι ποιέουσι ἐκάλεον ἐποίηον ἐκαλεόμην ἐποίηόμην et καλεῦσι ποιεῦσι ἐκάλευν ἐποίηυν ἐκαλεύμην ἐποίηύμην, in quibus formis exhibendis tanta est fluctuatio codicum ut certam qua earum usus regeretur normam indagare mihi non magis quam aliis contigerit. Hoc tamen non improbabilius conjici posse mihi videtur, Iones, ut fert vivæ vocis natura ad contrahendas syllabas quam ad distinguendas proclivioris, in communi sermone formas illas contractas potius quam solutas pronunciassent: scribentes vero alii fortasse solutas, alii contractas prætulerunt, alii denique utrisque promiscue usi sunt. Inter quos si fuit Herodotus, facile intelligitur nunquam ad liquidum perductum iri qua quoque in loco et quoque in verbo forma usus sit. Nam codicum in tali re fides plane nulla est.

β) DE VERBIS IN *άω*.

Verba in *άω* pleraque omnia literam ω ex *άω* *άο* vel *άου* contractam in formas verbis in *έω* proprias *έω* *έο* vel *έου* mutata habent in dialecto Ionica, velut δρέω δρέοντες ὄρεον δρέουσι et conjunctivus δρέωσι pro δρῶ δρῶντες ὄρων δρῶσι. Aliena tamen hæc diversarum conjugationum permutatio habita est ab verbo ἔω, cujus exempla plurima (ἔωσι ἔων ἔωντες ἔων etc.) sunt apud Herodotum, et a monosyllabis velut χλῶ (κατέχλων 9, 62), κνῶ (cujus infinitivi tantum κνᾶν et aoristi ἐξέκνησε exempla apud Herodotum sunt), σῶ (σῶσι, i. e. σήθουσι, 1, 200), ψῶ (καταψῶσαν 6, 61), quæ nemo erit qui in ἔουσι ἔων ἔέοντος ἔεον κατέκλεον σέουσι καταψέουσιν, formas inauditas, mutari velit. Eadem haud dubie ratio verbi σμῶ est, cujus imperfectum ἐξέσμων legitur 3, 148, consentientibus libris et Hesychio, si ejus glossa ἐξέσμων ad hunc locum est referenda. Ἐξέσμων autem si scripsit Herodotus, non est verisimile eundem διασμέοντες scripsisse, quod nunc legitur 2, 37, ex aliquot codicibus partim hoc partim διασμέωντες præbentibus, sed διασμώντες dicere debuit, quod in tribus aliis iisque optimis libris legitur. Ex quo sequitur Valckenarium quum 7, 209 corrigeret τὰς κεφαλὰς σμέονται (libri κοσμέονται), collato 4, 73, σημεσμένοι τὰς κεφαλὰς et 9, 110, τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμάται,

etsi de verbo restituendo recte haud dubie iudicavit, tamen in forma errasse, quæ σμῶνται potius esse debebat, quod ipsum quoque facile in κομῶνται corrumpi potuit. Inter verba polysyllaba in αῶ præter εἶν unum tantum et quod non sine veri specie quadam ab conjugatione Ionica exemptum esse credi possit, νικῶ, quo licet sæpissime usus sit Herodotus, tamen nullum usquam formæ νικέω vestigium deprehenditur : quanquam fieri potest ut librariorum nos ludificetur in genuina verbi forma interpolanda constantia. Nam si νικέουσι recte legitur in fragmento Democriti apud Stobæum Flor. 43, 34, nulla probabilis ratio excogitari potest, cur eadem forma uti non potuerit Herodotus. Accedunt ad hoc alia quædam verba (velut ἀπαντῶ γελῶ ἐγγυῶ ἐρευνῶ λυσσῶ νωμῶ ὀρθαλμῶ πεινῶ σιγῶ φερῶ), quæ ipsa quoque in codicibus Herodoti constanter contracta reperiuntur : quibus tamen propter exemplorum paucitatem nihil est tribuendum. Quamobrem, omissis his, ego exempla formarum Ionicarum ab iis potissimum verbis petam, quorum major est exemplorum copia. Nam quum libri in his quoque verbis modo Ionicas modo vulgaris dialecti formas præbeant, non multum effici patet verbis quorum alterutram formam paucis tantum exemplis testatam habemus, sed maiore opus esse numero, ex quo si vera huius conjugationis forma cognita fuerit, etiam de rarioribus verbis et facilius et probabilius iudicari poterit. Est autem omnium frequentissimum verbum ὀρᾶν. Huius præsentis persona prima singularis et indicativi et conjunctivi est ὀρέω, servata in libris 1, 111; 7, 236; et ἐνὸρῶ 8, 140, 2 (ubi codex Schellersh. ἐνὸρῶ), τολμέω 8, 77; sed oblitterata 1, 207, ubi omnes τὸ ἂν ὀρῶ, quod ego ὀρέω scripsi.

Persona prima pluralis indicativi ὀρέομεν legitur 5, 40, et 9, 58, paucis tantum in libris in ὀρέωμεν vel ὀρῶμεν corrupta. Conjunctivi exempla ex Herodoto nulla mihi in promptu sunt. Eum tamen non alium esse posse quam ὀρέομεν et per se manifestum est et tertia persona docet 9, 66 : ὅπως ἂν αὐτὸν δρέωσι, ubi ex uno codice Sanctoſtiano ὀρῶσι annotavit Gaisfordus. Rursus indicativi persona tertia ὀρέουσι est, quæ terminatio apud Herodotum ubique fere in έωσι vel in vulgarem formam ῶσι ab librariis est depravata. Sic ἐπορέωσι vel ἐπορῶσι 1, 124, ubi ἐπορέουσι restituit Schæferus. Τιμέωσι 2, 50; τιμῶσι 1, 134 his; ποιτέωσι 2, 22; ποιτέουσι vel ποιτέωσι 3, 69. Utrobique ποιτέωσι unus codex Schellersh., quemadmodum idem 2, 60 συμφοι-

τέωσι cum aliis, pro quo quattuor libri συμφοιτέωσι : sed ποιτέουσι omnes 2, 66. Alio modo peccatum 4, 191, ubi librarii formam epicam κομῶσι intulerunt, quod in duobus libris optimis κομῶσι scriptum ego in κομῶουσι mutavi (quod in libris, excepto uno qui κομῶουσι, omnis est 1, 36, et in plerisque 4, 180, uno tantum κομῶσι unoque κομῶσι præbente), pariterque participii κομῶσαι 4, 168, rectam restitui formam κομῶουσαι. Neque enim vereor ne quis κομῶσι imperfecti forma ἡγορόωντο 6, 11 defendi posse opinetur (quod verbum epicæ linguæ proprium ab Homero Il. Δ, 1 sumpsit Herodotus, ut alia nonnulla, de quibus v. indicem alphabeticum s. v. Αἶ.) aut Arrianeis κομῶοντας κομῶοντας βυπῶντες (Hist. Ind. p. 350, 351) et si qua reperiuntur similia in scriptis Ionicis recentioribus, quæ nunc non quæram utrum scriptoribus an librariis sint imputanda.

Participii formæ Ionicæ sunt δρέων δρέουσα δρέον et numero plurali δρέοντες δρέουσαι δρέοντα, in libris modo recte scriptæ modo cum vulgaribus commutatæ. Neque in eo non peccarunt librarii quod passim εω pro εου scripserunt, ut δρέωσι pro δρέουσι 1, 99; ποιτέωσα pro ποιτέουσα 3, 119, in cod. Schellersh. ex conjectura librarii, qui plurima temere novavit, aut pro εω, ut ποιτέωντες in eodem codice 4, 172; δρέωντες pro δρέοντες 3, 159; 5, 75, et alibi non raro, τιμέωντες 5, 67. Literis εω in ευ contractis, quod rarum est in hoc genere verborum, εἰρωτεύντας legitur 3, 62, ubi codex Sanctoſtianus εἰρωτῶντας, unde εἰρωτεύοντας conjici posset, nisi vulgata scriptura imperfecti εἰρώτεον exemplis satis firmata esset.

Imperfecti persona prima singularis et tertia pluralis est ὤρεον, prima pluralis ὠρέομεν : quæ formæ toties servatæ sunt in libris, ut non videatur operæ pretium librariorum aliis in locis peccata perstringere. Terminatio in εον apud Herodotum interdum in ευν contracta reperitur in verbo εἰρώτεον ejusque compositis, velut 1, 158; 3, 140; 9, 89 et 93, ut aliis in locis, ubi librarii ἐπειρώτων formam ex Ionica et Attica dialecto mixtam posuerunt, dubitari possit utrum ἐπειρώτεον an ἐπειρώτεον sit scribendum.

Optativi forma, quantum ex paucis modi huius exemplis colligi potest, eadem est quæ apud Atticos. Sic ἐνὸρῃ 1, 89; νικῇ 9, 69, 100.

Passivi præsentis et medii formæ Ionicæ sunt indicativi δρέομαι δρεώμεθα δρέονται, conjunctivi δρέωμαι δρεώμεθα δρέωνται, imperfecti ὠρέομαι ὠρεώμεθα ὠρέοντο, quæ ipsæ quoque non raro librariorum obscuratæ sunt erroribus, modo vulgaris dialecti formas inferentium inodo lite-

ras o et ω permutantium. Sic κοιμῶνται et κοιμούνται est in libris 2, 95; 4, 172, codicis vero Schellershemiani librarius, ut solet in hoc formarum genere ubique ω inferre, utrobique κοιμούνται, quemadmodum ἀρέωμαι scripsit 3, 65 extr., ubi alii omnes ἀρέομαι. Coniunctivus διαιτῶμεθα et πειρῶμεθα in libris omnibus 4, 114 et 8, 100, pro διαιτεῶμεθα et πειρεῶμεθα. Imperfectum ἐμῆχανόντο ἐμῆχανέοντο ἐμῆχανέοντο est in libris 7, 172 et alibi non raro, ὀρμένοντο pro ὀρμένοντο 7, 88; ἤρῶντο in omnibus 8, 94, quod ἤρέοντο scribendum erat, ut κατατρέπονται editum 2, 39, ubi κατατρώνται codex Sancroft., καταρέωνται Schellersh., quod idem præbet 4, 184, ubi ceteri κατατρώνται. Formæ ex eo contractæ exemplum est ἀνιεύνται 7, 236, ut διαιτεῦνται apud Hippocratem vol. 2, p. 68 et 72 ed. Littr.

Participii præsentis triplex in codicibus Herodoti terminatio reperitur, ὥμενος εἰόμενος et, quæ multo rarior est, εἴόμενος. Earum primam, quæ est dialecti communis, alienam esse patet ab usu Herodoti, exceptis de quibus supra diximus verbis iis quibus formationem Ionicam omnino non adhibuit; quibus fortasse addenda βιώμενος et ἰώμενος, si quid codicum et Herodoti et aliorum scriptorum Ionicorum in forma vulgari consensui constanti tribuendum. Quæritur igitur an ceterorum verborum participia (velut αἰτιώμενος ἐπαιτιώμενος κατατιώμενος ἀλώμενος ἀμιλλώμενος διαιτῶμενος εἰρωτῶμενος κοιμώμενος συκοιμώμενος κτύώμενος λυδῶμενος μηχανώμενος μνῶμενος ὀρμώμενος ἐξορμώμενος πειρῶμενος ἀποπειρῶμενος πλανώμενος σταθῶμενος τιμῶμενος φυσῶμενος) in εἴόμενος an in εἰόμενος sint terminanda. De quo ego ita sentio ut, licet vocalis longa, quam utcumque defendit Buttmannus Gramm. vol. 1, p. 500, multo quam brevis maiorem a codicibus commendationem habeat, tamen brevem reliquarum huius conjugationis formarum, de quibus supra est expositum, analogiæ solam convenire putem. De quo omnis dubitatio sublata foret, si certum haberi posset Herodotum 8, 130, scripsisse quod in libris omnibus legitur σταθμεύμενοι idque ab σταθμᾶσθαι derivari voluisse. Hoc enim quum non possit ex σταθμεύμενοι contractum haberi, manifestum genuinæ participii terminationis εἴόμενος documentum præberet. Verum quum alio in loco (2, 150) in libris plerisque σταθμεύμενοι, in aliis σταθμούμενοι scriptum sit, et σταθμεύμενοι pro σταθμούμενοι dictum esse possit, de qua forma verbi v. § 21 s. v. Σταθμοῦσθαι, nihil illi σταθμεύμενοι tribuendum esse patet.

Imperativi præsentis ut activi, ita passivi conjugatio Ionica eadem est quæ Attica, ex-

cepto γρέω vel γρέω, de quo dicitur in indice alphabetico s. v. Χρεῖσθαι. In aliis omnibus vulgari forma usus est Herodotus, qui non solum ἰῶ et βῶ dixit 3, 53; 9, 111, sed etiam μηχανῶ 3, 85; πειρῶ 8, 57, 143. Neque imperfecti personam secundam in εὐ solvit, sed contractam servavit formam, velut ἐμῆχανῶ 8, 106.

Optativi persona tertia pluralis forma Attica est ὦντο. Iones vero ut in verbis barytonis terminationem οῖντο et αῖντο in οἶατο et αἶατο mutarunt, ita contractorum ex αω optativum in ὦατο terminarunt. Sic πειρῶατο apud Herodotum 4, 139; 6, 138, et ex emendatione Schweighæuseri 1, 68, ubi libri ἐπειρῶατο, et ἀνιῶατο 4, 130. Ex quo manifestum est vitiose μηχανοῖατο in libris scriptum esse 6, 46, quod in μηχανῶατο mutandum. Nam forma soluta si usus esset Herodotus, quum μηχανοῖατο dici non potuerit, saltem μηχανοῖατο scribere debuisset, quemadmodum λυποῖατο dixit. Illud vero quod nunc legitur μηχανοῖατο optativus foret non verbi contracti μηχανῶμαι, sed barytoni μηχανόμαι, quod nulum unquam fuit. Attica autem diphthongo ω usum esse Herodotum etiam singularis persona tertia docet, cuius exempla plura sunt, velut κοιμῶτο 3, 68; ὀπῶτο 8, 137; πειρῶτο 8, 108; ἐκπειρῶτο 3, 135; σιγῶτο 3, 82. Male ἐξαπατῶτο apud Lucian. De dea Syr. c. 27.

Aoristorum α longum in η constanter mutant Iones, βιηθῆναι βιήσασθαι αἰτιήσασθαι περῆσαι περήσασθαι πειρῆσαι περήσασθαι et alia omnia huiusmodi dicentes pro Atticis βιαθῆναι βιάσασθαι αἰτιάσασθαι etc. Eodem modo α longum præsentis et imperfecti et infinitivi præsentis in η mutatur ab Doriensibus ὀρῆς ὀρῆ ὀρῆτε ὀρῆν ὀρῆσαι dicentibus (v. Ahrens. De dial. Dor. p. 195 seqq.): quam rationem in formis verborum ζῆν κῆν σμῆν ψῆν διψῆν πεινῆν μαλκίῆν χρῆσθαι adsciverunt Attici, de quo post alios dixit Buttmannus Gramm. vol. 1, p. 504. Iones vero dubitatur an longius progressi vocalium illarum permutationem in omnibus huius conjugationis verbis admiserint. Ex quo genere sunt ἀνιῆσθαι ἀριστῆν βοῆν αὐδῆν διαιτῆν δρῆν ἐρωτῆν θυμῆν ἰῆσθαι ὀρῆν ὀρῆσθαι πειρῆν πειρῆσθαι περῆν περῆσθαι πυρῆν πυρῆσθαι φοιτῆν φερῆν φυσῆν, alia, quorum exempla non pauca apud Hippocratem, Aretæum aliosque leguntur, libris tamen sæpissime vulgares formas præbentibus: de quo amplius quæ-
rere a proposito meo alienum est, quum Herodotum nihil huiusmodi dixisse, sed in formis illis omnibus constanter litera α usum esse extra dubitationem positum videatur. Nam quod 4, 75 legitur θυμῆται, ex quo Buttmannus l. c. p.

ἥο3 regulam finxit, α in η mutari post vocalem ι, id ὁρμῖσται scribendum erat ex duobus optimis codicibus, ut βῖσται ἰρᾶται κοιμᾶται δρμᾶται ἐπιτεργνᾶται σμᾶται διαιτᾶτο διεπειρᾶτο πειρᾶσθαι μηχανᾶσθαι δρᾶσθαι et alia plura apud Herodotum scribuntur. Non minus vitiosum est ἐκπηδῆν, quod pro ἐκπηδᾶν scriptum est in duobus optimis codicibus 8, 118, et ἐνδιατέεσθαι pro ἐνδιατᾶσθαι in iisdem ib. c. 41, quæ cum φοιτέεις comparari possunt, quod in epistola Thaleti supposita legitur apud Diog. L. 1, 43, δρέει apud Lucianum De dea Syr. c. 29, δρέεσθαι De astrolog. c. 21 (ubi libri plerique δράσθαι), ἐσορέης et ἐσορέη De dea Syr. c. 32 (sed δρῆ ib. 31, 32, 48), καθορέης apud Aretæum p. 12, C, προσεδόκεε (pro προσεδόκα) p. 78, A (quod comparandum cum ἡρώτεε apud scriptorem Vitæ Hom. c. 23, ubi duo codd. ἡρώτα, recte, nisi quod εἰρώτα potius scribendum); μηχανέεσθαι p. 75, A, quod μηχανάσθαι, qua forma Epici utuntur, scriptum apud Hippocr. vol. 4, p. 252, ubi μηχανᾶσθαι ex pluribus codicibus restitui debebat, licet ἀμφαφώντα ἀμφαφώσι ξεφρανῆθι et alia huiusmodi Homeri exemplo dixerint Aretæus aliique scriptores recentiores.

c) DE VERBIS IN ΩΩ.

Verborum in ωω Herodotus formis non usus est nisi contractis, ita ut conjugatio Ionica nihil plane differat ab Attica, nisi quod diphthongus ου præsentis et imperfecti quorundam verborum interdum cum ευ, quæ contractio propria est verborum in εω, permutata reperitur. Sic apud Herodotum δικαίεωσι 1, 133; 2, 47; 3, 8; 4, 186 (et apud Lucian. De dea Syr. c. 54); δικαίευντο; 9, 42; ἐδικαίευν 3, 79; 6, 15, 73, 138; 9, 19 et 26; ἐδικαίει 1; 100; 3, 52 (sed ἐδικαίου omnes 3, 19); δικαίευν pro δικαιοῦν in libris deterioribus 6, 82 (sed δικαιοῦν omnes ib. c. 86); ἐδῆευν pro ἐδῆουν in duobus bonæ notæ codicibus 5, 86; ἀνδρευμένω 1, 123; ἀντιεύμεθα 9, 26; ἀντιέμνοι 7, 139 (sed aliis in locis non paucis constanter per ου); ἐναντιευμένου 7, 49; ἀξιέμμαι 5, 126; ἀξιεύμεθα 9, 26; ἀξιεύμενος 1, 199; 7, 16; 9, 111; ἀποσιεύμενος 4, 154 et 203; σταθμεύμενοι 8, 30 (de quo supra dicebamus sub b); ἐδικαιεύντο 3, 29; μισθεύνται 3, 131 (sed ἐμισθοῦντο omnes 9, 34); οἰκηιεύνται 3, 2; οἰκηιεύμενος 4, 148; ἐξομοιεύντες 3, 24; ὁμοιεύμενος 7, 50 (sed ὁμοιούμενος omnes 1, 123); παρσιεύμενος pro παρσιούμενος in libris nonnullis 4, 166 et 8, 140; στεφανευνται 8, 59. Quibus locis tot obstant legitimæ formæ exempla, ut magnopere dubitari possit an diphthongus ευ in illis ver-

bis omnibus non sit ab Herodoto profecta, sed pravæ debeatur sedulitati librariorum, cui illud quoque imputandum quod μαστιγῶν in libris omnibus nunc legitur 1, 114, forma vitiosa pro μαστιγῶν. Non minus incerta et suspecta sunt quæ apud alios huius dialecti scriptores reperiuntur verborum in ωω in conjugationem in εω transeuntium exempla, velut δικαίεουσιν vulgo lectum apud Hippocratem vol. 3, p. 524 et 526, cui δικαιοῦσιν ex decem codicibus restituit Lit-treus, qui nollem servasset ἀποπληρεύουσιν vol. 4, p. 192, ubi ἀποπληροῦσιν corrigendum, quod in duobus codicibus est adscriptum.

§ 20.

De verbis in μι.

De verbis εἰμί εἶμι τίθημι ἵστημι et δίδωμι quum in indice alphabetico dicturi simus, sola hoc loco attingenda nobis sunt verba in υμι, quorum Iones ut Attici duplici forma utuntur, altera in υω, cujus exempla non pauca apud Herodotum reperiuntur (velut ὀλλύει δεικνύει δεικνύοντες; ἰδδῖκνυε ἰζεῦγνυε ἐπεζεῦγνυον), altera in υμι (quam Attici veteres priori prætulerunt), velut ἀποδείκνυμι 2, 16 et 18; ἀποδείκνύει 1, 125; ἐπόμνυμι 5, 106. In tertia persona pluralis codices Herodoti inter triplicem fluctuant terminationem, ὕσι ὕουσι ὕασι, velut δεικνύσι δεικνύουσι δεικνύασι, quarum etsi nulla per se reprehendenda est, contracta tamen forma in ὕσι, qua Atticos quoque veteres usos esse scimus, ceteris duabus præstare et, si quid exemplorum numero est tribuendum, Herodoto ubique restituenda videtur. De formis passivis in ννται et νντο, quas Iones in ννται νντο solvisse videntur, v. § 18 d.

§ 21.

FORMARUM IONICARUM

INDEX ALPHABETICUS.

Ἀδελφός et ἀδελφή insertio ε dicuntur ἀδελφεός et ἀδελφεή pariterque in derivatis, ut ἀδελφεοκτόνος 3, 65. Feminini ἀδελφεή genitivus pluralis ἀδελφέων est, male in libris ἀδελφεῶν scriptus, quod notavi § 9.

Ἀεθλέειν, ἀεθλεύειν, ἄεθλον, ἄεθλος, πεντάεθλος, ἀεθλοφόρος, ἀέκων: quæ omnia Attici αε in a longum contracto dicunt. Male ἄκοντας in libris Herodoti 4, 120.

Ἀεῖδειν, non ἄδειν, et ἐπαεῖδειν, καταεῖδειν, pariterque ἐπαοιδή 1, 132, non ἐπωδῆ. Contra κιθαρωδός legitur 1, 23, et συνωδόν 5, 92, p. 267, 39, ut ξυνωδόν apud Aretæum p. 115. Quamquam hic ξυνᾶδοι ἡμοσε dixit p. 114 et ᾠδῆ p. 75. Ἀεῖδειν etiam Lucianus De dea Syr. c. 50;

sed ibidem ἄσματα, quod fortasse αἰσμάτα scribendum, ut apud Herodotum 2, 79. Similiter Herodotus αἰρεῖν potius dixisse videtur quam αἶραν in præsenti certe et imperfecto. Aoristus vero ἤραν et ἀπῆραν est 9, 59; 6, 99.

Αἶ pro εἰ optantis semel dixit Herodotus 1, 27 : αἶ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσεται ἐπὶ νόον νησιώτῃσι, locos imitatus Homericos, qualis est Od. Y, 236 : αἶ γὰρ τοῦτο, ξεῖνε, ἔπος τελέσειε Κρονίων. Eadem particulæ κε ratio est, qua ipsa quoque uno tantum in loco usus est Herodotus 7, 159 : ἦ κε μέγ' οἰμώζειεν ὁ Πελοπίδης Ἀγαμέμνων, Homeri ante oculos habens versum Il. H, 125 : ἦ κε μέγ' οἰμώζειε γέρον ἱππύλατα Πηλεΐδης quocum locum Herodoti jam Eustathius comparavit p. 670, 57. Similiter Aretæus versus Homericæ particulam orationi suæ inseruit p. 27 : ἔνθα δὲ ἀρατὴ διασίδεται ἀνδρὸς ἱητροῦ, et versum integrum p. 102 et 110.

Αἰεῖ non est dubium quin constanter dixerit Herodotus, etsi librarii non raro ad Atticam formam αἰεῖ aberrarunt : quemadmodum καίειν et κλαίειν, non καίειν et κλάειν dixit. Exemptum vero ab lege illa αἰεῖνος adiectivum est (1, 93 et 1, 145), quod quum ne Epicī quidem per diphthongum dixerint, nemo erit qui αἰεῖνος scribi velit apud Herodotum, cui αἰεῖνος potius, quod loco altero duo præbent libri optimi, utrobique est restituendum, pariterque Aretæo p. 54, ubi αἰένων. Rectius fortasse diphthongus Ἀειμνήστου nomini adhiberetur, quod apud Herodotum 9, 64 et 72 vulgo legitur, nisi hoc ex aliis libris Ἀρῆμνηστος potius scribendum esset, de quo videnda Wesselingii annotatio.

Αἰρεῖν ejusque composita. Præteritum hujus verbi, quod ἔρηκα et ἔρημαι apud Atticos est, apud Herodotum ex more Ionum est ἀραίρηκα et ἀραίρημαι, in quo exprimendo passim peccarunt librarii, velut 4, 66, ubi libri ἀναρηχότες excepto uno, qui ἀραιρηχότες, unde recte correctum ἀναραιρηχότες, et 3, 65, 126, ubi ὄπαιρημένοις et ἀπαιρημένοις in παραιρημένοις corrupta sunt in pluribus codicibus.

Αἰεσω, non ἄσω. Sic προσεξάισσοντες 9, 62. Male vero διῆξε 4, 134, quod διήξει scribendum erat.

Ἀκινάκης. Hujus vocabuli Ionicam formam ὠκινάκης commentus est grammaticus in Etym. M. p. 48, 31 : ἀκινάκης Ἡρόδοτος δὲ διὰ τοῦ ω ὠκινάκης φησὶ· εἰκὸς ἐστὶ κατὰ τροπὴν τοῦ α εἰς ω, ὡς ἀκὴ ἀκὺς καὶ ὠκὺς· ἢ παρὰ τὸ ὠκὺς καὶ τὴν ἀκὴν γίνεται ὠκινάκης. Similiter Suidas : ὠκινάκης οὐδ' ἄλλως Ἀττικὸν, ἀλλὰ Ἡρόδοτος οὕτω λέγει τὸν ὠκινάκην. Contra quos Wesselingius ad 7, 54 recte monuit α non posse in ω mutari nisi cra-

sis accedat cum articulo ὁ ἀκινάκης ὠκινάκης, cui quum locus non sit p. 200, 52, quo uno loco nominativus legitur apud Herodotum, nihil aliud relinquitur quam ut scriptura codicis aliqujus vitiosa deceptus sit grammaticus. Nam quod Wesselingius conjecit p. 201, 1, ubi nunc τῷ ἀκινάκῃ legitur, τῷκινάκῃ scriptum fuisse, nihilo probabilius esse puto quam si quis ibidem paullo post τοῦ ἀκινάκεος in τῷκινάκεος mutaret, quod τῷκινάκεος potius dicturus erat Herodotus, quemadmodum τάνθρῳπου et τᾶληθῆος dixit. Illud vero, quod ipsum quoque Wesselingius proposuit, ut p. 336, 23, Περσικὸν ξίφος, τὸ (rectius alii libri τόν) ἀκινάκεια καλεῖται, τῷκινάκην scriberetur, fieri plane non potest. Neque enim τό, quod illic pronomen est relativum, crasin pati potest, quæ propria est articuli τό. Ad declinationem quod attinet, duplex exstitit forma, altera primæ declinationis ἀκινάκης ἀκινάκου ἀκινάκη ἀκινάκην, qua Plato, Xenophon alique usi sunt, altera tertiæ declinationis, quæ constanter restituenda Herodoto, ἀκινάκεος p. 201, 9; ἀκινάκῃ p. 201, 1; 417, 37; ἀκινάκεια p. 170, 51; 203, 2; 336, 23; 459, 23; ἀκινάκεας p. 174, 27; 339, 11; 451, 20 : quibus in locis libri partim primæ declinationis formas præbent ἀκινάκη ἀκινάκην ἀκινάκας, consentiunt vero omnes in genitivo ἀκινάκεος.

Ἀμφισβασίη, Ἀμφισδατέω. V. Διπλήσιος.

Ἀνά. Præpositionem ἀνά ante literas β et π in ἀμ more poetarum mutat in compositis ἀμπαύεσθαι ἀμπαυστήριος ἀμβῶσαι et, qua forma vulgaris quoque dialecti scriptores uti solent, ἀμπαυτις, servat vero in aliis, ut ἀναβάλλειν ἀνάβασις ἀναβιάζειν ἀναβλαστάνειν ἀναπείρειν ἀναπιμπλάναι etc. Quanquam suspicio est plura in his esse in quibus formam præpositionis monosyllabam oblitterarint librarii.

Ἀνδάνειν. Aoristus hujus verbi constanter est ἔαδον, imperfectum vero duobus in locis (7, 172; 8, 29) ἤνδανε, duobus aliis (9, 5 et 19) ἐάνδανε scriptum, quæ librariorum, non Herodoti inconstantia est, qui ubique aut ἤνδανε scripsit, quod Buttmannus Gramm. vol. 2, p. 114 ed. Lob. probabat propter similitudinem quæ ipsi videbatur imperfecti Ionici ὄρων, aut, quod mihi verisimilius videtur, ἐάνδανε.

Ἀρρωδεῖν, καταρρωδεῖν et ἄρρωδιῇ, pro ὀρρωδεῖν, κατορρωδεῖν et ὀρρωδία constans est apud Herodotum. Apud Hippocratem, Aretæum et Lucianum hæc per ο scribuntur.

Αὔτις et Αὐτιγενής dixit Herodotus, non αὔθις et αὐθιγενής forma Attica, ad quam sæpius aberrarunt librarii.

Αὐτῶδης pro αὐθᾶδης dixisse Iones testatur Apollonius Dysc. De pronom. p. 354, C. Apud Herodotum 6, 92, αὐθαδέστερον.

Βορέης. Trium hujus nominis casuum exempla Herodotea Βορέης Βορέω Βορέην ab librariis non raro in Βορέης Βορέω Βορέην sunt mutata contra dialecti normam, quam ego constanter sum secutus. De genitivo dictum § 9.

Βυσσός quod Ionibus tribuit scholiasta Aristoph. Ran. 138, dixit Herodotus 2, 96; 3, 23, nusquam βυθός.

Βωθέειν. Vide § 4.

Γίνομαι et Γινώσκω, quibus formis veteres quoque Epici usi sunt, constanter dixisse Herodotum extra dubitationem positum videtur, quanquam librarii Atticas formas γίνομαι et γινώσκω passim intulerunt. Explicatius hanc quaestionem tractavi in Thesauro vol. 2, p. 621. Compositi ἀναγινώσκειν, ubi persuadendi significationem ex usu Ionico habet, aoristus Atticis non usitatus ἀνέγνωσα est, quo saepius usus est Herodotus, velut 1, 68; 1, 87; 3, 61.

Γόνυ in casibus trisyllabis per diphthongum scribitur, velut γούνατος 2, 80; γούνατα 2, 80; γουνάτων 9, 76; γούναι 4, 152. Eadem haud dubie nominis δόρυ δούρατος declinatio est, velut δούρατα 1, 79, licet in codicibus plerumque per o scriptum sit, ut p. 242, 4; 332, 47; 343, 8; 354, 28; 377, 37; 381, 3; 446, 12. Compositum δοριάλωτος legitur 8, 74; 9, 4.

Γών. V. Ων.

Δεικνύναι. Aoristum, futurum et praeteritum exemplo i ab Ionibus dici annotavit Greg. Cor. p. 432. Cujus formae tot sunt apud Herodotum exempla quum de verbo simplici δέξει et δέξειν tum de compositis (ἀναδέξει ἀναδεχθῆναι ἀποδέξει ἀπεδέκετο ἀπεδέχθη διαδέξει ἐπιδέξει καταδέξει προδέξει ὑποδέξει) et substantivis ab aoristo derivatis (ἀπιδέξεις ἐπιδέξεις), ut vix dignum memoratu sit codices uno alteroque in loco in scripturam per diphthongum consentire (velut 4, 79; 6, 61; 8, 137; 9, 82), manifesto errore librarium, quem pridem notavit Koenius in annot. ad Gregorium.

Δέχεσθαι pro δέχεσθαι in verbo simplici et compositis constanter scriptum apud Herodotum. Nulla hujus formae exempla exstare videntur in codicibus Hippocratis, nec frequentia in aliorum scriptis reperiuntur, velut δέχεσθαι apud Arrian. Hist. Ind. p. 342 extr. ed. Gron. et ὑποδέχομαι p. 335, et constanter in Luciani libellis Ionicis.

Δένδρον. De tribus hujus nominis formis, δένδρον δένδρεον δένδρος, prima, quae usitata Atticis est, nusquam usus esse videtur Herodotus, qui Homeri sequi exemplum maluit ubique δένδρεον dicentis. Tertiae formae unum est exemplum idque ne satis certum quidem 6, 76, ubi nunc ex duobus codicibus legitur ἀναβάς ἐπὶ δένδρος, pro quo plerique δένδρου, unus δένδρον unde δένδρεον scribendum, quemadmodum in eadem locutione 4, 22 legitur sine ullo librorum dissensu. Alia dativi δένδρεσι ratio est 2, 138, qua forma Attici quoque scriptores utuntur, licet nominativo δένδρος abstineant: v. L. Dindorf. in Thesauro vol. 2, p. 991.

Διζός et Τριζός ab Ionibus pro δισός et τρισός dicitur. Utriusque adjectivi plura apud Herodotum exempla sunt. Nulla mihi ex aliis scriptoribus in promptu sunt harum formarum exempla. Vitiosum est δισείοισι apud Aretæum p. 7, quod δισσοῖσι scribendum.

Διπλήσιος et reliqua hujusmodi adjectiva numeralia (ut πανταπλήσιος 6, 13; ἑξαπλήσιος 4, 81) et πολλαπλήσιος per η ab Ionibus proferuntur, quod de διπλήσιος annotavit Apollon. Dysc. in Bekkeri Anecd. p. 545, licet formae Atticae διπλάσιος et πολλαπλάσιος α breve habeant. Ionica mensura Eratosthenes quoque usus est in epigrammate apud Archimed. p. 22 ed. Basil.: εἰ κύβον ἐξ ὀλίγου διπλήσιον, ὦ γὰρ θεῖ, τεύχειν | φράζει. Nam sic editionis Basil. scriptura διπλάσιον ex cod. Flor. est correcta. In libris Hippocratis et Aretæi Attica forma regnat librariorum, ut opinor, arbitrio. Contraria ratione in aliis quibusdam vocabulis α breve ab Ionibus positum est pro η Atticorum. V. Greg. Cor. p. 444 seqq. Nam λελαμμαι pro λελημμαι, λάξομαι et λάξις (non λθξις, ut apud Greg. Cor. p. 534) pro λήξομαι et λήξις, μεσαμβρίη et urbis nomen Μεσαμβρίη (ap. Herodot. 4, 93; 6, 33; 7, 108) pro μεσημβρία dixerunt, ἀμφισθενίῳ in ἀμφισθετίῳ mutarunt, quod annotavit Suidas et ex libris optimis Herodoto est restitutum 9, 74 et ex Origene (C. Cels. 3, p. 463) 4, 14. Substantivum ἀμφισθεασίη, quod ipsum quoque librarii in codicibus plerisque in ἀμφισθησίη corruperunt, legitur 4, 14; 8, 81.

Διπλός. Masculina hujus adjectivi forma legitur 6, 104, διπλόν θάνατον unde neutram plurale διπλᾶ, quod legebatur 2, 148; 8, 87, in διπλόα mutavi. Femininum διπλή in διπλήη solvisse videntur Iones, fortasse ut ab substantivo διπλόη discernenter. Nam χάρις διπλήη consentientibus libris omnibus legitur 3, 42. Quo indicio διπλήην scriptis 5, 90 et διπλέας 3, 28, ubi libri διπλήην et

διπλᾶς librariorum arbitrio, qui manifestum temeritatis suæ indicium ipsi quamvis inscii reliquerunt 6, 72, ubi quum Herodotus χειριδι πλέη ἀργυρίου scripisset, quod felici conjectura restituit Wesselingius, illi autem syllabis male divisus hoc pro χειρι διπλήη accepissent, hic quoque fornam contractam invexerunt, χειρι διπλήη, quæ per codices omnes est propagata.

Δόρυ. V. Γόνυ.

Δύνασθαι. Aoristus, qui apud Atticos veteres ἡδυνήθην est, apud Herodotum, ut apud Homerum, ἐδυνάσθην est, qua forma Xenophon quoque et vulgaris dialecti scriptores interdum usi sunt.

Δύο, non δύο, cum Atticis dixit Herodotus, si quid librorum auctoritati est tribuendum, quæ in hac questione exigua est, quum veteres o breve et longum scriptura non distinxerint : contra δωώδεκα dixit, ut veteres Epici non raro, et δωδεκαπόλις 7, 95, non δώδεκα cum Atticis, neque, ut opinor, δυοκαίδεκα p. 164, 2 ; 417, 62. Genitivus δύοῖν est cum nomine duali, ut δύοῖν ὁδοῖν παρουσέων 1, 11 : cum plurali δύοῖν (quam formam Ionibus tribuit Eustath. p. 802, 28, etsi non ab his solis usurpatam esse Tabularum Heracleensium exempla docent) locis pluribus, in quibus librarii partim δυῶν (cum iota subscripto) δύοῖν dueῖν scripserunt. Dativus cum nomine plurali est δύοισι 1, 32 ; 7, 104, cujus formæ exemplum aliud est apud Aretæum p. 10, 1. Nisi hoc ex δοιοῖσι corruptum. Nam δοιοῖ χιτῶνες dixit Aretæus p. 61, 17 et δοιοῖ δσχιες 64, 57. Alia ejusdem corruptelæ exempla memoravi in Thesaurο vol. 2, p. 1717. Denique notandum δύο indeclinabile apud Herodotum cum genitivo plurali 8, 82, cum dativo 7, 149.

Compositum σύνδυο legitur apud Herodotum 4, 66.

Ἐίκοσι et Ἐέργω, formæ epicæ, paucis quibusdam in locis olim lectæ, nunc codicum auctoritate sunt remotæ, qui εἴκοσι et ἔργω præbuerunt.

Ἐθάλειν centenīs locis scriptum servarunt codices : non infrequens tamen etiam θάλειν, quæ forma priori posthabenda apud Herodotum.

Ἐίλαρ. Εἰλαρος pro ἔλαρος dixit Lucianus De dea Syr. c. 49. Apud Herodotum vero 7, 162, ἔλαρ scribitur, recte an secus non liquet.

Εἶναι. Hujus verbi conjugatio ab Atticorum consuetudine his formis differt. 1° Εἰμέν pro ἐσμέν ; 2° εἶα εἶας εἶατε pro ἦν (eram) ἦσθα ἦστε. 3° Imperfecti forma frequentativa ἔσχον. 4° Con-

junctivo ἔω (ut παρῶ 4, 98), cujus persona tertia pluralis ἔωσι interdum in ῶσι mutata in codicibus, et optativo εἶοι (ἐνέοι 7, 6 et 125), cujus tamen non constans usus est, quum multo frequentius εἶη reperiatur. Tertia persona pluralis modo εἶσαν est, ut p. 74, 13 ; 376, 33 ; 389, 9 ; 390, 2 ; 430, 1, modo εἶεν, ut p. 56, 22 ; 288, 43 ; 434, 47. 5° Participio ἔών ἐούσα ἔόν pro ὄν ούσα ὄν, et adverbio ἐόντως pro ὄντως. Imperfecti formas ἦε vel ἦεν et ἦν, quæ paucis olim in locis legebantur, ex Epicis temere ab librariis Herodoto esse illatas jam Struvius notavit Quæstion. 1, p. 20. Nec Lucianus ἦν dixit, sed ἦν : v. § 22 ad p. 737, 46. Eadem alius formæ ratio, εἶσι, quæ recte legitur in oraculo 1, 66, et frequens est apud Aretæum, male vero in codice uno pro εἶσι illata est Herodoto 1, 125. Neque epico ἔμμεναι usus est Herodotus, quod apud Lucianum legitur De dea Syr. c. 4, 14, 17, 33, 35, et frequentatum ab Aretæo est, qui adeo ἀπελθέμεναι pro ἀπελθεῖν dixit p. 4 extr., θέμεναι pro θεῖναι p. 104 extr. et 130. Non minus alienum ab usu Herodoti est ἔσσεται, quod apud Lucianum legitur De dea Syr. c. 19, 20, 25. De augmento imperfecti ἦσαν vel ἔσαν supra diximus § 15.

Ἐνεα præpositionis duæ tantum in codicibus Herodoti formæ reperiuntur, εἴνεα et εἴνεκεν, æque ante consonantes pariter atque vocales. Ego ubique εἴνεκεν scripsi, formarum Ionicarum εἴτεν et ἐπείτεν analogia commendatum. Apud Lucianum τοῦνεα pro τοῦ ἔνεα, de quo v. § 22 ad p. 742, 54.

Εἴνυσθαι pro ἐννυσθαι dictum ex composito cognitum est ἐπείνυσθαι 4, 64. Nam verbi simplicis nulla apud Herodotum exempla sunt.

Εἶπα quum simplex tum in verbis compositis, infinitivus εἶπαι et participium εἶπας toties apud Herodotum leguntur, ut aoristi secundi quæ ferebantur exempla, εἶπον εἰπεῖν εἰπών, vel invitis libris corrigere non dubitaverim. De participio recte præcipit Greg. Cor. p. 481 : τῇ εἰπών οὐ χρῶνται, ἀλλὰ τῇ εἰπας μετοχῇ ἀορίστου πρώτου, προφέροντες ὡς τύψας. Intactum vero reliqui imperativum εἰπέ 3, 35 ; 5, 111 ; 7, 47, 103, 234 ; 8, 68, 1, et ἀπειπετε et πρόειπε 1, 155, quum forma εἰπών vel ut alii scribunt εἶπον, cujus omnino rarissimus usus fuit, consulto abstinuisse videatur Herodotus. Aoristi primi formæ mediæ plura apud eum exempla reperiuntur de verbo composito ἀπείπασθαι. Aoristi passivi, qui apud Atticos ἐρρήθην est, forma Ionica εἰρέθην est 4, 77, 156 ; 7, 184 ; 8, 119, libris inter hanc scripturam et εἰρήθην ἐρρήθην fluctuantibus

ἔρπεισθαι, cujus verbi aoristo tantum secundo utuntur Attici ἡρόμην et ἔρέσθαι, frequens apud Herodotum et simplex et compositum ἐπείρπεισθαι, et ἐπανερόμενος 1, 91. V. Buttmann. Gramm. vol. 2, p. 179 ed. Lobeck. Bene tamen tenendum nulla usquam apud Herodotum inveniri exempla formarum quæ præsentis propriæ sunt, εἶρομαι (quod Homerus dixit Il. A, 553) εἴρεται εἴρονται, sed omnia ita esse comparata ut significationem habere possint aoristi. Futurum εἰρήσονται est, non ἐρήσονται, pluribus testatum exemplis compositi ἐπείρησόμενος 1, 67, 158; 4, 161; 6, 35, 52, 135; 7, 148. Male igitur ἐπείρησόμενους scribitur 1, 174. Nihili est ἐπείρόμενος quod olim lectum 3, 64 non debebat defendi a Buttmanno. Recte nunc ex aliquot codicibus ἐπείρόμενος legitur.

Ἐκείνος. Hujus pronominis formam Ionicam κείνος esse testatur præter alios Apollonius Dysc. De pronom. p. 333. Utraque forma, prout metrum postulat, utuntur poetæ epici, lyrici et tragici. Apud Herodotum vero tot sunt formæ trisyllabæ exempla ut hoc vocabulum in iis esse censeam quorum formam Atticam Ionicæ prætulit Herodotus. Itaque ubique ἐκείνος scripsi pariterque ἐκείνως, non κείνως, et ἐκείθεν edidi pro κείθεν 1, 122, et κάκειθι pro καὶ κείθι 2, 122, quemadmodum ἐκείσε, non κείσε dixit Herodotus. Et ἐκείνος constanter apud Lucianum. V. § 22 ad p. 736, 43.

Ἐνείκατ. V. Φέρω.

Ἐπειάν constanter apud Herodotum, nusquam ἐπὴν, cujus exempla multa sunt apud alios hujus dialecti scriptores. Male ἐπὴν libri nonnulli 4, 134. Contra ἦν dixit Herodotus, nusquam εἶν.

Ἐπεῖτε pro ἐπεὶ usitatissimum Herodoto annotavit Gregor. Cor. p. 412: Τὸ τε πλεονάζει παρ' αὐτοῖς καὶ παρέλκει. Ἡρόδοτος « ἐπεὶ τε ἐγένοντο ταῦτα » ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ ἐγένοντο.

Ἐπειτεν pro ἐπειτα ab Herodoto dictum esse gravissimum testem habemus Ælium Dionysium apud Eustath. p. 1158, 38: Ἀττικὰ μὲν τὸ εἶτα καὶ ἐπειτα· τὰ δὲ εἶτεν καὶ ἐπειτεν Ἰακὰ διὸ καὶ παρ' Ἡροδότῳ κείνται. Particulæ simplicis εἶτεν nulla apud Herodotum exempla reperiuntur: compositæ ἐπειτεν rara quidem, sed certissima in codicibus vestigia supersunt, ut non dubitaverim Herodoto suam ubique reddere formam, expulso Attico ἐπειτα. Eodem modo μετέπειτεν scripsi 1, 25; 7, 7 et 197.

Ἐπίστιος. V. Ἰστίαν.

Ἐπιτήδεος una cum compositis suis et derivatis exempto i dicitur pro ἐπιτήδεος. Quod an-

notavit Gregor. Cor. p. 473. Apud Hippocratem constanter ἐπιτήδεος.

Ἐργεῖν et composita (ἀπέργειν ἐξέργειν ἐσπεργύναι κατέργειν) pro Attico ἔργειν, et ἐρκτὴ pro εἰρκτὴ. Male vulgo κατεργυνῶσι 4, 69, et διεργεῖν libri præter unum omnes 1, 179; ἀπέργουσα 9, 68. De augmento omissio v. § 15.

Ἐρμῆς. V. § 9.

Ἐρσην Iones dixerunt pro ἄρσην.

Ἐς, non εἰς, quum in præpositione simplici tum in vocabulis cum ea compositis ab Herodoto dictum esse certum haberi potest, licet librarii interdum εἰς intulerint. Eadem adverbium ἔσω ratio est, quod aliquot in locis male εἰσω scriptum erat.

Ἐσσω in codicibus Herodoti fere constanter scribitur pariterque ἐσσοῦν, qua verbi forma Iones pro Attico ἥττωῦν usi sunt. Recte igitur Schæferus adverbium ἥσσω, quod olim quibusdam in locis legebatur, in ἔσσω mutavit. Apud Hippocratem et Aretæum ἥσσω et ἥσσω.

Ἐψεῖν. Vitiosa imperfecti forma ἔψεε legebatur 1, 48, ubi veram restitui ἔψε. Ejusdem generis vitia ab L. Dindorfio notata in Thesauro vol. 3, p. 2603, 2635, sunt ἐνείξε et ὥρλεε, quæ legebantur 1, 118; 8, 26, et ἤχθεε in versu Hermesianactis apud Athen. 13, p. 598, A, quod ἤχθεν scribendum.

Ἐωθα et plusquamperfectum ἐώθεα pro Atticis εἰωθα et εἰώθειν dixit Herodotus.

Ἐωυτοῦ et reliqui casus pro ἑαυτοῦ pariterque ἐμωυτοῦ et σεωυτοῦ pro ἑαυτοῦ et σεαυτοῦ. Originem hujus formæ notum est ab genitivo esse repetendam ἐο αὐτοῦ, ἐμέο αὐτοῦ, σέο αὐτοῦ, in quo crasi Ionica literæ οα in ω contrahuntur. Conf. Apollon. Dysc. De pronom. p. 354, ubi ἐμωυτοῦ scriptum.

Ζόη. Legitima hæc est substantivi forma, qua Attici quoque veteres usi sunt, ab libris non raro in ζωὴ mutata, de quo dixi in Thesauro vol. 4, p. 55.

Ζώειν tot apud Herodotum exemplis est mutatum ut non dubitari possit quin hac forma sola uti ei placuerit, quod non attendentes librarii uno alteroque loco ad communis dialecti formam aberrarunt ζῶσι et ζῶντες scribentes, velut 2, 69; 4, 23 et 103, vel ζῆν 5, 6: τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμου, quod ζῶνιν scripserat Herodotus, ut ἀπὸ θήρης ζῶντες dixit 4, 22 et alia similia. Compositum διέζων est 3, 25; ἐπέζωσε 1, 120. Similis verbi forma ἰδρώειν est, qua Lucianus utitur De dea Syr. c. 10, 17.

Ἡέλιος in libris quibusdam 4, 40, male scri-

ptum pro ἥλιος, qua forma sola utitur Herodotus. Lucianus vero ἡέλιος prætulit : de quo dixi § 22 ad p. 741, 52.

Ἡώς, gen. ἡῶς accus. ἡῶ (quem tamen ἡοῦν potius scribendum esse ostendimus § 11) dixit Herodotus, non ἥως. Recte igitur 4, 40, ubi libri omnes τὸ πρὸς τὴν ἥω, ἡῶ restituendum esse Schweighæuserus quamvis dubitanter conjecit. Adjectivum ab hoc nomine derivatum ἡοῖος scribitur 4, 100 et 160, quod tertio quoque loco 7, 157 restituendum fuit, ubi ἡῶς in libris scriptum.

Θεᾶσθαι. Hujus verbi Herodotus quattuor usus est temporibus, præsentī, imperfecto, aoristo et futuro, quarum formas adscivit Homericas. Nam præsentis participium apud eum est θεούμενος (a forma θεόμαι, quæ cum Dorica θαέμαι comparanda est), imperfectum ἐθηέτο ἐθηέοντο, aoristus ἐθηήσαμην ἐθηήσαμενος, futurum ἐθηήσεται : librarii vero his quoque formis plus uno in loco vulgares substituerunt, θεώμενος pro θεούμενος, θεήσασθαι pro ἐθηήσασθαι, θεήσεται pro ἐθηήσεται scribentes. Imperfectum ἐθηέτο, quod in codicibus (1, 10; 4, 85; 7, 56) partim ἐθηήτο scriptum est, dubitari potest an ἐθηέτο potius sit scribendum, quod jam Schæferus restitui voluit.

Vocalem brevem Herodotus servasse creditur in substantivis θέτρον (6, 21) et θεηταί (3, 139), nisi hoc ἐθηήταί scribendum : quam formam satis jam munitam Homericō ἐθηήτηρ, annotavit Hesychius, qui ἐθηήτης per θεωρός est interpretatus. Et ἐθηήτος legitur apud Aretæum p. 122 extr. Facilius credam Herodotum, qui θέης ἄϊος dixit 1, 25; 9, 25, adjectivum ἄϊοθέητος, cujus multa apud eum exempla reperiuntur, sic maluisse pronunciare quam ἄϊοθήητος.

Θρασυδήιος. V. Μηών.

Θῶμα, Θωμάζω (et Ἀποθωμάζω), Θωμάσις, Θωμαστός pro θαῦμα, θαυμάζω etc., utrum dixerit Herodotus an diphthongo Ionica usus θαῦμα vel θῶμα scripserit a multis est dubitatum. Nam codices etsi hoc nomen ejusque derivata plerumque per ω scripta exhibent, tamen etiam alterius scripturæ satis frequentia sunt exempla. Mihi antiquam Ionicæ dialecti formam θῶμα esse videri in Thesauro significavi vol. 4, p. 258, eamque præter Hesychium annotarunt grammatici in append. ad Gregor. Cor. p. 654, 668, 998. Alteram formam, servatis adeo punctis diæreticis, θῶμα, defendere studuit Struvius in Quæstionum de dialecto Herodoti specimine tertio, gravissimam vocans Gregorii Corinthii

(p. 419) et Eustathii (p. 482, 39; 563, 21) auctoritatem, quam levissimam esse multorum pridem cognitum est et pudendorum, quos novitii isti magistri commiserunt, errorum exemplis. Itaque his auctoribus nihil aliud efficitur, quam scripturæ per ω exempla in codicibus illorum temporum exstitisse. Idem tamen Struvius τρῶμα probat, rejicit τρώμα, cujus non minus frequentia quam de θῶμα ejusque derivatis exempla nos esse habituros credibile est, si æque frequens illius usus esset.

Ἰόμεν pro Attico ἴμεν constanter ab Herodoto dictum, et sæpissime quidem in formula τῶν ἡμεῖς Ἰόμεν : raro in uno alteroque libro in ἴμεν mutatum, ut 2, 12 : τὴν δὲ Λιδύην Ἰόμεν ἐρωθροτέρην γῆν, ubi duo codd. ἴμεν. Suspectum est οἶδαμεν, quod legitur 2, 17; 7, 214, et συνοῖδμεν 9, 60. Numeri singularis persona secunda οἶδας est 3, 72, et tertia pluralis οἶδασι 2, 43. Quæ Attici οἶσα et ἴσασι potius dicere solent.

Ἰέναι. Hujus verbi conjugatio ab Attica non differt nisi eo quod Herodotus ἴξα ἴξε ἴξαν (et in compositis ἀπήϊξαν προήϊξαν) dixit pro Atticis ἴα ἴε ἴσαν.

Ἰέναι. Hujus verbi formæ ab Atticorum usu discrepantes hæ sunt : 1^o ἴει pro ἴσι, ut ex compositorum exemplis cognoscitur ἀνίει 2, 113; 3, 109; 4, 28, 125 (ubi vulgatum ἀνίει ex duobus codicibus correctum), 152; ἀπίει 4, 157; 5, 107; 6, 62 (ubi var. lect. ἀπήϊσι); ἐξίει 1, 6, 180; 2, 17; 6, 20; 7, 124; καίει, 5, 16. Huic formæ accurate respondet conjunctivi forma ἀπήϊ, in qua libri omnes consentire videntur 4, 190. Ex quo sequi videtur tertiam personam pluralis ἀπίωσι vulgo scriptam 7, 226, in ἀπίωσι esse mutandam duorum optimorum codicum auctoritate, in quibus ἀφίωσι scriptum; 2^o ἴεισι pro Attico ἴσαι. Sic ἀνίεισι 2, 36; ἀπίεισι 1, 194 (ubi var. lect. ἀπιδσι) et 4, 69; unde correxi ἀπιδσι, quod legebatur 2, 41; ἐξίεισι 2, 87; ἴεισι 7, 109. (Vulgaris forma ἐνίεισι et ἀπιδσι apud Lucianum De dea Syr. c. 49, 58, 60.) 3^o μεμετιμένος (i. e. μεθεμμένος) 5, 108; 6, 1; 7, 229. Sed ἀνειμένος 2, 167; 7, 103; 4^o ἀνέωνται (i. q. ἀνεῖνται) ex codice uno restitutum 2, 165, ubi vulgo ἀνέωνται. Id Buttmannus Gramm. vol. 1, p. 541; cum præteriti forma activa ἀφέωκα comparavit, memorata a grammatico in Bekk. Anecd. p. 470, unde passivum ἀφέωνται, quod Suidas ex Evang. Matthæi 9, 2 attulit, sed ab antiquioribus scriptoribus usurpatum esse excerpta ex Herodiano in Etym. M. p. 176, 50, proposita arguunt — Participii ἀπιέμενος forma vitiosa ἀπιεύμενος c.

aliquot codicibus male a quibusdam illata 3, 109. In recta scriptura libri consentiunt 7, 122.

Ἰός pro communi εὐθός dixit eademque forma in derivatis et compositis, ut ἰθύειν et ἰθυμαχίη, usus est. Male igitur codices optimi εὐθὺ Βοιωτῶν 8, 38, ubi recte vulgo ἰθύ.

Ἰκελος, quod adiectivum ex poesi epica in prosam Ionum transiit, et προσίκελος in codicibus aliis sic, aliis εἰκελος et προσεἰκελος scribuntur. Poetæ epici utraque forma usi sunt, εἰκελος scribentes ubi syllaba longa, ἰκελος ubi brevis opus esset. Ego apud Herodotum ἰκελος et προσίκελος prætuli. Vide 3, 81; 8, 8; 2, 12; 3, 110, 4, 61, 177.

Ἰρός cum derivatis et compositis omnibus (ut ἰρᾶσθαι ἱρεῖα ἰρῆιον ἰρηξ ἱρουργίη ἱροφάντης ἱρυσύνη καλλιρέειν) extrita quam communis forma ἱρός habet litera ε et ι producto ab Ionibus dicitur: v. Gregor. Cor. p. 475. Et rectam scripturam plerumque servarunt librarii, excepto verbo καλλιρέειν, quod fere constanter καλλιρέειν scriperunt, velut 6, 76; 7, 113, 134; 9, 38, 96. Ceterum formæ Ionicæ ἱρός aliquis etiam apud poetas scenicos Atticorum usus fuit, cujus exempla pleraque librariorum obliteravit imperitia: de quo dixi in Thesauro vol. 4, p. 544.

Ἰσάναι. Huius verbi formæ ab Atticorum usu his modis discrepant. 1º Præsentis indicativi et imperfecti personam tertiam singularis ab forma ἰσάω sumpsit Herodotus: nam ἰσᾶξ dixit 4, 103, et imperfectum ἰσᾶ 2, 106; 6, 61; κατίσᾶ 6, 43. Ex quo sequitur ὑπισᾶσθαι et ἐνίσᾶ, quæ in libris leguntur 2, 102, et 5, 16, in ὑπισᾶξ et ἐνίσᾶ mutanda fuisse, quemadmodum ἐνεπίµπρη, cujus verbi ratio est eadem, 1, 17, in ἐνεπίµπρα mutandum. Alias præsentis formas ab ἰσᾶναι duxit, ἰσᾶσαι ἀπισᾶσαι ἐπισᾶσαι, ἰσάναι κατισᾶναι, ἀπισᾶς, et imperfectum ἰσᾶσαν ἰσᾶντο. Infinitivi forma epica ἀπιστάμεναι libris pluribus illata 1, 76, pro ἀπιστάναι apud Herodotum non magis ferenda quam ἐστάμεναι in codicibus plerisque 1, 17, ubi ἐσάναι recte codex Medicus et Suidas s. v. Ὀύης.

2º Perfecti pluralis personæ secundæ forma vitiosa προσᾶσθε vulgo lecta 5, 49, et frustra defensa a Buttmanno Gramm. vol. 2, p. 29, verè cessit codicum optimorum scripturæ προσᾶσθε. Recte vero habet persona tertia κατισᾶσαι 1, 176, 200; 2, 70, 84. Male igitur ἰσᾶσαι scribitur 1, 4; 8, 122; ἀπεσᾶσαι 1, 155; διασᾶσαι 8, 98; et ἐνεσᾶσαι 1, 179. Contrario vitio ἀνισᾶσαι pro ἀνισᾶσαι 5, 71.

Participium est ἑσταώς multis comprobatum exemplis verbi simplicis et compositorum ἀπε-

σταώς ἐνεσταώς ἐπεσταώς κατεσταώς συνεσταώς et συνεσταώσης 1, 74, ita ut nemo facile sibi persuasurus sit Herodotum uno loco (8, 79) συνεστηκόντων, uno (7, 142) συνεστηκυῖαι scripsisse: quæ in συνεσταώτων et συνεσταῶσαι sunt mutanda, pariterque corrigenda κατεστηκόντων 6, 140; ἐστηκυῖαν 2, 126; ἀνεστηκυῖη 5, 29.

Ἰστιᾶν pro ἐστιᾶν, ἰστίη pro ἐστίη, ἰστιητόριον pro ἐστιάτοριον, ἐπίστιος pro ἐρέστιος dixit Herodotus: in quibus formis exprimendis paucis tantum in locis lapsi sunt librarii, velut 2, 100; 5, 20; 6, 86; 4, 7, 135. Ionicam formam, quæ communis huic dialecto cum Dorica est, testantur Etym. M. p. 382, 41, et Eust. p. 280, 17.

Καλλιρέειν. V. Ἰρός.

Κέεσθαι. Diphthongum ει verbi κείσθαι et compositorum in ει solvit Herodotus quattuor in formis, κέεται ἐκέετο κέεσθω κέεσθαι, quibus diphthongum sæpissime intulerunt librarii. Κέινται in κέεται solvitur, ἐκείντο in ἐκέετο. Formis solutis etiam ceteri scriptores Ionici usi sunt, quamquam in horum quoque codicibus magna fuit librariorum inconstantia. Κέεται quod pro κέεται aliquoties apud Lucianum legitur et Aretæum p. 107, scribarum est peccatum, quod non debebat scriptoribus ipsis imputari a Buttmanno Gramm. vol. 1, p. 566. Non minus vitiosæ sunt formæ ξυγκέονται apud Aretæum p. 20, συγκέονται p. 55, et quod plane absurdum est ἐπικέηνται p. 85. Neque ἐγχεόμενος non suspectum est, quod legitur p. 91 extr. et 124 bis. Nam apud Herodotum certe aliosque diphthongus in participio servatur non mutata. Mira secundæ personæ forma est πρόσκειαι (pro πρόσκεισαι) in epistola Thaletis apud Diog. L. 1, 44, quæ comparari potest cum κατάκειαι in hymno Hom. in Merc. 254.

Κεινός pro κενός, non κενεός, quod male in libris quibusdam scriptum 8, 28; unde κεινωμένα correxi 4, 123, pro vulgato κεινωμένα.

Κείνος. V. Ἐκείνος.

Κῆ, κοῖ, κοῦ, κῶς, κοῖος, κόσος et reliqua huius stirpis v. § 1.

Κλεθδών, formam Homericam, librarii Herodoto intulerunt 5, 72, ubi scribendum fuit κληδόνι, in qua forma libri consentiunt 9, 91 et 101.

Κληῖν forma Ionica soluta pro κλείειν vel quod Attici veteres dixerunt κλήειν frequens apud Herodotum in compositis ἀποκληῖν ἐγκληῖν ἐκκληῖν παρακληῖν περικληῖν συγκατακληῖν συγκληῖν (συγκληκτιμένην 7, 129), ubi libri multi συγκακληῖσμένην male, quemadmodum ἐκκληῖζόμενοι scriptum erat in veteribus

editionibus 1, 31, ubi nunc ἐκκλητόμενοι e libris optimis legitur). Plusquamperfectum passivi ἀπεκεκλήατο (alii ἀποκεκλήατο) legitur 9, 50, quod ἀπεκεκλήατο scribendum. Nam κεκλήατο non hujus verbi, sed verbi καλέειν plusquamperfectum est. Sic κεκλήαται pro κέκληνται 2, 164. Substantivi κληῖς pro κλεῖς vel κλής unum apud Herodotum exemplum est 5, 108, ubi Κληῖδες τῆς Κύπρου promontorii nomen memoratur.

Κρέσσων et Μείζων Iones pro κρείσσων et μεῖζων dixerunt.

Λαγχάνειν. Futurum hujus verbi apud Atticos λήξομαι est, apud Iones λάξομαι, α brevī. Id apud Herodotum senel legitur 7, 144. Idem substantivo λάξις, quod λήξις Attici dicunt, his usus est 4, 21. Pravo accentu λᾶξιν apud Gregor. Cor. p. 534.

Λαμβάνειν. Quattuor sunt hujus verbi tempora, quorum formæ ab Atticis differunt. Nam perfectum activi non εἰληφα est, sed λελάβηκα (cum plusquamperfecto λελαβήκα), qua forma Eupolin quoque alicubi usum esse annotavit grammaticus in Crameri Anecd. Oxon. vol. 1, p. 268; perfectum passivi ἐλαμμαι (α brevī), quod Attici plerumque εἰλημμαι, rarius ἐλέημμαι dixerunt. Sic præter alios Sophocles memoratus a grammatico Crameri l. c., qui addit τὸ τρίτον ἐλέηπτται, τὸ πλεθυντικὸν Ἰακῶς λελήφαται ex quibus verbis non potest colligi λελήφαται apud scriptores Ionicos lectum esse. Aoristus primus passivi est ἐλάμφθην et futurum medium λάμψομαι. Adjectivum verbale, quod Atticis ληπτέος est, Iones λαμπτέος formarunt. Sic καταλαμπτέος 3, 127. Et φοιδόλαμπτος pro φοιδόληπτος 4, 13.

Ληός. Tres hujus nominis formæ in codicibus Herodoti reperiuntur, λαός λεός ληός: vid. var. lect. ad 1, 22; 2, 124, 129; 4, 148; 5, 42; 8, 136. Quarum una vera habenda est ληός, comparanda cum νηός pro ναός ab Ionibus dicto, quam libri optimi servarunt 5, 42; et ipsum illud λεός commendat, quod aliis in locis posuerunt librarii male interpretati veterum scripturam codicum ΛΕΟΣ. Accedunt ad hæc grammaticorum non contemnenda testimonia, Herodiani in Epitome Arcadii p. 36, 24, λαός καὶ ληός ponentis, Hesychii Ληόν per ἔθνη καὶ ὄχλον interpretantis, et grammatici in Crameri Anecd. Oxon. vol. 1, p. 267, 7: τὸ λαός ἀτραπτον ἔμεινε παρ' Ὀμήρω, καίτοι τῇ μεταγενεστέρᾳ Ἰάδι (id est scriptoribus Ionicis post Homerum) τραπέν « Ληὸν ἀθρήσας » Ἰππῶναξ. Diversas in nominibus propriis cum

λαός compositis rationes secutus est Herodotus. Nam Λαοδάμαντος et Λαοδίχης nominum formas Epicorum usu sancitas et Λεωπρέπτος Simonidis carminibus celebrati servavit non mutatas, nec Λαφάνους nomen (6, 127), cujus aliud exemplum est in inscr. Acarnaniæ apud Bœckh. vol. 2, n. 1794, a, b, alia forma induere voluit. Contra Λαῳῶταν, nomen Spartanum, quod mutata tantum terminatione Λαῳῶτην dixit Xenophon Hell. 1, 2, 18, in Λεωδότην mutavit, de quo diserte monuit Pausan. 3, 2, 3, non Ληῳῶτην, qua forma utitur auctor inscriptionis apud Bœckh. vol. 2, n. 2268, eodemque modo Λεωκήδης scripsit 6, 127; Λεωρόρος 1, 187; Λεωσφέτερος 9, 33. Λεωτυχίῳν vero, Spartanorum regem, Λεωτυχίῳα dixit, mira nominis forma, quæ non ex Λεωτυχίῳα, sed ex Λεωτυχίῳα contracta esse potest. Nominum in λαός exeuntium forma Attica usus est in λεός. Sic Μενέλεως 2, 113, 116, 118, 119 (cum adjectivo Μενελάϊος λιμήν 4, 169), Ἀρκεσίλεως 4, 159-165 (plural. Ἀρκεσίλεως τέσσαρας 163), Ἀρχέλεως 7, 204 (sed Ἀρχέλαοι tribus Sicyoniæ nomen 5, 68), Ἠγησίλεως 7, 204, Χαρίλεως 3, 145.

Λούειν. In hujus verbi formatione cum Atticis consentire videtur Herodotus. Nam λούνται legitur 1, 198 (ubi et duo optimæ notæ libri λούονται); 4, 75; λούσθαι 3, 124; ἐλοῦτο 3, 125; ex quo sequitur λουόμενοι, quod legitur in libris 3, 23, in λούμενοι esse mutandum.

Μαζός an μαστός dixerit Herodotus dubitatur. Prioris formæ tria reperiuntur exempla (285; 4, 202; 9, 112), quorum in duobus posterioribus libri plures alteram præbent formam μαστός, in qua omnes consentiunt 3, 133; 5, 18. Hæc igitur constanter restituenda videtur, non μαζός, quod librarii ex Homero ut alia multa invexerunt Ionici usus ignari, cujus testem habemus grammaticum in Crameri Anecd. Oxon. vol. 1, p. 443, 18: σεσημειώται τὸ μαζός, ὅτι μονογενές ὃν ὀξύνεται μήποτε οὖν ἀναλογώτεροι οἱ Ἴωνες μαστὸν λέγοντες.

Μέγαθος pro μέγεθος et ὑπερμεγάθης pro ὑπερμεγέθης dixit. Librarii etsi in his quoque vocabulis interdum ad communis dialecti formas aberrarunt, de quo dixerunt Wessel. ad 1, 51, et Koen. ad Greg. Cor. p. 468, in universum tamen Ionicas satis diligenter servarunt.

Μέζων, μεζόνως. V. Κρέσσων.

Μεῖς pro μήν, forma ab Homero usurpata, quam dialecto Æolicæ tribuit Eustath. p. 1174, 19, legitur apud Herodotum 2, 82, et Hippocr. p. 256, 1: ἐν τοῖς ἔνδεκα μῆσι μεῖς ἐστὶ. De dialecto μῆσι in μήνεσι corrupto diximus § 11.

Μεμετιμένος. V. Ἴέναι.

Μένειν et composita dixit Herodotus, non μίμνειν, quod sæpiissime, etsi non constanter, apud Aretæum legitur et apud Lucian. De dea Syr. c. 29. Utraque forma poetæ epici usi sunt.

Μεσαμβρίη. V. Διπλήσιος.

Μετέπειτεν. V. Ἐπειτεν.

Μήων pro Μαίων est 1, 7; et Μηϊόνες (vel Μηϊόνες : nam de accentu dissentiunt grammatici) 7, 74 et 77, ubi præferenda videtur aliorum librorum scriptura Μχόνες, quæ exemplis Homericis commendatur. Similis diphthongi mutatio in nomine Θρασυδαῖος est, quod Θρασυδῆϊος scriptum 9, 58.

Μιμνήσκειν. Imperativus præteriti passivi, qui apud Atticos μέμνησο est, μέμνεο est apud Herodotum 5, 105, nisi libri fallunt : quam formam ex Orphei Lith. 603 et epigrammate Anth. Pal. Append. 855 memoravit Lobeckius ad Buttmanni Gramm. vol. 2, p. 244. Plusquamperfecti ἐμέμνητο forma soluta ἐμεμνέατο apud Herodot. 2, 104.

Μνεία forma soluta pro μνᾶ. Vide § 9.

Μοῦνος pro μόνος dixerunt Iones omnes pariterque in derivatis et compositis, quorum exempla apud Herodotum sunt μουνουῖν, μουναρχέειν, μουναρχίη, μούναρχος, μουνογενής, μουνόκωλος, μουνόλιθος, μουνομαχέειν, μουνομαχίη, μουνόφθαλμος, μουνοφυής.

Νεηνίης et νεηνίσκος pro νεανίας et νεανίσκος.

Νεοάλωτος in libris plerisque legitur 9, 120, ubi præferendum νεάλωτος, quod in aliis est et apud Eustath. p. 1728, 35. Alia ratio adjectivi πενταέτης, quod Herodotus 1, 136 Homeri exemplo prætulit Attico πεντέτης, et περέοικος 4, 46, qua forma jam Hesiodus usus est.

Νέειν (Accumulare) præsentis nulla apud Atticos exempla sunt, duo apud Herodotum, qui ἐπινέουσι dixit 4, 62, et περινέειν 6, 80. Aoristi vero νῆσαι forma Homerica νῆσαι legitur 1, 50, et περινηῆσαι 2, 107 bis, contra περινήσας 4, 164; συννήσε' 1, 34; συννήσας 1, 86; 7, 107 : unde illis quoque in locis νῆσαι et περινῆσαι, quod libri nonnulli præbent, præferendum judico. Perfectum συννεῖναι (pro συννένηναι) legitur 4, 62.

Νῆός pro νῆός dixit Herodotus, ut λῆός pro λαός, eodemque modo προνήϊν 1, 51, et προνηϊή Ἀθηναίη 1, 92; 8, 37, 39 : quam eandem esse quæ vulgo προναίη dicatur observavit Harpocratio s. h. v., qua forma, olim a multis addubitata, hodie inscriptionum veterum auctoritate extra dubitationem posita (v. Curtium ad Inscr. Delph. p. 78), præter alios usi sunt Æschines in ora-

tionem contra Ctesiphontem p. 69, ab Harpocratio citatus, et Æschylus Eum. 26, quemadmodum περίναιος et σύνναιος pro περίναιος et σύνναιος dicitur : quæ comparavit Franckius in annot. ad Inscr. Richterii p. 150.

Νηῦς. Hujus nominis declinatio Ionica hæc est, νῆϋς νέος νῆϊ νέα, plur. νέες νέων νηυσί νέας. Frequentia in his formis peccata librariorum, qui nominativi et dativi forma decepti νηός νῆα νῆες et νῆας scripserunt : de quo dixit Schweigh. in Lexico vol. 2, p. 125. Accusativi pluralis formam Ionicam annotavit Gregor. Cor. p. 400 : τὰς νῆας νέας λέγουσι συστέλλοντες τὸ η εἰς ε.

Νόσειν. Aoristus νοῆσαι et perfectum νενόημαι ab Ionibus in νόσαι et νένωμαι contrahuntur : de quo diximus § 4.

Νοσσεύειν. Νοσσευμένα forma ab Atticorum usu, de quo videndus Phrynichus p. 206 edit. Lokeck., aliena legitur 1, 159, quæ nihil caussæ esset cur in dubitationem vocaretur apud Herodotum, nisi νοσσιᾶς et νοσσιῶν legeretur 3, 111, ubi nulla e libris annotata scripturæ discrepantia est præter νοσσιῶν ex editione Aldina. Parum enim verisimile est alia verbi alia substantivi forma uti placuisse Herodoto. Quamobrem recte judicasse Portum puto, qui νοσσευμένα restituit.

Νοῦσος Herodotus ceterique scriptores Ionici præeuntibus poetis epicis constanter dixerunt pro νόσος, pariterque adjectivum ἄνουςος scriptum apud Herodotum 1, 32. verbi vero νοσέω vocalis simplex tanta constantia, ut videtur, in libris est servata, ut vix ulla relicta sint vestigia diphthongi, velut νοσέων apud Aretæum p. 81, B, cujus discriminis rationem probabilem excogitare ego non possum. Quamobrem diphthongum ubique restituendam censeo et verbo νοσέω et ceteris derivatis, velut ἀνόσως ἐπινόσως, νούσημα et νούσηρός (quæ apud Hippocratem et Aretæum modo sic modo per vocalem simplicem scribuntur), quemadmodum μοῦνος et οὔνομα diphthongum communem habent cum derivatis et compositis suis omnibus.

Ξείνος pro ξένος ejusque derivata et composita omnia per diphthongum ab Ionibus dicuntur, velut ξεινίζειν ξεινικός ξεινίος ξεινοκτονέειν et πρόξεινος, quod πρόξενος scriptum olim 8, 136, consentientibus, ut videtur, codicibus, qui alibi non raro hoc quoque in nomine servarunt diphthongum; quæ ne a nominibus propriis quidem aliena est habita, velut Τιμόξεινος 8, 128.

Ξυνός, qua forma veteres Epici constanter et de Tragicis Æschylus et Sophocles aliquoties usi

sunt, apud Herodotum quoque aliquot in locis legitur, longe frequentius tamen κοινός et κοινός ἐπίκοινος et ἀνακοινούσθαι. Poetæ lyrici utraque forma usi sunt, prout metro commodum esset.

Ὀγδούκοντα. V. § 4.

Ὀδμή ab Ionibus pro δσμή dici testatur præter alios Phrynichus p. 89 ed. Lob. : δσμή χρῆ λέγειν διὰ τοῦ σ· διὰ γὰρ τοῦ δ ὀδμή Ἰώνων. Παρανομεῖ γοῦν Ξενοφῶν εἰς τὴν πάτριον διάλεκτον ὀδμή λέγων. Apud Herodotum præter ὀδμή legitur etiam adjectivum δύσοδμος 3, 112.

Οἰδοῖον pro αἰδοῖον dictum Ionibus tribuere videtur Orion in Etym. M. p. 31, 2. Apud Herodotum constanter αἰδοῖον, ut 2, 48, 51, 102, 104, 106; 3, 103, 149.

Οἰκέναι pro ἰοικέναι. Οἶκε οἰκασι οἰκῶς οἰκός satis diligenter servata sunt in codicibus Herodoti : de quo dixit Schweighæuserus in Lexico vol. 1, p. 186. Recte igitur οἰκῶς quoque pro vulgato olim οἰκῶς 2, 25, ex aliquot optimæ notæ libris jam ab Wesselingio restitutum.

Ὀπέων, ωνος, forma Ionica pro δπάων, ονος, servata in libris 9, 50, 51; unde eandem restitui 5, 111, ubi libri in δπάων consentiunt. V. § 11.

Ὀρτή et ὀρτάζειν pro ἰορτή et ἰορτάζειν frequens apud Herodotum aliosque hujus dialecti scriptores. Formæ Ionicae unum in poesi Attica exemplum superest Ionis tragici apud Athen. 6, p. 258, F : ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ὀρτὴν ἄγειν· nam sic codicis scripturam ἰορτὴν emendavi. De qua correctione immerito, ut opinor, dubitavit Meinekius in Exercit. in Athen. I, p. 22, qui quod unicum hoc esset Ionicæ formæ apud Tragicos exemplum, transpositis vocabulis numerisque minus elegantibus scribere maluit, ἐνιαυσίαν γὰρ τὴν ἰορτὴν δεῖ μ' ἄγειν. Cui conjecturæ, quæ mihi quoque in promptu erat, alteram consulto prætuleram. Nam si Euripidi Electr. 625, forma Æolica ἰορτὴς semel uti licuit, quidni Ionica semel uti licuerit Ioni? Adjectivum ἀνιέρταστος legitur in fragmento Democriti apud Stob. Flor. 16, 21. Quod ἀνιέρταστος scribendum videtur.

Ὀῦ particulae formis præter hanc ipsam usus est Herodotus duabus οὐκ et οὐκί pro Attico οὐχί : nam tertiæ οὐχ locus non fuit, quum literas tenues ante spiritum asperum in asperas non mutet.

Ὀῦκων. V. Ὀν.

Ὀλύμπιος montis nomen in libris plerisque per diphthongum scribitur (1, 36, 43, 56; 7,

74, 129, 173) uno excepto loco 7, 128, eodemque modo Ὀλύμπινοι 7, 74. Quo indicio suspicari licet reliqua quoque hujus stirpis nomina, Ὀλυμπιάς Ὀλυμπή Ὀλυμπικός Ὀλύμπιος Ὀλυμπιονίκης et Ὀλυμπιοδώρου nomen (9, 21), omnia per diphthongum esse scribenda.

Ὀῦνομα ejusque derivata (ὀνομάζειν ὀνομαίνειν ὀνομαστός) ab Ionibus per diphthongum scribuntur, quæ nominibus propriis quoque Ὀνομάκριτος 7, 6, et Ὀνομαστός 6, 127, restituenda videtur. Nam quum in nominibus cum ξένος compositis forma Ionica ξένος adsciscatur, nulla excogitari ratio potest, cur non idem factum sit in nominibus cum ὄνομα compositis. Ὀῦνομα cum articulo conjunctum sæpiissime in libris recte scriptum τὸ ὀῦνομα, aliis tamen in locis non paucis librarii crasin Atticam intulerunt τοῦνομα, quæ locum non habet in forma vocabuli Ionica. Quamobrem ubique τὸ ὀῦνομα scripsi. Difficilior de augmento verbi ὀνομάζειν et compositorum (ἐπονομάζειν μετανομάζειν προσνομάζειν) quæstio est. Nam codices Herodoti inter triplicem fluctuant temporum præteritorum scripturam, modo ὀνόμασα ὀνόμασται etc., modo eadem per ω vel ου scripta exhibentes. Ac prima quidem scribendi ratio manifesto falsa est : nam augmentum si omittere placuit Herodoto, necessario ὀνόμαζον ὀνόμακα ὀνόμασα ὀνόμασμαι dicere debuit. Itaque hoc solum quaerendum relinquitur, utrum augmentum an diphthongus Ionica potior visa sit Herodoto. Ego augmentum prætuli, quod majorem a libris auctoritatem habere videbatur : quanquam non diffiteor alteram quoque scripturam habere quo commendetur. Nam quum Herodotus verbis Ionicæ linguæ propriis, qualia sunt ἀγνέειν ἀναισιμῶν ἀρρωδεῖν ἀρτέεσθαι ἔσσοῦν, augmentum nusquam videatur adhibuisse, idem ei placere potuit in verbo ὀνομάζειν et, cujus ratio eadem, οὐρίζειν. Hujus enim verbi aoristus οὔρισα et οὔρισαν, non ὤρισα ὤρισαν, scriptus in libris omnibus 3, 142; 6, 108.

Ουρος, δ, pro δρος, δ, mutato propter diphthongum spiritu dixerunt Iones, pariterque in derivatis οὐρίζειν οὔρισμα δμοιως πρόσουρος προσόμοιρος (nisi hoc ex δμοιως vel πρόσουρος corruptum est 4, 173) et reliquis omnibus. Non minus certum est οὔρος, τὸ, pro δρος, τὸ, constanter dictum esse, ut vix operæ pretium sit notare codices Herodoti tribus quattuorve in locis in δρος consentire.

Ὀῦτω non solum ante consonantes, sed etiam ante vocales dixit Herodotus. Quæ lex quum satis diligenter servata in codicibus sit, pauca

formæ οὕτως ante vocalem positæ exempla, quæ vulgo ferebantur, correxī.

Πιέζειν. Participium πιεζόμενος in codicibus nonnullis πιεζόμενος scriptum 3, 146; 6, 108; 8, 142. Nihil tribuendum paucis his locis, quibus major obstat alterius formæ exemplorum numerus. De quo dixi § 16.

Πιμπλάναι. Vitiosa hujus verbi forma ἐμπιπλέει legitur 7, 39, ubi duo codices ἐμπιπλεῖ (ut vulgo apud Hippocr. p. 464, 27) vel ἐπιπλεῖ, recte alius ἐμπιπλᾷ, quam scripturam confirmat Stobæus Flor. 20, 46, ubi vulgo quidem ἐμπίπλη, sed codex optimus ἐμπίπλα, quod ἐμπιπλᾷ est, ut ἰστέῃ pro ἰστησι dixit Herodotus. Non magis ferri potest ἐπιπλέατο vel ἐπιπλέατο, quod vulgo lectum 3, 88, in ἐπιπλάτο mutavi, ut 3, 108, e libris correctum pro vulgato ἐπιπλέετο. Accedunt ad hæc exempla formarum in libris omnibus recte scriptarum ἀναπιμπλάμεν 6, 12; ἐμπιπλᾶσι 4, 72; πιμπλάσθαι 3, 84; ἐμπιπλάμενος 1, 112; 8, 117, et conjunctivus πιμπλήται 7, 37. Ex quibus manifestum est conjugationem hujus verbi apud Herodotum eandem esse quam verbi ἰσάναι. Apud Hesiodum quod legitur πιμπλεῖσαι (Theogon. 880) ex πιμπλέουσαι contractum est, quod pro πιμπλῶσαι dictum, ut δρέουσαι pro δρῶσαι, si recte habet scriptura illa, de quo magnopere dubito. Nam quum Homerus πιμπλᾶσι dixerit, multo probabilius est Hesiodum quoque πιμπλᾶσαι scripsisse, quod ipsum H. Stephanus in Thesouro posuit, præeunte Lexico septemvirali, sumptum, ut opinor, ex editione Iuntina, in qua πιμπλᾶσαι scriptum ut in aliquot codicibus, quod ex πιμπλᾶσαι corruptum esse judicavit emendationis illius auctor.

Πλέος, πλέη, πλέων pro Attico πλέως, πλέα, πλέων. Sic βίκους οἴνου πλέους 1, 194; τάπρος πλέη ὕδατος 1, 178; χειρὶδι πλέη ἀργυρίου 6, 72. Formam contractam πλῆ ex Diogene Apolloniata annotavit Herodianus Περὶ μὲν. λέξ. p. 7, 7, ἄγνωστον τοῖς ἄλλοις dicens.

Πλώειν et reliqua hujus verbi compositorumque tempora per ω scripta apud Herodotum tanto confirmata sunt exemplorum numero, ut locis reliquis, quamvis ipsis quoque numerosis, in quibus vulgares formæ πλέειν πλεῦσαι πλεύσασθαι etc. legebantur, Ionicas restituere non dubitaverim.

Πολιήτης forma Ionica pro πολίτης in codicibus Herodoti satis accurate servata, ita ut uni tantum loco 1, 96 sine librorum auctoritate πολιητών pro πολιτών restituendum fuerit ab editoribus. Sed præterea adjectivum gentile

Ἠλιοπολίται sive sic sive divisim Ἠλίω πολιταῖ scriptum legitur 2, 3, et Καλλιπολίτας 7, 154, quos non dubitandum quin Ἠλιοπολιήτας et Καλλιπολιήτας dixerit Herodotus. Sic Ἰεραπολιήτης in epigrammate apud Plut. Mor. p. 14, B: Εὐρυδικῇ Ἰεραπολιήτης τόνδ' ἀνέθηκε.

Πολλάκι formam epicam vulgo lectam 1, 36; 2, 2, in πολλάκις mutavi ex aliquot codicibus: nam hac tantum forma utitur Herodotus. V. 2, 134; 3, 74, 160; 4, 3, 79; 7, 46.

Πολλαπλήσιος. V. Διπλήσιος.

Πολλός. Poetæ epici tribus usi sunt hujus adjectivi formis, πολὺς πολὺς πολλός, Herodotus una πολλός πολλή πολλόν, cujus tanta apud eum est exemplorum copia ut non difficile intellectu sit paucos quosdam locos, in quibus libri πολὺς vel πολὺ præbent (velut 3, 57; 6, 72, 125; 7, 46, 160), ad ceterorum exemplum esse refingendos. Aliquanto major apud Hippocratem et Aretæum codicum fluctuatio est inter tres quas supra dicebam formas, quibus apud Hippocratem quarta interdum accessit πολῶς, ab librariis excogitata, veterum Græcorum auribus non audita. Composita cum hoc adjectivo, velut πολυάργυρος πολυαρκής πολύγονος πολυκαρπος, a πολὺς formantur ab Herodoto, non a πολὺς, quod male illatum erat 1, 56, ubi vulgatum πολυπλάνητος ex codice suo (et Stephano Byz. s. v. Δώριον) correxīt Schweighæuserus. Simili errore πολὺ olim legebatur 3, 38.

Πῶμα, forma a Polluce 6, 15 aliisque grammaticis agnita, ter apud Herodotum legitur 3, 22 et 23, et frequens est apud Hippocratem et Aretæum. Eandem quum librarum non raro scriptis Atticorum intulerint, quos πῶμα dixisse extra dubitationem positum est, facile apparet ne Ionicorum quidem scriptorum exempla satis certa haberi posse.

Προσέκελος. V. Ἴκελος.

Πτώσσειν pro πτήσσειν legitur apud Herodotum 9, 48. Hanc formam, qua etiam poetæ epici usi sunt, Ionicæ dialecto tribuit Eustath. p. 484, 3. Eadem bis legitur apud Euripidem (Bacch. 223, Hec. 1064), qui alibi non raro πτήσσειν dixit ut Æschylus et Sophocles.

Ῥέεθρον forma soluta pro ῥεῖθρον: cujus exempla plurima sunt apud Herodotum.

Σίνεσθαι. Recta hæc est verbi forma, jam ab Homero usurpata, qua non dubitandum est quin Herodotus quoque sola usus sit. Nam quæ in codicibus modo pluribus modo paucioribus passim reperiuntur formæ σινέεσθαι σινεόμενοι

et, in qua semel (5, 81) libri omnes consentiunt, ἐσιένοντο, librariorum videntur esse peccata, quibus fortasse verbi σιτέσθαι similitudo fraudi fuit. V. var. lect. ad 4, 123; 9, 13, 49, 73, 87, 120.

Μικρός dixit Herodotus, non μικρός, quod paucis quibusdam in locis ab librariis positum correxi. Nimia Matthiæ fuit diligentia, qui post vocabula in literam σ exeuntia μικρός scribendum esse censuit in annotatione ad 1, 5.

Σός ab librariis interdum in σώς mutatum : v. var. lect. ad 2, 181; 5, 96; 6, 86; 8, 39. In σῶαι consentiunt libri omnes 1, 66, ubi σῶαι jam ab Schæfero restitutum, in σῶων et σῶα 2, 121 (p. 110, 12); 4, 124. Suspectum etiam σῶς 1, 24; 4, 76.

Σταθοῦσθαι pro σταθῆσθαι dixerunt Iones, quemadmodum ἤτῃν in ἔσσουν mutarunt. Sic apud Herodotum σταθῶσασθαι 3, 15; 4, 58; 7, 10, 11, 214 : quorum ad locorum exemplum non dubito quin corrigendi sint alii quibus vulgarem formam intulerunt librarii, σταθυσάμενος pro σταθωσάμενος scripto 2, 2; 9, 37, et σταθῶμενος σταθμόμενος vel σταθεῶμενος 2, 150; 7, 237, pro σταθούμενος vel σταθεύμενος, quod 8, 130 legitur : de qua forma dixi § 19 b et c.

Στεινός Iones dixerunt pro στενός, ut κεινός pro κενός. Apud Herodotum στεινός et comparativus στεινότερος et compositum στεινόπορος leguntur.

Σύν. Qua Attici veteres sæpissime inter eosque Thucydides constanter usi sunt præpositionis σύν forma duriore ξύν, ei Herodotus molliorem σύν ita prætulit ut ab altera prorsus abstinnisse videatur : de quo recte iudicavit Schweighæuserus in Lexico s. v. Σύν, ubi unum tantum codicem Schellershemianum inde a libro sexto frequentius ξύν inferre annotavit, et s. v. Ξυμῖξας, ubi pauca quædam ex uno alteroque codice exempla commemoravit de vocabulis ξύμπαχος ξυμῖξας ξυνήνειξε ξυμφορή ξύμπαντες, quæ nullius plane momenti sunt si cum aliorum comparentur multitudo, in quibus libri in σύν consentiunt. Quamobrem non dubitandum esse puto quin ξυμμάχους 3, 37 in συμάχους et ἀξυνετώτερον, quod in libris omnibus legitur 3, 81, in ἀσυνετώτερον sit mutandum, quemadmodum συνετά nullo turbatum librorum dissensu legitur 2, 57.

Major de ceteris scriptoribus Ionicis dubitatio est. Nam in libris Hippocraticis centena sunt utriusque formæ exempla, codicibus modo in alterutra consentientibus, modo inter utramque

fluctuantibus, ita tamen ut ξύν aliquanto plus præsidii a codicibus habere videatur; eademque fere in aliis scriptoribus inconstantia animadvertitur, velut in fragmentis Democriti apud Stobæum, in quibus ξύν legitur Floril. 94, 24; ξυγγορεύειν 108, 64; ξύμπας 40, 7; ξυμφορή 7, 32, 112, 10; ξυνῖσαι 112, 10; ξυνουσίη 6, 57 : contra συγγινώσκεισθαι 43, 44; συμφέρον 20, 62; συμφορή 105, 68; συναγωγή 10, 65; συνειδήσει 120, 20; συνεχές 92, 14; συντέτανται 37, 26.

Τάμνειν pro τέμνειν, ex Herodoto et Hippocrate annotatum ab Gregorio Cor. p. 476, pariterque ἔταμον Epicorum exemplo dixerunt Iones : cujus exempla plurima sunt apud Herodotum et verbi simplicis et compositorum ἀποτάμνειν διατάμνειν περιτάμνειν συντάμνειν. Aoristus ἔταμον est, qua forma Attici quoque veteres interdum pro ἔτεμον usi sunt. Forma media ταμέσθαι est apud Herodotum 5, 82.

Ταξίαρχης et similia nomina, quæ in αρχς potius terminare solent antiquiores scriptores Attici, primæ declinationi attribuire maluit Herodotus, ut videtur. Nam ταξιαρχέων, non ταξίαρχων, in libris plerisque scriptum 7, 99; 9, 53; στρατάρχης in omnibus 3, 157; στρατάρχειω 8, 45, et χιλίαρχας μυρίαρχας ἑκατοντάρχας 7, 81. Fortasse igitur τοὺς ταξίαρχους 9, 42, in τοὺς ταξίαρχας mutandum. Contra in ναύαρχος et ναύαρχοι libri consentiunt 7, 59, 100, et 8, 42.

Τέσσαρες, τέσσαρα, pro τίσσαρες τέσσαρα dixerunt Iones, eandemque vocalis mutationem numeralibus hinc derivatis adhibuerunt, τέσσαρες καίδεκα τέσσεράκοντα. Librarii vero interdum formas communes posuerunt, velut 1, 51, ubi libri omnes τέσσαρας, quod correxit Schæferus, et 6, 41, ubi plerique τέσσασι.

Τέως pro ἔως dixisse Herodotum editores sibi persuaserunt uno adducti exemplo 4, 165, ubi ἔως restitui. Contrario modo peccatum 8, 74, ubi ἔως μὲν — τέλος in libris omnibus legitur, quod τέως scripsisse Herodotum aliorum locorum non paucorum comparatio docet, in quibus τέως μὲν respondentes habet formulas ἔπειτεν δέ, μετὰ δέ, τέλος δέ.

Τιήρης, δ, forma Ionica pro τιάρα, ἡ, servata in libris 8, 120 : τιήρη χρυσοπάστῳ. Forma partim Attica partim Ionica τὸν τιάραν 1, 132; πέλους τιάρας 3, 12; τιάρας καλυμένους 7, 61; quæ τιήρην et τιήρας scribenda esse jam ab aliis est intellectum. Apud Lucianum De dea Syr. c. 42, τιάρη χρυσέη, quod ipsum quoque τιήρη scribendum.

Τιθέναι. Hujus verbi conjugatio Ionica ab

Attica formis quibusdam differt a conjugatione in *έω* sumptis, quemadmodum *έστημι* et *δίδωμι* formas quasdam mutantur conjugationi in *άω* et *ώω* proprias : quas omnes non raro interpolantur librarii ad Atticæ conjugationis formulas aberrantes. Ac primo quidem pro *τίθης* et *τίθησι* Iones *τιθείς* et *τιθεῖ* dixerunt, ut *έσθας έσθᾶ* *δίδοις* *δίδοι* pro *έστης έστησι* *δίδως δίδωσι*. Sic *έπιτιθείς* apud Herodotum 5, 95; *προτιθείς* 1, 133; *τιθεῖ* 1, 113; *έπιτιθεῖ* 5, 95; 7, 35; *παρετιθεῖ* 4, 73; *προτιθεῖ* 1, 133. Tertiæ personæ pluris *τιθείσι* compositorumque exempla, partim in *τιθέας* ab librariis mutata, sunt 3, 53; 4, 23, 34, 67; 5, 8; 7, 197. Imperfectum est *έτιθεα* pro *έτιθην* et *έτιθεις έτιθει* pro *έτιθης έτιθη*, ut *έστα* et *έδίδου* pro *έστη* et *έδιδω*. Sic *έπερετιθεα* 3, 155; *περιετιθει* 6, 69; unde *προετιθεε* 8, 49 in *προετιθει* mutandum. De aoristo *θῶ* et *θῶμαι* in *θέω* et *θέωμαι* soluto dixi § 18 e, de formis passivis *τιθέαται έτιθέατο* pro *τιθένται έτιθέντο* ibidem d.

Τράπειν. Communis dialecti formis *τρέπω έτρεπον* *τρέπομαι έτρεπόμην* *τρέφθην* respondent Ionicæ *τράπω* — *έτράφθην*. Servatur vero litera *α* in aoristo et futuro *έτρεψα* *τρέψω*, quibus ipsis quoque *α* interdum illatum a librariis. V. exempla ab Schweighæusero memorata in Lexico s. v. *Έπιτρέπω*.

Τρώμα et derivata *τρωματής* *τρωματίζειν* etc. Iones constanter dixerunt pro *τρώμα*. Id librarii passim *τρώμα* vel *τρώμμα* scripserunt, quemadmodum *θώμα* in *θώμα* vel *θώμμα* mutarunt, de quo supra diximus.

Υπερόχος pro *έπέροχος* libri multi et boni præbent 5, 92, 7, p. 268, 52, et recte fortasse : quanquam librarii formam Homericam fere ubique vulgari substituerunt, etiam ubi locus ei non est, velut *Æsch. Prom. 429, Soph. Trach. 1096*.

Υπερμεγάθος. V. *Μέγας*.

Υς potius quam *ς* dixit Herodotus, si quid exemplorum numero codicumque auctoritati est tribuendum : vide 1, 36, 43; 2, 14, 47, 68, 70; 4, 192, 186, cum var. lect. Prætulit vero Homericum *συδῶτης* (2, 47, 48) Attico *υδοσῆς*. Contra Lucianus *ς*, De dea Syr. c. 6, 12, 54.

Φέρειν. Aoristis Atticis *ήνεγχα* et *ήνεγκον* non utuntur Iones, qui *ήνεixa* *ήνεixάμην*, *ένειxαι* *ένειxασθαι*, dixerunt.

Χείρ. Magna est codicum Herodoti inconstantia in exhibendis formis *χειρός* *χειρί* *χείρα* *χείρες* *χειρῶν* *χείρας* et *χερός* *χερί* *χέρα* *χέρες* *χερῶν* *χέρας*. Videtur tamen præferenda esse diphthongus,

cujus non dubius apud Herodotum usus est in adjectivis cum *χείρ* compositis, velut *χειροήτης* et *χειροποίητος*.

XXIV. Hunc Arionem aiunt, postquam plurimum temporis apud Periandrum esset versatus, in Italiam Siciliamque cupivisse navigare ; ingentique pecunia ibi comparata, voluisse Corinthum reverti. Igitur quum Tarento esset profecturus, nec ullis magis quam Corinthiis fidem haberet, navigium conduxisse hominum Corinthiorum : (2) at hos, ubi altum tenuere, consilium agitasse de illo in mare projiciendo, quo pecunia potirentur. Tum illum, quid ageretur intelligentem, ad preces confugisse ; et, pecunia omni nautis oblata, vitam esse deprecatum : (3) nautas vero, precibus viri nil commotos, jussisse ut aut sibi manus inferret, quo in terra sepulturam nancisceretur, aut ut illico in mare se projiceret. (4) Has in angustias et consilii inopiam redactum Arionem orasse, ut, quandoquidem ita eis placitum esset, sinerent se omni ornatu suo indutum, in summo puppis foro stantem, canticum canere ; quo facto pollicebatur sibi se manus illaturum. (5) Tunc nautas, cupidine captos audiendi præstantissimi omnium cantoris, e puppi mediam in navem concessisse ; et illum, omni ornatu indutum, capta cithara, in summo navis foro stantem, carmen quod orthion vocatur peregisse ; peractoque cantu, ita ut erat, cum omni ornatu in mare se conjecisse. (6) Tum illos, continuato cursu, Corinthum navigasse : hunc vero, aiunt, a delphino exceptum dorso, Tarnaron fuisse delatum ; ubi quum in terram esset egressus,

ἄνθρωπον σὺν τῇ σκευῇ, καὶ ἀπικόμενον ἀπηγέσθαι πᾶν τὸ γεγονός. (7) Περιάνδρον δὲ ὑπ' ἀπιστίας Ἀρίονα μὲν ἐν φυλακῇ ἔχειν οὐδαμῇ μετιέντα, ἀνακῶς δὲ ἔχειν τῶν πορθμένων ὡς δὲ ἄρα παρῆναι αὐτοὺς, κληθέντας ἰστο-
 5 ρέσθαι εἴ τι λέγοιεν περὶ Ἀρίονος. (8) Φαμένων δὲ ἐκείνων ὡς εἴη τε σῶς περὶ Ἰταλίην καὶ μιν εὖ πρήσσοντα λίποιεν ἐν Τάραντι, ἐπιφανῆναί σφι τὸν Ἀρίονα ὥσπερ ἔχων ἐξεπτήδησε· καὶ τοὺς ἐκπλαγέντας οὐκ ἔχειν ἐτι ἐλεγγόμενους ἀρνέεσθαι. (9) Ταῦτα μὲν
 10 νυν Κορίνθιοι τε καὶ Λέσβιοι λέγουσι, καὶ Ἀρίονός ἐστι ἀνάθημα χάλκεον οὐ μέγα ἐπὶ Ταινάρῳ, ἐπὶ δελφίνος ἐπέων ἀνθρώπου.

XXV. Ἀλυάττης δὲ ὁ Λυδὸς τὸν πρὸς Μιλησίους πόλεμον διενείκας μετέπειπεν τελευτᾶ, βασιλεύσας
 15 ἕτεα ἑπτὰ καὶ πενήκοντα. Ἀνέθηκε δὲ ἐκφυγῶν τὴν νοῦσον δευτέρος οἴκτος τῆς οἰκίης ταύτης ἐς Δελφοὺς χρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδή-
 20 ρεον κολλητὸν, θέας ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων, Ἰλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μόνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κολλησιν ἐξέυρε.

XXVI. Τελευτήσαντος δὲ Ἀλυάττεω ἐξεδέξατο τὴν βασιλείην Κροῖσος ὁ Ἀλυάττεω, ἐτέων ἑὼν ἡλικίην πέντε καὶ τριήκοντα, ὃς δὴ Ἑλλήνων πρώτοις ἐπεθή-
 25 κατο Ἔφεσίοις. (2) Ἐνθα δὲ οἱ Ἐφέσιοι πολιορκεῖ-
 30 μενοι ὑπ' αὐτοῦ ἀνέθεσαν τὴν πόλιν τῇ Ἀρτέμιδι, ἐξά-
 ψαντες ἐκ τοῦ νηοῦ στοιχίον ἐς τὸ τεῖχος· ἔστι δὲ με-
 ταξὺ τῆς τε παλαιῆς πόλιος, ἥ τότε ἐπολιορκέετο, καὶ τοῦ νηοῦ ἑπτὰ στάδιοι. (3) Πρώτοις μὲν δὴ τούτοις ἐπεχείρησε ὁ Κροῖσος, μετὰ δὲ ἐν μέρει ἑκάστοις
 30 Ἰώνων τε καὶ Αἰολέων, ἄλλοις ἄλλας αἰτίας ἐπιφέρων, τῶν μὲν ἐδύνατο μέκονας παρעւρίσκειν, μέκονα ἐπαιτιώμενος, τοῖσι δὲ αὐτῶν καὶ φλαῦρα ἐπιφέρειν.

XXVII. Ὡς δὲ ἄρα οἱ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες κατε-
 35 στράφατο ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, τὸ ἐνθεῦτεν ἐπενόεε
 νέας ποιησάμενος ἐπιχειρεῖν τοῖσι νησιώτῃσι. (2) Ἐόντων δὲ οἱ πάντων ἐτοιμῶν ἐς τὴν ναυπηγίην, οἱ μὲν Βίαντα λέγουσι τὸν Πριηνέα ἀπικόμενον ἐς Σάρ-
 40 δις, οἱ δὲ Πιτταχὸν τὸν Μυτιληναῖον, εἰρομένου Κροῖ-
 σου εἰ τι εἴη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα, εἶπαντα
 40 τάδε καταπαῦσαι τὴν ναυπηγίην, «ὦ βασιλεῦ, νη-
 σιῶνται ἵππον συνωνέονται μυρίην, ἐς Σάρδις τε καὶ ἐπὶ σὲ ἔχοντες ἐν νόμῳ στρατεύεσθαι.» (3) Κροῖσον δὲ ἐλπίσαντα λέγειν ἐκείνων ἀληθέα, εἶπαι «αἱ γὰρ
 45 τοῦτο θεοὶ ποιήσεται ἐπὶ νόον νησιώτῃσι, ἐλθεῖν ἐπὶ
 45 Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι.» (4) Τὸν δὲ ὑπολαβόντα φάναι, «ὦ βασιλεῦ, προθύμως μοι φαίνας εὖξασθαι νησιώτας ἱππευομένους λαβέειν ἐν ἡπείρῳ, οἰκόντα ἐλ-
 50 πίζων. (5) Νησιώτας δὲ τί δοκέεις εὐχεσθαι ἄλλο ἢ ἐπείτε τάχιστα ἐπύθοντό σε μέλλοντα ἐπὶ σφίσι ναυπη-
 50 γέσθαι νέας, λαβέειν αἰωρευμένους Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ, ἵνα ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἡπείρῳ οἰκημένων Ἑλλήνων τί-
 σωνταί σε, τοὺς σὺ δουλώσας ἔχεις;» (6) Κάρτα τε ἡσθῆναι Κροῖσον τῷ ἐπιλόγῳ, καὶ οἱ προσφεύς
 γὰρ δοῶς λέγειν, πειθόμενον παύσασθαι τῆς ναυπη-

Corinthum inde eodem habitu ferrexisset, ibique quid accidisset enarrasse. (7) Periandrum vero, quum fidem non haberet, tenuisse Arionem in custodia, ne quo prodiret, ceterum curam intendisse in nautas. Nautæ ut Corin-
 thum advenerunt, accitos ad se percontatum esse Perian-
 drum, ecquid de Arione memorarent: (8) quibus dicenti-
 bus saluum illum in Italia esse, et fortunatum Tarenti a se relictum, adparuisse Arionem eodem cultu quo in mare prosiluerat; et illos, perterritos convictosque, non potuisse
 amplius ire infitias. (9) Hæc quidem et Corinthii narrant et Lesbii; et exstat Tænari donarium Arionis æneum, non magnum illud quidem, homo insidens delphino.

XXV. Alyattes Lydus, confecto cum Milesiis bello, deinde, quum septem et quinquaginta annos regnasset, vita excessit. Dedicavit autem hic, secundus ex hac familia, postquam e morbo convalescerat, Delphis craterem argenteum ingentem, et basin crateris ferream ferrumina-
 tam, spectatu dignam inter omnia quæ sunt Delphis dona-
 ria; Glauci Chii opus, qui unus hominum omnium fer-
 ruminationem ferri invenit.

XXVI. Mortuo Alyattæ successit in regnum Cræsus, Alyattæ filius, annos natus quinque et triginta: qui Græcorum primos Ephesios armis invasit. (2) Ibi tunc Ephesii, quum ab eo obsiderentur, urbem suam Dianæ dedica-
 runt, fene ex illius templo ad murum adligato: est autem inter veterem urbem, quæ tunc obsidebatur, et Dianæ tem-
 plum septem stadiorum intervallum. (3) Hos igitur pri-
 mos adgressus est Cræsus; deinde vero, per vices, singulos quoque Ionie et Æoliæ populos, aliis alias causas inferens, graviores caussatus adversus hos in quibus graviores reperire causas poterat, nonnullis etiam eorum levia admodum exprobrans.

XXVII. Deinde, postquam Asiam incolentes Græci ad pendendum tributum erant subacti, constituit ædificatis navibus insulanos adgredi. (2) Ad quas compingendas quum omnia ei essent parata, aiunt alii Biantem Prieneu-
 sem, quum Sardes venisset, alii Pittacum Mytilenæum, interrogatum a Cræso ecquid maxime novi generetur apud Græcos, ea respondisse quæ illum ne classem conficeret in-
 hibuerunt. Dixisse enim: «Insulani, o rex, decem milia equitum conducunt, expeditionem adversus Sardes at-
 que te molientes.» (3) Cræsum autem, ratum vera eum dicere, respondisse: «Utinam dii hanc mentem dent insu-
 lanis, ut Lydorum filios cum equitatu invadere velint!» (4) Tum illum excipientem dixisse: «Videris mihi, rex, cupide vota facere ut insulanos equis vectos deprehendas in
 continente, haud absurda spe; (5) insulanos vero quid putas, ex quo primum ædificare te contra se classem audi-
 verunt, exoptare aliud, nisi ut, in altum evectos depre-
 hendant Lydos in mari, teque pro Græcis continentem in-
 colentibus, quos tu in servitute contines, ulciscantur? (6) Cujus conclusione orationis admodum delectatum Cræsum, paruisse illi, ut qui perapte ad rem locutus videretur, et a

γίης. Καὶ οὕτω τοῖσι τὰς νήσους οἰκημένοισι Ἴωσι
ξείνῃν συνεθήκατο.

XXVIII. Χρόνου δὲ ἐπιγινόμενου καὶ κατεστραμ-
μένων σχεδὸν πάντων τῶν ἐντὸς Ἄλuous ποταμοῦ οἰκη-
μένων (πλὴν γὰρ Κιλικίων καὶ Λυκίων τοὺς ἄλλους
πάντας ὑπ' ἐωυτῶ εἶχε καταστρεφάμενος ὁ Κροῖσος·
εἰσὶ δὲ οἶδε, Φρύγες, Μυσοὶ, Μαριανδύνοι, Χάλυβες,
Παφλαγόνες, Θρηῖκες οἱ Θυνοὶ τε καὶ Βιθυνοὶ, Κάρ-
ρες, Ἴωνες, Δωριεῖς, Αἰολεῖς, Πάμφυλοι),

XXIX. κατεστραμμένων δὲ τούτων καὶ προσπι-
κτωμένου Κροίσου Λυδοῖσι, ἀπικνέονται ἐς Σάρδις
ἀχμαζούσας πλούτῳ ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλά-
δος σορῖσται, οἱ τοῦτον τὸν χρόνον ἐτύγγανον ἔόντες,
ὥς ἕκαστος αὐτῶν ἀπικνέοιτο, καὶ δὴ καὶ Σόλων ἀνὴρ
Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασαι ποιήσας
ἀπεδήμησε ἕτεα δέκα, κατὰ θεωρίας πρόφρασιν ἐκπλώ-
σας, ἵνα δὴ μή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λύσαι τῶν
ἔθετο· (2) αὐτοὶ γὰρ οὐκ οἶοι τε ἔσαν αὐτὸ ποιῆσαι
Ἀθηναῖοι· ὀρκίοισι γὰρ μεγάλοισι κατείχοντο δέκα
20 ἕτεα χρῆσθαι νόμοις τοὺς ἄν σφι Σόλων θῇται.

XXX. Αὐτῶν δὴ ὧν τούτων καὶ τῆς θεωρίας ἐκδη-
μήσας ὁ Σόλων εἵνεκεν ἐς Αἴγυπτον ἀπῆκετο παρ'
Ἀμασιν καὶ δὴ καὶ ἐς Σάρδις παρὰ Κροῖσον. (2)
Ἀπικόμενος δὲ ἐξεινίετο ἐν τοῖσι βασιλείοις ὑπὸ τοῦ
25 Κροίσου· μετὰ δὲ, ἡμέρῃ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ, κελεύσαν-
τος Κροίσου τὸν Σόλωνα θεράποντες περιτῆγον κατὰ
τοὺς θησαυροὺς, καὶ ἐπεδείκνυσαν πάντα ἔδντα μεγάλα
τε καὶ ὀλβία. (3) Θησάμενον δὲ μιν τὰ πάντα καὶ
σκεψάμενον ὥς οἱ κατὰ καιρὸν ἦν, εἶρετο ὁ Κροῖσος
30 τάδε, « ξεῖνε Ἀθηναῖε, παρ' ἡμέας γὰρ περὶ σέο λόγος
ἀπίκται πολλὸς καὶ σοφίης εἵνεκεν τῆς σῆς καὶ πλά-
νης, ὥς φιλοσοφῶν γῆν πολλὴν θεωρίας εἵνεκεν ἐπε-
λήλυθας· νῦν ὧν ἡμερος ἐπέειρεσθαί μοι ἐπῆλθε εἴ τινα
ἤδη πάντων εἶδες ὀλβιώτατον. » (4) Ὁ μὲν ἐλπίζων
35 εἶναι ἀνθρώπων ὀλβιώτατος ταῦτα ἐπειρώτα· Σόλων
δὲ οὐδὲν ὑποθωπεύσας, ἀλλὰ τῷ ἔνντι χρησάμενος λέ-
γει, « ὦ βασιλεῦ, Τέλλον Ἀθηναῖον. » (5) Ἀπο-
θωμάσας δὲ Κροῖσος τὸ λεγθὲν εἶρετο ἐπιστρεφόμενος,
« κοίῃ δὴ χρίνεις Τέλλον εἶναι ὀλβιώτατον; » ὃ δὲ εἶπε,
40 « Τέλλῳ τοῦτο μὲν τῆς πόλιος εὐήκουσας παῖδες ἔσαν
καλοὶ τε κάγαθοι, καὶ σφι εἶδες ἅπασι τέχνα ἐκγενό-
μενα καὶ πάντα παραμείναντα, τοῦτο δὲ τοῦ βίου εὖ
ἤκοντι, ὥς τὰ παρ' ἡμῖν, τελευτῇ τοῦ βίου λαμπροτάτῃ
ἐπεγένετο· (6) γενομένης γὰρ Ἀθηναίοισι μάχης πρὸς
45 τοὺς Ἀστυγείτονας ἐν Ἐλευσίνι, βωθήσας καὶ τροπὴν
ποιήσας τῶν πολεμίων ἀπέθανε κάλλιστα, καὶ μιν
Ἀθηναῖοι δημοσίῃ τε ἔθαψαν αὐτοῦ τῇ περ ἔπεσε καὶ
ἐτίμησαν μεγάλως. »

XXXI. Ὡς δὲ τὰ κατὰ τὸν Τέλλον προετρεύετο ὁ
50 Σόλων τὸν Κροῖσον εἶπας πολλά τε καὶ ὀλβία, ἐπει-
ρώτα τίνα δευτέρον μετ' ἐκείνον ἴδοι, δοκέων πάγῃ
δευτερεῖα γῶν οἶσασθαι. (2) Ὁ δὲ εἶπε, « Κλέοβιν τε
καὶ Βίτωννα. Τούτοις γὰρ εὐῶσι γένος Ἀργείοισι
βίος τε ἀρκέων ὑπὲν, καὶ πρὸς τούτῃ ῥώμῃ σώματος

fabricanda classe destituisse. Atque ita cum Ionibus insulas
incolentibus hospitium contraxit.

XXVIII. Insequente tempore, subactis fere omnibus po-
pulis intra Halyn fluvium incolentibus : (nam, exceptis Ci-
licibus ac Lyciis, ceteros omnes suae potestati subjectos
Cræsus tenebat; sunt autem populi hi, Phryges, Mysi,
Mariandyni, Chalybes, Paphlagonες, Thracες quum Thyni,
tum Bithyni, Cares, Iones, Dorienses, Æolenses, Pam-
phyli :)

XXIX. hos igitur postquam sub potestatem suam Cræ-
sus redegerat, eaque accessione regnum Lydorum auxerat,
adveniebant Sardes, urbem divitiis florentem, quum alii
omnes e Græcia viri per illud tempus sapientiæ laude clari,
ut cuique commodum erat eo proficisci, tum vero etiam
Solon, Atheniensis : qui postquam Atheniensibus jussu ipso-
rum scripserat leges, navi profectus, caussam interserens
velle se alias spectare regiones, decem annos peregrinatus est;
ne scilicet quampiam ex legibus, quas tulerat, mutare coge-
retur. (2) Nam ipsis Atheniensibus per se id facere nefas
erat, quippe qui gravissimo jurejurando sese obstrinxer-
ant, per decem annos eis legibus, quascumque ipsis Solon
tulisset, esse usuros.

XXX. Hanc ipsam igitur ob causam, tum vero etiam
spectandi gratia, peregre profectus Solon in Ægyptum se
contulit ad Amasin, atque etiam Sardes ad Cræsum. (2)
Quo ut advenit, in regia hospitio acceptus est a Cræso.
Tum tertio aut quarto post die, jussu Cræsi, ministri re-
gis circumduxerunt Solonem, thesauros omnes et quidquid
ibi magni et opulenti inerat, ostentantes. (3) Quæ
quum ille spectasset, et cuncta, ut ei commodum fuerat,
esset contemplatus, tali modo eum percunctatus est Cræ-
sus : « Hospes Atheniensis, inquit, multa ad nos de te fama
manavit, quum sapientiæ tuæ causa, tum peregrinationis,
ut qui sapientiæ studio incumbens multas terras spectandi
caussa obieris. Nunc igitur incescit me cupidus ex te sci-
scitandi, eoque tu adhuc videris omnium hominum beati-
ssimum. » (4) Nempe, quod se ipsum hominum beati-
ssimum esse putaret, idcirco hanc illi quæstionem proposuit.
At Solon, nulla usus adsentatione, sed ut res erat respon-
dens, « Ego vero, inquit, beatissimum videli Tellum Athe-
niensem. » (5) Quod dictum miratus Cræsus, concitate
quærit : « Qua tandem ratione Tellum beatissimum judicas? »
Cui ille : « Tellus, inquit, florente civitate, filios habuerat
bonos viros honestosque, et illis cunctis prognatos viderat
liberos, eosque omnes superstites : idemque, quum re fa-
miliari satis lauta, ut apud nos, usus esset, vitæ finem ha-
buit splendidissimum; (6) nam in prælio, quod Athenien-
ses adversus finitimos ad Eleusinem commiserunt, postquam
fortiter pugnavit, hostemque in fugam vertit, honestis-
sima morte defunctus est; et eodem loco, quo cecidit,
publice ab Atheniensibus sepultus est et magnifice hono-
ratus. »

XXXI. Hisce quum Solon, quæ de Tello ejusque felici-
tate copiose exposuit, admonuisset Cræsum, interrogare
hic institit, quemnam secundum ab illo vidisset beati-
ssimum; existimans utique secundas certe partes sese latu-
rum. (2) At ille, « Cleobin, inquit, et Bitonem. His enim,
genere Argivis, et victus suppetebat probabilis, et robur

τοίηδε· ἀεθλοφόροι τε ἀμφοτέροι ὁμοίως ἔσαν, καὶ δὴ καὶ λέγεται ὅδε ὁ λόγος. (3) Ἐούσης ὁρτῆς τῇ Ἡρῇ τοῖσι Ἀργείοισι ἔδεε πάντως τὴν μητέρα αὐτῶν ζεύγεϊ κομισθῆναι ἐς τὸ ἱρόν, οἱ δὲ σφι βόες ἐκ τοῦ ἀγροῦ οὐ παρεγίνοντο ἐν ὥρῃ· ἐκκληγόμενοι δὲ τῇ ὥρῃ οἱ νεηνίαὶ ὑποδύντες αὐτοὶ ὑπὸ τὴν ζεύγλην εἵλκον τὴν ἄμαξαν, ἐπὶ τῆς ἀμάξης δὲ σφι ὠχέετο ἡ μήτηρ, σταδίου δὲ πέντε καὶ τεσσαράκοντα διακομίσαντες ἀπίκοντο ἐς τὸ ἱρόν. (4) Ταῦτα δὲ σφι ποιήσασι καὶ ὀφθεῖσι ὑπὸ τῆς πανηγύριος τελευτῇ τοῦ βίου ἀρίστη ἐπέγενετο, διέδεξέ τε ἐν τούτοις ὁ θεὸς ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῶειν. (5) Ἀργεῖοι μὲν γὰρ περιστάντες ἑμακάριζον τῶν νεηνίων τὴν ῥώμην, αἱ δὲ Ἀργεῖαι τὴν μητέρα αὐτῶν, ὣν τέκνων ἐκύρυσεν· ἡ δὲ μήτηρ περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ τε ἔργῳ καὶ τῇ φήμῃ, σῆσα ἀντίον τοῦ ἀγάλματος εὐχέτο Κλεόβι τε καὶ Βίτωνι τοῖσι ἐσωτῆς τέκνοισι, ὅ μιν ἐτίμησαν μεγάλως, δοῦναι τὴν θεὸν τὸ ἀνθρώπῳ τυχεῖν ἀριστόν ἐστι. (6) Μετὰ ταύτην δὲ τὴν εὐχὴν ὡς ἔθυσάν τε καὶ εὐωχῆθησαν, κατακοιμηθέντες ἐν αὐτῷ τῷ ἱρῷ οἱ νεηνίαὶ οὐκέτι ἀνέστησαν, ἀλλ' ἐν τῷ τούτῳ ἔσχοντο. Ἀργεῖοι δὲ σφῶν εἰκόνας ποιησάμενοι ἀνέθεσαν ἐς Δελφούς ὡς ἀνδρῶν ἀρίστων γενομένων. »

XXXII. Σόλων μὲν δὲ εὐδαιμονίης δευτερεῖα ἔνευε τούτοις, Κροῖσος δὲ σπερχθεὶς εἶπε, « ὦ ξεῖνε Ἀθηναῖε, ἡ δὲ ἡμετέρη εὐδαιμονία οὕτω τοι ἀπέρριπται ἐς τὸ μηδὲν ὥστε οὐδὲ ἰδιωτῶν ἀνδρῶν ἀξίους ἡμέας ἐποίησας; » (2) Ὁ δὲ εἶπε, « ὦ Κροῖσε, ἐπιστάμενόν με τὸ θεῖον πᾶν ἐὼν φθονερόν τε καὶ παραχῶδες ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπίνων πρηγμάτων περί. Ἐν γὰρ τῷ μακρῷ χρόνῳ πολλὰ μὲν ἐστί ἰδέειν τὰ μὴ τις ἐθέλει, πολλὰ δὲ καὶ παθεῖν. Ἐς γὰρ ἐβδομήκοντα ἔτα αὖρον τῆς ζῆς ἀνθρώπῳ προτίθμει. (3) Οὗτοι ἐόντες ἐνιαυτοὶ ἐβδομήκοντα παρέχονται ἡμέρας διηκοσίας καὶ πεντακισχιλίας καὶ δισμυρίας, ἐμβολίου μηνὸς μὴ γινόμενου· εἰ δὲ δὴ ἐθελήσει τούτερον τῶν ἐτέων μὴν μακρότερον γίνεσθαι, ἵνα δὴ αἱ ὥραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον, μῆνες μὲν παρὰ τὰ ἐβδομήκοντα ἔτα οἱ ἐμβολιοὶ γίνονται τριήκοντα πέντε, ἡμέραι δὲ ἐκ τῶν μηνῶν τούτων χίλια πεντήκοντα. (4) Τούτων τῶν ἀπασέων ἡμερέων τῶν ἐς τὰ ἐβδομήκοντα ἔτα, εὐσεύων πεντήκοντα καὶ διηκοσίων καὶ ἑξακισχιλίων καὶ δισμυρίων, ἡ ἐτέρη αὐτέων τῇ ἐτέρῃ ἡμέρῃ τὸ παράπαν οὐδὲν ὁμοῖον προσάγει πρῆγμα. (5) Οὕτω ὦν, ὦ Κροῖσε, πᾶν ἐστὶ ἀνθρώπος συμφορῇ. Ἐμοὶ δὲ σὺ καὶ πλουτέειν μέγα φαίνεται καὶ βασιλεὺς εἶναι πολλῶν ἀνθρώπων· ἐκεῖνο δὲ τὸ εἶρό με, οὐ κῶ σε ἐγὼ λέγω, πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύσωμαι. (6) Οὐ γὰρ τοι ὁ μέγα πλούσιος μᾶλλον τοῦ ἐπ' ἡμέρην ἔχοντος δλιωτέρος ἐστί, εἰ μὴ οἱ τύχῃ ἐπίσποιτο πάντα καλὰ ἔχοντα τελευτῆσαι εὐ τὸν βίον. Πολλοὶ μὲν γὰρ ζάπλουτοι ἀνθρώπων ἀνόλθοι εἰσι, πολλοὶ δὲ μετρίως ἔχοντες βίου εὐτυχές. (7) Ὁ μὲν δὴ μέγα πλούσιος, ἀνόλθιος δὲ δοῖσι πρὸς τὸ εὐτυχές μόνονισι, οὗτος

corporis erat tale, ut et uterque pariter certaminum prae-mia abstulerit, et de eisdem haec etiam narretur historia. (3) Quum festus dies ageretur Junonis Argivae, oporteretque omnino matrem horum bigis in templum veli, nec vero in tempore ex agro adessent boves; tunc juvenes, urgente hora, jugum ipsi subeuntes, plaustrum traxerunt quo mater vehebatur, eoque per quadraginta quinque stadia tracto ad templum pervenerunt. (4) Quo facto quum oculis universi caetus in se convertissent, optimus eisdem oblitig vitae exitus; ostenditque in his numen, melius esse hominibus mori, quam vivere. (5) Nam quum circumstantes Argivi laudarent juvenum robur, Argivae vero felicem praedicarent matrem quod tales haberet filios; mater, et facto vehementer gavis et omine, stans ante simulacrum precata est deam, ut Cleobi et Bitoni filiis suis, qui ipsam magnifice honorassent, id daret quod optimum esset contingere homini. (6) Post hanc precationem, peracto sacrificio, laute epulati juvenes, quum in ipso templo somno se dedissent, non amplius resurrexerunt, sed hoc vitae exitu sunt perfuncti. Eorundem dein imagines, ut qui homines fuissent praestantissimi, fieri curarunt Argivi, Delphisque dedicarunt.

XXXII. Istis igitur secundum felicitatis locum Solon tribuebat. Tum vero subiratus Cræsus: « Hospes Atheniensis, ait, nostra vero felicitas adeo abs te in nihilum projicitur, ut ne privatis quidem hominibus aequiparandos nos existimes? » (2) Cui ille: « Cræse, inquit, gnarum me numen omne esse invidum et summa imis mutare, interrogas de rebus humanis. In diuturno tempore multa videre est quæ quis nolit, atque etiam tolerare multa. Propono enim homini terminum vitae ad septuaginta annos. (3) Ii septuaginta anni constant ex viginti quinque millibus ac ducentis diebus, mense intercalari non posito: sin velis alternos ex illis annis interjecto mense fieri longiores, quo tempestatum vicissitudines justo tempore redeant, menses intercalares per annos septuaginta confluentur triginta quinque, dies autem ex his mensibus mille et quinquaginta. (4) Horum autem dierum omnium, qui in septuaginta annis sunt numero ducenti et quinquaginta supra viginti sex millia, nullus est qui rem prorsus similem, qualis ab alio adducta est, adducat. (5) Itaque, Cræse, homo quantus est, fortunæ casibus est obnoxius. Jam te quidem ego et opulentum video, et multorum hominum regem; istud vero, quod ex me quærebas, de te nondum prædicabo priusquam te vita bene defunctum audiero. (6) Neque enim beator est magnis opibus præditus, quam is cui in diem victus suppetit, nisi eidem omnibus bonis prædito fortuna concesserit vita bene defungi. Etenim multi homines perquam opulenti, non ideo beati sunt: multi vero, quibus mediocris res familiaris est, felices. (7) Jam qui admodum dives est, nec tamen beatus, is duabus tantum rebus antecellit felicem;

5 *ὅτι τοῦ πλουτοῦ καὶ ἀνολίθου πολλοῖσι. Ὁ μὲν ἐπιθυ-
 μίῃν ἐκτελέσαι καὶ ἄτην μεγάλην προσπεσοῦσαν ἐνεῖκαι
 δυνατώτερος, ὁ δὲ τοισὶδε πρόχει ἐκείνου· ἄτην μὲν
 καὶ ἐπιθυμίῃν οὐκ ὁμοίως δυνατὸς ἐκείνῳ ἐνεῖκαι, ταῦτα
 10 δὲ ἡ εὐτυχία οἱ ἀπερύκει, ἀπῆρος δὲ ἐστὶ, ἀνουςος,
 ἀπαθὴς κακῶν, εὐπαις, εὐειδής. (8) Εἰ δὲ πρὸς τοῦ-
 τοισι ἐτι τελευτήσει τὸν βίον εὖ, οὗτος ἐκείνος, τὸν σὺ ζη-
 τέεις, ὁλβιος κεκλησθαι ἀξίος ἐστὶ· πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ,
 15 ἐπισχεῖν, μὴδὲ καλλεῖν κω ὁλβιον, ἀλλ' εὐτυχία. (9)
 10 Ἦ δὲ πάντα μὲν νυν ταῦτα συλλαβέειν ἀνθρώπων ἐόντα
 ἀδύνατόν ἐστι, ὥσπερ χώρῃ οὐδεμία καταρκεῖ πάντα
 ἐσωτῇ παρέχουσα, ἀλλ' ἄλλο μὲν ἔχει, ἑτέρου δὲ ἐπι-
 δέεται· ἡ δὲ ἂν τὰ πλεῖστα ἔχῃ, ἀρίστη αὕτη. (10)
 15 Ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπου σῶμα ἐν οὐδὲν αὐταρκές ἐστι· τὸ
 μὲν γὰρ ἔχει, ἄλλου δὲ ἐνδεές ἐστι· ὅς δ' ἂν αὐτῶν
 πλεῖστα ἔχων διατελέῃ καὶ ἐπειτεν τελευτήσῃ εὐχαρί-
 στως τὸν βίον, οὗτος παρ' ἐμοὶ τὸ οὐνομα τοῦτο, ὦ βασι-
 λεῦ, δίκαιός ἐστι φέρεσθαι. Σκοπεῖν δὲ χρὴ παντὸς
 20 χρημάτων τὴν τελευτὴν, καὶ ἀποθήσεται· πολλοῖσι γὰρ
 20 ὁ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς προρρίζους ἀνέτρεψε. »*

XXXIII. Ταῦτα λέγων τῷ Κροίσῳ οὐ πως ἐχαρίζετο,
 δὲ δὲ λόγου μιν ποιητάμενος οὐδενὸς ἀποπέμπεται, κάρτα
 δόξας ἀμαθέα εἶναι, ὅς τὰ παρεόντα ἀγαθὰ μετεῖς τὴν
 τελευτὴν παντὸς χρημάτων ὁρᾶν ἐκέλευε.

25 XXXIV. Μετὰ δὲ Σόλωνα οἰχόμενον ἔλαβε ἐκ θεοῦ
 νέμεσις μεγάλη Κροίσον, ὡς εἰκάσαι, ὅτι ἐνόμισε ἐσω-
 τὸν εἶναι ἀνθρώπων ἀπάντων ὁλβιώτατον. Αὐτίκα δὲ
 οἱ εὐδοντι ἐπέστη ὄνειρος, ὅς οἱ τὴν ἀλήθειαν ἔφαινε τῶν
 μελλόντων γενέσθαι κακῶν κατὰ τὸν παῖδα. (2) Ἔσαν
 30 δὲ τῷ Κροίσῳ δύο παῖδες, τῶν οὐτερος μὲν διέφθαρτο,
 ἦν γὰρ δὴ κωρός, ὁ δὲ ἑτερος τῶν ἡλικίων μακρῶ δὲ
 πάντα πρῶτος· οὐνομα δὲ οἱ ἦν Ἄτυς. Τοῦτον δὲ
 35 ὦν τὸν Ἄτυν σημαίνει τῷ Κροίσῳ ὁ ὄνειρος, ὡς ἀπο-
 λείει μιν αἰχμῇ σιδηρῇ βληθέντα. (3) Ὁ δ' ἐπέειπε
 35 ἐξεγέρθη καὶ ἐσωτῇ λόγον ἔδωκε, καταρρωδήσας τὸν
 ὄνειρον ἀγεται μὲν τῷ παιδὶ γυναῖκα, ἐυθότα δὲ στρα-
 τηγέει μιν τῶν Λυδῶν οὐδαμῇ ἐτι ἐπὶ τοιοῦτο πρῆγμα
 ἐξέπεμπε· ἀκόντια δὲ καὶ δοράτια καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα
 40 τοῖσι χρέονται ἐς πόλεμον ἄνθρωποι, ἐκ τῶν ἀνδρεῶνων
 40 ἐκκομίσας ἐς τοὺς θαλάμους συνένησε, μή τί οἱ χρημά-
 μενον τῷ παιδὶ ἐμπέσῃ.

XXXV. Ἐχόντος δὲ οἱ ἐν χειρὶ τοῦ παιδὸς τὸν γά-
 μον, ἀπικνέεται ἐς τὰς Σάρδεις ἀνὴρ συμφορῇ ἐχόμενος
 καὶ οὐ καθαρὸς χειρας, ἔων Φρυγὴ μὲν γενεῇ, γένεος δὲ
 45 τοῦ βασιλῆως. (2) Παρελθὼν δὲ οὗτος ἐς τὰ Κροίσου
 οἰκία κατὰ νόμους τοὺς ἐπιγυρίους καθαρσίον ἐδέετο
 κυρῆσαι, Κροῖσος δὲ μιν ἐκάθηρε· ἐστὶ δὲ παραπλησίη
 ἡ καθαρσιὰ τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Ἕλλησι. (3) Ἐ-
 50 πέειπε δὲ τὰ νομιζόμενα ἐποίησε ὁ Κροῖσος, ἐπυνθάνετο
 50 δὲ καὶ τίς εἴη, λέγων τάδε, « ὦνθρωπε, τίς τε
 ἐὼν καὶ κότεν τῆς Φρυγῆς ἦκων ἐπίστιος ἐμοὶ ἐγένεο;
 τίνα τε ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν ἐφόνευσας; » (4) Ὁ δὲ ἀ-
 μείβετο, « ὦ βασιλεῦ, Γορδίῳ μὲν τοῦ Μίδεω εἰμι
 παῖς, οὐνομάζομαι δὲ Ἀδρηστος, φονεύσας δὲ ἀδελφεόν

hic vero divitem, multis rebus. Ille ad explendas cupiditi-
 tates et ad tolerandum magnum aliquod incidens damnum,
 validior est : hic vero illum superat hisce rebus; damnum
 quidem et cupiditatem non similiter, atque ille, potest
 ferre, sed haec incommoda ab illo abigit felicitas; est vero
 membris integris, prospera fruens validitudine, malorum
 exsors, latus liberis, formosus. (8) Quodsi praeterea
 diem quoque extremum feliciter obierit, hic ille est quem
 tu quaeris, dignus qui beatus praedicetur. Priusquam vero
 diem obierit, differendum est, necdum beatus hic nomi-
 nandus, sed felix. (9) Jam ista simul cuncta ut consequatur
 homo, id quidem fieri non potest; quemadmodum nulla
 est terra quae cuncta sibi suppetit, sed aliud habet, alio
 indiget; quae vero plurima habet, ea optima est. (10)
 Nempe eodem modo etiam hominum nemo est omnium,
 cui uni omnia cumulate adsint, sed alia habet, aliorum
 autem indiget : qui vero eorum plurima ad vitae usque exitum
 habuit, ac deinde placide finiit vitam, hic, o rex, me ju-
 dice, nomine isto praedicari dignus est. Denique in omni
 re respiciendus finis est, in quem sit res exitura : multos
 enim deus, postquam felicitatem illis ostendit, funditus
 dein evertit. »

XXXIII. Haec dicens minime gratum se praebat Cræso,
 sed is nullam ejus rationem habens a se dimisit, insoitum
 admodum esse hominem ratus, qui praesentia bona omit-
 tens, finem cuiusque rei juberet respicere.

XXXIV. Post Solonis discessum gravis divinitus vindic-
 ta Cræsum exceperit; hac causa, ut concipere licet, quod se
 ipsum hominum beatissimum judicaret. Ac statim quidem
 per quietem oblatum ei somnium est, veritatem indicans
 malorum quae filio ejus essent eventura. (2) Erant enim
 Cræso filii duo; alter corporis vitio laborabat, erat enim
 mutus; alter inter aequales rebus omnibus longe primus :
 nomen ei erat Atys. Hunc Atyn, Cræso significat somnium,
 fore ut amittat ferrea cuspidem ictum. (3) Expergefactus
 ille, re secum versata, pertimescens somnium, capit filio
 uxorem; eumque, quum solitus esset exercitum ducere
 Lydorum, nusquam porro ad tale munus emitit : jacula
 vero et hastas, et cuiusque generis tela quibus ad bellum
 utuntur homines, ex virorum habitatione in interiora con-
 clavia congeri jubet, ne quid suspensum in filium suum in-
 cidat.

XXXV. Interim dum filius ejus nuptias ageret, advenit
 Sardes vir calamitate obstrictus, cui manus non erant pu-
 rae, natione Phryx, regio de genere. (2) Qui quum ad aedes
 Cræsi venisset, orassetque ut ritu patrio expiari sibi con-
 tingeret, expiavit eum Cræsus : est autem modus expiandi
 apud Lydos similis ei quo Graeci utuntur. (3) Peractis le-
 gitimis, percontatur Cræsus hominem, unde veniret, quisve
 esset, his usus verbis : « Quis tu es, homo, et quonam o
 Phrygiae loco veniens, ad meos lares supplex te recepisti?
 et quem virum, quamve foeminam occidisti? » (4) Cui ille
 respondit : « O rex, Gordiae sum filius, Midæ nepos; est au-
 tem nomen mihi Adrasto. Fratrem meum occidi invitatus,

ἐμεινωτοῦ ἀέχων πάρεμι ἐξεληλαμένος τε ὑπὸ τοῦ πατρὸς καὶ ἐστερημένος πάντων. » (5) Κροῖσος δέ μιν ἀμείβετο τοισίδε, « ἀνδρῶν τε φίλων τυγχάνεις ἐκγονος εὖν καὶ ἐλθλυσας ἐς φίλους, ἐνθα ἀμνηγνήσεις χρήματα οὐδενὸς μένων ἐν ἡμετέρου. Συμφορὴν δὲ ταύτην ὡς κουφώτατα φέρων κερδανέεις πλείστον. » Ὁ μὲν δὲ δαίταν εἶγε ἐν Κροίσου.

XXXVI. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τούτῳ ἐν τῷ Μυσίῳ Οὐλύμπῳ ὅς χρῆμα γίνεται μέγα· ὀρμειώμενος δὲ οὗτος ἐκ τοῦ οὔρεος τούτου τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα διαφθείρεσκε, πολλάκις δὲ οἱ Μυσοὶ ἐπ' αὐτὸν ἐξελθόντες ποιέεσκον μὲν οὐδὲν κακὸν, ἔπασχον δὲ πρὸς αὐτοῦ. (2) Τέλος δὲ ἀπικόμενοι παρὰ τὸν Κροῖσον τῶν Μυσῶν ἄγγελοι ἔλεγον ταῖδε, « ὦ βασιλεῦ, ὅς χρῆμα μέγιστον ἀνεφάνη ἡμῖν ἐν τῇ χώρῃ, ὃς τὰ ἔργα διαφθείρει. Τούτων προθυμεύμενοι ἐλέειν οὐ δυνάμεθα. Νῦν ὃν προσδεόμεθα σεὺ τὸν παῖδα καὶ λογάδας νεηνίας καὶ κύνας συμπέμψαι ἡμῖν, ὡς ἂν μιν ἐξέλωμεν ἐκ τῆς χώρας. » (3) Οἱ μὲν δὲ τούτων ἐδέοντο, Κροῖσος δὲ μνημονεύων τοῦ ὄνειρου τὰ ἔπεα ἔλεγέ σφι ταῖδε, « παῖδός μὲν περὶ τοῦ ἐμοῦ μὴ μνησθῆτε ἔτι· οὐ γάρ ἂν ὑμῖν συμπέμψαιμι· νεόγαμός τε γάρ ἐστι καὶ ταῦτά οἱ νῦν μέλει. (4) Λυδῶν μὲντοι λογάδας καὶ τὸ κυνηγέσιον πᾶν συμπέμψω, καὶ διζκελεύσομαι τοῖσι ἰουσι εἶναι ὡς προθυμοτάτοις συνεζελείν μῖν τὸ θηρίον ἐκ τῆς χώρας. »

XXXVII. Ταῦτα ἀμείψατο, ἀποχρεωμένων δὲ τούτοις τῶν Μυσῶν ἐπεσέρχεται ὁ τοῦ Κροίσου παῖς ἀκηχῶς τῶν ἐδέοντο οἱ Μυσοί. (2) Οὐ φαμένου δὲ τοῦ Κροίσου τόν γε παῖδα σφι συμπέμψειν, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ νεηνίας ταῖδε, « ὦ πάτερ, τὰ κάλλιστα πρότερόν ποτε καὶ γενναϊότατα ἡμῖν ἦν ἐς τε πολέμους καὶ ἐς ἄγρας φοιτέοντας εὐδοχιμείν· νῦν δὲ ἀμφοτέρων με τούτων ἀποκληΐσας ἔχεις, οὔτε τινὰ δειλὴν μοι παριδὼν οὔτε ἀθυμίην. (3) Νῦν τε τέοισι με χρὴ ὁμμασι ἐς τε ἀγορὴν καὶ ἐξ ἀγορῆς φοιτέοντα φαίνεσθαι; κοῖος μὲν τις τοῖσι πολιῆταισι δοῶν εἶναι, κοῖος δὲ τις τῇ νεογάμῳ γυναικί; κοῖος δὲ ἐκείνῃ δοῶν ἀνδρὶ συνοικεῖν; Ἐμὲ ὦν σὺ ἢ μέτεος εἶναι ἐπὶ τὴν θήρην, ἢ λόγῳ ἀνάπεισον ὅπως μοι ἀμείνω ἐστὶ ταῦτα οὕτω ποιούμενα. »

XXXVIII. Ἀμείβεται Κροῖσος τοισίδε, « ὦ παῖ, οὔτε δειλὴν οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἄχαρι παριδὼν τοι ποιῶ ταῦτα, ἀλλὰ μοι ὅψιν ὄνειρου ἐν τῷ ὕπνῳ ἐπιστάσα ἔφη σε ὀλιγοχρόνιον ἐσεσθαι· ὑπὸ γὰρ αἰχμῆς σιδηρῆς ἀπολέεσθαι. Πρὸς ὦν τὴν ὅψιν ταύτην τόν τε γάμον τοι τούτων ἐσπευσας καὶ ἐπὶ τὰ παραλαμβανόμενα οὐκ ἀποπέμπω, φυλακὴν ἔχων, εἰ πως δυνάμην ἐπὶ τῆς ἐμῆς σε ζωῆς διακλέψαι. Εἰς γάρ μοι μόνος τυγχάνεις ἐὼν παῖς· τὸν γὰρ δὴ ἕτερον [διεφθαρμένον τὴν ἀκοήν] οὐκ εἶναι μοι λογίζομαι. »

XXXIX. Ἀμείβεται ὁ νεηνίας τοισίδε, « συγγνώμην μὲν ὦ πάτερ τοι, ἰδόντι γε ὅψιν τοιαύτην, περὶ ἐμὲ φυλακὴν ἔχειν τὸ δὲ οὐ μανθάνεις, ἀλλὰ λελθθέ σε τὸ ὄνειρον, ἐμὲ τοι δικάσιον ἐστὶ φράζειν. (2) Φῆς τοι τὸ ὄνειρον ὑπ' αἰχμῆς σιδηρῆς φάναι ἐμὲ τελευτήσειν ὅς

unde eiecltus a patre adsum, et rebus omnibus destitutus. »

(5) Tum Cræsus : « Ex viris amicis, inquit, oriundus es, et ad amicos venisti, ubi nullius rei indigebis quoad apud nos manseris. Istam autem calamitatem quam poteris levissime ferendo, plurimum lucri feceris. » Ita ille in Cræsi ædibus vitam agebat.

XXXVI. Per idem tempus in Olympe Mysio aper exstitit mira magnitudine, qui ex illo monte irruens Mysorum arva vastabat; contra quem quum sæpe egressi essent Mysi, nihil ei mali inflixerant, sed inale ab illo fuerant accepti. (2) Ad extremum venere ad Cræsum Mysorum legati, hæc dicentes : « Adparuit, o rex, in regione nostra immani magnitudine aper, qui agrestia corrumpit opera; cujus ut potiamur studiosi operam dantes, nihil prolificimus. Itaque te nunc oramus, filium tuum et selectos juvenes canesque nobiscum emittas, quo belluam et terra nostra tollamus. »

(3) Hæc illis precantibus Cræsus, recordatus eorum quæ per somnum ipsi prædicta erant, ita respondit : « Filii quidem mei nolite amplius facere mentionem : nec enim illum emitte vobiscum possum, est enim novus nuptus, et hæc res ei nunc curæ est. (4) Lydorum autem selectam manum et venaticum omne ministerium una mittam; hortaborque exeuntes, ut quam promptissime vobiscum belluam a terra submoveant.

XXXVII. Hæc Cræsus respondit; quibus quum contenti essent Mysi, intervenit filius, auditis quæ Mysi precarentur. (2) Pernegante vero Cræso se filium cum illis missurum, hæc inquit ad eum adolescens : « At antehac, o pater, hoc mihi honestissimum et nobilissimum fuit, in bella et in venationes exeundo gloriam parare : nunc vero utroque horum exclusum me tenes, nulla in me cognita ignavia aut animi dejectione. (3) Nunc ergo quibus oculis me conspici oportet euntem in forum, aut ex foro redeuntem? quis tandem esse videbor civibus? qualis videbor novæ nuptæ? cui illa viro putabit se connubio esse junctam? Proinde me tu aut sinas venatum exire, aut ratione mihi persuadeas, melius mihi hoc esse quod tu ita facis. »

XXXVIII. Cui respondens Cræsus, « Non quod ignaviam, inquit, o fili, aut aliud quidquam parum mihi gratum in te cognoverim, hoc facio; sed quod mihi somnii species per quietem oblata dixit brevi aevi te futurum, quippe ferrea peritulum cuspidem. Cujus visi causa et has tuas nuptias maturavi, nec ad ea quæ nunc suscipiuntur te emitto, vigilans si quo pacto, dum vivo, periculo te queam subducere. Es enim unicus mihi filius; nam alterum [auribus captum] pro nullo existimo. »

XXXIX. Ibi rursus adolescens : « Ignosco quidem tibi, inquit, pater, quod, quum tale tibi oblatum sit visum, custodiam mei agas : sed, quod tu parum animadvertis, quodve oblitus es in hoc insomnio, id me te monere fas est. (2) Somnium ais tibi dixisse, ferrea cuspidem me peritulum : at

δὲ κοῖται μὲν εἰσι χεῖρες, κοίτῃ δὲ αἰχμὴ σιδηρὴν τὴν σὺ σοβέεαι; εἰ μὲν γάρ ὁ ὀδόντος τοι εἶπε τελευτήσῃν με, ἢ ἄλλου τευ ὃ τι τοῦτ' οἶκε, χρῆν δὴ σε ποιεῖν τὰ ποιεῖς· νῦν δὲ ὑπ' αἰχμῆς. Ἐπεὶ δὲ ὦν οὐ πρὸς ἀνδράς ἡμῖν γίνεται ἡ μάχη, κέτες με. »

XL. Ἀμείβεται Κροῖσος, « ὦ παῖ, ἐστὶ τῇ με νικᾶς γνώμῃ ἀποφαίνων περὶ τοῦ ἐνυπνίου. Ὡς ὧν νενικημένος ὑπὸ σέο μεταγινώσκω, μετήμ' ἰκέο σε ἵναί ἐπὶ τὴν ἄγρην. »

40 XLI. Εἶπας δὲ ταῦτα ὁ Κροῖσος μεταπέμπεται τὸν Φρύγα Ἀδρηστον, ἀπικομένῳ δὲ οἱ λέγει τάδε, « Ἀδρηστο, ἐγὼ σε συμφορῇ πεπληγμένον ἄχαρι, τὴν τοι οὐκ ὀνειδίω, ἐκάθηρα καὶ οἰκίοις ὑποδεξάμενος ἔχω, παρέχων πᾶσαν ἀπάνην. (2) Νῦν ὧν (ὀφείλεις γὰρ ἐμεῦ

15 προποιήσαντος χρηστὰ ἐς σέ χρηστοῖσι με ἀμείβεσθαι) φύλακα παιδὸς σε τοῦ ἐμοῦ χρητῆος γενέσθαι ἐς ἄγρην ὀρμειμένου, μὴ τινες κατ' ὁδὸν κλώπες κακοῦργοι ἐπὶ ὁτλήῃ φανένωσι ὑμῖν. Πρὸς δὲ τοῦτ' αἰτέο σε τοι χρεῶν ἐστὶ ἵναί ἐνθα ἀπολαμπρυνέαι τοῖσι ἔργοισι· πατρώϊόν

20 τὸ γὰρ τοῖ ἐστί καὶ προσέτι ῥώμῃ ὑπάρχει. »

XLII. Ἀμείβεται ὁ Ἀδρηστος, « ὦ βασιλεῦ, ἄλλως μὲν ἔγωγε ἂν οὐκ ἦχα ἐς αἶθλον τοιόνδε· οὔτε γὰρ συμφορῇ τοιῇδε κεχρημένος οἶκός ἐστι ἐς δημῆλικας εὐπρήσσοντας ἵναί, οὔτε τὸ βούλεσθαι πάρα, πολλὰ γὰρ 25 τε ἂν ἴσθον ἐμευόντων. (2) Νῦν δὲ, ἐπεῖτε σὺ σπεύδεις καὶ δεῖ τοι χαρίζεσθαι (ὀφείλω γὰρ σε ἀμείβεσθαι χρηστοῖσι), ποιεῖν εἰμὶ ἐτοῖμος ταῦτα, παῖδά σε σὸν, τὸν διακελεύεαι φυλάσσειν, ἀπήμονα τοῦ φυλάσσοντος εἵνεκεν προσδόχα τοι ἀπονστήσειν. »

30 XLIII. Τοιούτοις ἐπεῖτε οὗτος ἀμείψατο Κροῖσος, ἦσαν μετὰ ταῦτα ἐξηρτυμένοι λογάσι τε νεηνίησι καὶ κυσί. Ἀπικομένοι δὲ ἐς τὸν Οὐλύμπον τὸ οὖρος ἐξήτεον τὸ θηρίον, εὐράντας δὲ καὶ περιστάντας αὐτὸ κύκλῳ ἐσηκόντιζον. (2) Ἐνθα δὲ ὁ ξείνος, οὗτος δὲ ὁ καθαρ-

35 οὖς τὸν φόνον, καλούμενος δὲ Ἀδρηστος, ἀκοντίζων τὸν ὄν, τοῦ μὲν ἀκαρτάνει, τυγχάνει δὲ τοῦ Κροίσου παιδός. (3) Ὁ μὲν δὲ βληθείς τῇ αἰχμῇ ἐξέπλησε τοῦ ὀνείρου τὴν φήμην, ἔθεε δὲ τις ἀγγελέων τῷ Κροίσῳ τὸ γεγονός· ἀπικομένος δὲ ἐς τὰς Σάρδεις τὴν τε μάχην

40 καὶ τὸν τοῦ παιδὸς μόρον ἐσήμνηε οἱ.

XLIV. Ὁ δὲ Κροῖσος τῷ θανάτῳ τοῦ παιδὸς συντετραχμένος μᾶλλον τι ἐδεινολογέετο ὅτι μιν ἀπέκτεινε τὸν αὐτὸς φόνου ἐκάθηρε. Περιημεκτέων δὲ τῇ συμφορῇ θενίως ἐκάλεε μὲν Δία καθάρσιον, μαρτυρό- 45 μένος τὰ ὑπὸ τοῦ ξείνου πεπονθώς εἶναι, ἐκάλεε δὲ ἐπίστιόν τε καὶ ἐταιρήϊον, τὸν αὐτὸν τοῦτον οὐνομάζων θεόν, τὸν μὲν ἐπίστιον καλέων, διότι δὲ οἰκίοις ὑποδεξάμενος τὸν ξείνον φονέα τοῦ παιδὸς ἐλάνθανε βόσκων, τὸν δὲ ἐταιρήϊον, ὡς φύλακα συμπέμφας αὐτὸν εὐρύχοι

50 πολεμιώτατον.

XLV. Παρήσαν δὲ μετὰ τοῦτο οἱ Αὐδοὶ φέροντες τὸν νεκρὸν, ὅπισθε δὲ εἶπετό οἱ ὁ φονεύς. Στὰς δὲ οὗτος πρὸ τοῦ νεκροῦ παρεδίδου ἐνωτὸν Κροίσῳ, προτείων τὰς χεῖρας, ἐπικατασφάζει μιν κελεύων τῷ νεκρῷ,

apro quanam sunt manus, quæve ferrea cuspis, quam tu timeas? Quodsi enim a dente me peritulum dixisset, aut ab alia re simili, tum hoc, quod agis, agere te oporteret; nunc vero a cuspide dixit. Quare, quum non sit nobis cum viris proposita pugna, abire me palere. »

XL. Tum Croesus: Fili, ait, aliquatenus me vincis, sententiam insomni declarans. Itaque, tanquam a te victus, sententiam muto, et veniam tibi do venatum exeundi. »

XLI. Quibus dictis, Adrastum Phrygem jubet vocari; eumque, ubi adfuit, sic est allocutus: « Adraste, ego te funesta calamitate obstrictum, quam tibi non exprobro, expiavi, et domum meam recepi, in qua etiam nunc omnium rerum sumtum tibi suppedito. (2) Nunc ergo (debes enim de me, prius de te bene merito, in vicem bene mereri) rogo te ut custos sis filii mei venatum exeuntis, ne qui in itinere cooriantur vobis malefici grassatores in perniciem. Ad hæc, tua etiam ipsius interest ut eas ubi splendorem ex rebus gestis possis parare; nam et patrium hoc est tibi, et præterea robur inest. »

XLII. Cui Adrastus: « Alioquin, inquit, rex, in istud certamen non eram proditurus; neque enim tali adfectum calamitate fas est æqualibus se immiscere fortunatis, neque id ego cupio; atque etiam alias sæpe me continebam. (2) Nunc vero, quoniam tibi hoc cordi est, cui gratum facere debeo (nam rependenda mihi sunt beneficia tua), paratus sum exsequi mandatum: tuque filium tuum, quem custodire me jubes; rediturum esse incolumem, quod quidem penes custodem fuerit, exspecta. »

XLIII. Hæc postquam Croeso ille responderat, proficiscuntur deinde selectis juvenibus stipati canibusque. Ubi ad Olympum montem pervenerunt, indagant belluam, et inventam circumfusi jaculis incessunt. (2) Ibi tum hospes, idem ille qui a corde fuerat purgatus, cui Adrasto nomen, vibrato in aprum jaculo, ab illo quidem aberrat, sed Croesi filium ferit. (3) Atque ita ille, cuspe ictus, somni effatum explevit. Quod factum nunciaturus aliquis Croeso cucurrit, veniensque Sardes et pugnam ei et fatum filii indicavit.

XLIV. Croesus, morte filii consternatus, tanto gravius eam tulit, quod is eum occidisset quem ipse expiaverat a corde. Et calamitatem eam gravissime lamentans, Jovem Expiatorem invocavit, testificans quæ ab hospite esset passus; et Larem quoque et Sodalitium invocavit, eundem deum adpellans. Nempe Larem (sive Focorum præsidem) vocavit, quod, quem hospitem domi suæ receperat, eundem imprudens interfectorem filii sui aluisset: Sodalitium vero, quod, quem custodem adjunxisset filio suo, eundem inimicissimum deprehendisset.

XLV. Post hæc Lydi venerunt cadaver ferentes, quos pone sequebatur interfector. Et hic quidem, ubi adfuit, stans ante cadaver tradidit sese Croeso, manus protendens, oransque ut se super cadavere mactaret; non esse sibi vi-

λέγων τὴν τε προτέραν ἑωυτοῦ συμφορὴν, καὶ ὡς ἐπ' ἐκεῖνη τὸν καθήραντα ἀπολωλεκώς εἶη, οὐδέ οἱ εἶη βιώσιμον. (3) Κροῖσος δὲ τούτων ἀκούσας τὸν τε Ἀδρήστον κατοικτεῖρει, καίπερ ἔων ἐν κακῷ οἰκῆτῳ τοσούτω, καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν, « ἔγω, ὃ ξεῖνε, παρὰ σεῦ πᾶσαν τὴν οἰκὴν, ἐπειδὴ σεωυτοῦ καταδικάζεις θάνατον. Εἰς δὲ οὐ σύ μοι τοῦδε τοῦ κακοῦ αἴτιος, εἰ μὴ ὅσον ἀέκων ἐξεργάσαιο, ἀλλὰ θεῶν κού τις, ὃς μοι καὶ πάλοι προσήμιναι τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. » (3) Κροῖσος μὲν νυν ἔθαψε, ὡς οἰκὸς ἦν, τὸν ἑωυτοῦ παῖδα Ἀδρήστον δὲ ὁ Γορδῖος τοῦ Μίδου, οὗτος δὲ ὁ φονεὺς μὲν τοῦ ἑωυτοῦ ἀδελφεοῦ γενόμενος, φονεὺς δὲ τοῦ καθήραντος, ἐπεῖτε ἡσύχη τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο περὶ τὸ σῆμα, συγγινωσκόμενος ἀνθρώπων εἶναι τῶν αὐτὸς ἤδεε βαρυσυμφορώτατος, ἑωυτὸν ἐπικατασφάζει τῷ τύμβῳ.

XLVI. Κροῖσος δὲ ἐπὶ δύο ἔτεα ἐν πένθει μεγάλῳ κατήστω, τοῦ παιδὸς ἑστερημένος. Μετὰ δὲ ἡ Ἀστυάγειω τοῦ Κυαξάρου ἡγεμονίῃ καταιρεθεῖσα ὑπὸ Κύρου τοῦ Καμβύσεως καὶ τὰ τῶν Περσέων πρήγματα αὐξανόμενα πένθεος μὲν Κροῖσον ἀπέπαυσε, ἐνέβησε δὲ ἐς φροντίδα, εἰκὼς δύναιτο, πρὶν μεγάλους γενέσθαι τοὺς Πέρσας, καταλαβείναι αὐτῶν αὐξανομένην τὴν δύναμιν. (3) Μετὰ ὧν τὴν διάνοιαν ταύτην αὐτίκα ἀπεπειρᾶτο τῶν μαντησίων τῶν τε ἐν Ἑλλάσι καὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ, διαπέμψας ἄλλους ἄλλη, τοὺς μὲν ἐς Δελφοὺς ἵεναι, τοὺς δὲ ἐς Ἄβας τὰς Φωκίαν, τοὺς δὲ ἐς Δωδώνην· οἱ δὲ τινες ἐπέμποντο παρὰ τε Ἀμφιάρειον καὶ παρὰ Τροφώνιον, οἱ δὲ τῆς Μιλησῆς ἐς Βραγχίδα. (3) Ταῦτα μὲν νυν τὰ Ἑλληνικὰ μαντήια ἐς τὰ ἀπέπεμψε μαντεύσμενος Κροῖσος· Λιβύης δὲ παρ' Ἀμμωνα ἀπέστειλε ἄλλους χρησομένους. (4) Διέπειπε δὲ πειρώμενος τῶν μαντησίων ὃ τι φρονέοιεν, ὥς εἰ φρονέοντα τὴν ἀλήθειαν εὐρεθείη, ἐπειρήται σφεα δεύτερα πέμπων εἰ ἐπιχειρή ἐπὶ Πέρσας στρατεύεσθαι.

XLVII. Ἐντεῖλάμενος δὲ τοῖσι Λυδοῖσι τὰδε ἀπέπειπε ἐς τὴν διάπειραν τῶν χρηστηρίων, ἀπ' ἧς ἂν ἡμέρης ὀρμηθεύσι ἐκ Σαρδίων, ἀπὸ ταύτης ἡμερολογέοντας τὸν λοιπὸν χρόνον ἑκατοστῇ ἡμέρῃ χρέεσθαι τοῖσι χρηστηρίοις, ἐπειρωτέοντας ὃ τι ποιεῖν τυγχάνοι ὁ Λυδῶν βασιλεὺς Κροῖσος ὁ Ἀλυάττω· ἄσσα δ' ἂν ἕκαστα τῶν χρηστηρίων θεσπίσῃ, συγγραψάμενος ἀναφέρειν παρ' ἑωυτόν. (3) Ὅτι μὲν νυν τὰ λοιπὰ τῶν χρηστηρίων ἐθέσπισε, οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν ἐν δὲ Δελφοῖσι ὡς ἐσθλὸν τάχιστα ἐς τὸ μέγαρον οἱ Λυδοὶ χρησόμενοι τῷ θεῷ καὶ ἐπειρωτέον τὸ ἐντεταλμένον, ἡ Πυθίη ἐν ἑξαμέτρῳ τῶνυ λέγει τὰδε,

Οἶδα δ' ἐγὼ φάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης, καὶ κωφοῦ συνήμι καὶ οὐ φωνέντος ἀκούω.
50 Ὅμη' μ' ἐς φρένας ἤλθε κραταιοῖο χελώνης·
ἐφομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοις κρέεσσι,
ἧ χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, χαλκὸν δ' ἐπίεσται.

XLVIII. Ταῦτα οἱ Λυδοὶ θεοσισάσης τῆς Πυθίης συγγραψάμενοι οἰχόντο ἀπίοντες ἐς τὰς Σάρδεις. Ὡς

vendum, dicens, qui, post superiorem calamitatem, expiatorem etiam suum perdidisset. (2) Quibus auditis Cræsus, tanto licet domestico in luctu, commiseratus tamen Adrastum, dixit illi : « Habeo abs te, hospes, omnem vindictam, quoniam te ipse morte condemnas; nec tu mihi huius mali auctor es, nisi quatenus invitus illud fecisti, sed deorum nescio quis; qui mihi jam pridem hoc futurum ante significavit. » (3) Cræsus igitur filium, prout justum erat, sepeliendum curavit. Adrastus vero, Gordiæ filius, Midæ nepos, hic idem qui et fratris sui fuerat interfector, et sui expiatoris, ubi silentium fuit hominum circa sepulcrum, agnoscens se esse hominum quos ipse novisset calamitosissimum, super busto se ipse jugulavit.

XLVI. Cræsus vero, filio orhatus, duos annos ingenti in luctu desedit. Sed posthac imperium Astyagis, Cyaxaræ filii, a Cyro Cambysis filio eversum, resque Persarum crescentes, luctui Cræsi finem fecerunt, curamque iniecerunt ei et cogitationem, si qua ratione posset crescentem Persarum potentiam, priusquam nimium invalesceret, coercere. (2) Ab hac igitur cogitatione statim tentare oracula cœpit, tum quæ apud Græcos erant, tum id quod in Libya; aliosque alio dimisit, quorum alii Delphos irent, alii Abas, Phocensium oppidum, alii Dodonam. Alii item ad Amphiarum mittebantur, et ad Trophonium; alii ad Branchidas ditionis Milesiæ. (3) Hæc Græca sunt oracula, ad quæ Cræsus misit consulenda: in Libyam vero ad Ammonem alios misit, qui ab illo responsa peterent. (4) Misit autem tentaturus oracula quid saperent; ut, si illa reperisset verum nosse, tum iterum mitteret qui ex illis quærent, an expeditionem adversus Persas deberet suscipere.

XLVII. Ad tentanda igitur oracula hisce cum mandatis Lydos emisit, ut ab eo die, quo Sardibus essent profecti, centum consequentes numerarent dies, et centesimo die oracula adirent, ex eisque quærerent, quid esset quod illo die ageret rex Lydorum Cræsus, Alyattæ filius; et quidquid a quoque oraculo responsum fuisset, id scripto mandarent, ad seque deferrent. (2) Jam, quid fuerit quod cætera responderint oracula, a nemine memoriæ proditum est: Delphis autem, simul atque Lydi deum consulturi penetrale templi intrarant, et quod ipsis mandatum erat interrogaverant, Pythia hexametro tenore hæc respondit:

Æquoris est spatium et numerus mihi notus arena,
mutum percipio, fantis nihil audio vocem.
Venit ad hos sensus nidor testudini duræ,
quæ simul agnina coquitur cum carne iebete
æræ infra strato, et stratum cui desuper æs est.

XLVIII. Hoc Pythiæ responsum quum scripto mandasset Lydi, Sardes sunt reversi. Postquam vero cæteri quo

δὲ καὶ ὅλλοι οἱ περιεμπρόντες παρῆσαν φέροντες τοὺς χρησμούς, ἐνθαῦτα δὲ Κροῖσος ἕκαστα ἀναπτύσσαν ἐπὶ τῶν συγγραμμάτων. (2) Τῶν μὲν δὲ οὐδὲν προσέτιό μιν· ὁ δὲ ὡς τὸ ἐκ Δελφῶν ἤκουσε, αὐτίκα προσεῦχετό τε καὶ προσεδέξατο, νομίσας μόνον εἶναι μαντήϊον τὸ ἐν Δελφοῖσι, ὅτι οἱ ἐξευρήκει τὰ αὐτὸς ἐποίησε. (3) Ἐπεῖτα γὰρ δὴ διέπεμψε παρὰ τὰ χρηστήρια τοὺς θεοπρόπους, φυλάξας τὴν κυρίην τῶν ἡμερέων ἐμηχανήσατο τοιαῦτα· ἐπινώσας τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρέειν τε καὶ ἐπιγράσασθαι, χελώνην καὶ ἄρνα κατακόψας ὁμοῦ ἤψε αὐτὸς ἐν λέβητι γαλκίῳ, γάλκεον ἐπίθημα ἐπιθείς.

XLIX. Τὰ μὲν δὲ ἐκ Δελφῶν οὕτω τῷ Κροίσῳ ἐχρήσθη· κατὰ δὲ τὴν Ἀμφιάρειω τοῦ μαντήϊου ὑπόκρισιν, οὐκ ἔχω εἶπαι ὅ τι τοῖσι Λυδοῖσι ἐχρήσε ποιήσας περὶ τὸ ἱρὸν τὰ νομιζόμενα· οὐ γὰρ ὦν οὐδὲ τοῦτο λέγεται ἄλλο γε ἢ ὅτι καὶ τοῦτον ἐνόμισε μαντήϊον ἀψευδὲς ἐκτῆσθαι.

L. Μετὰ δὲ ταῦτα θυσίῃσι μεγάλῃσι τὸν ἐν Δελφοῖσι θεὸν ἱλάσκειτο κτήνᾳ τε γὰρ τὰ θύσιμα πάντα τρισχίλια εἴδους, κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους καὶ φιάλας χρυσῆς καὶ εἴματα πορφύρεα καὶ κιθῶνας, νήσας πυρὴν μεγάλην, κατέκαιε, ἐλπίζων τὸν θεὸν μᾶλλον τι τούτοις ἀνακτῆσεσθαι· Λυδοῖσι τε πᾶσι προεῖπε θύειν πάντα τινὰ αὐτῶν τούτῳ ὅ τι ἔχοι ἕκαστος. (2) Ὡς δὲ ἐκ τῆς θυσίης ἐγένετο, καταχεάμενος χρυσὸν ἅπλετον ἡμιπλίνθια ἐξ αὐτοῦ ἐξήλαυνε, ἐπὶ μὲν τὰ μακρότερα ποιέων ἐξαπάλαιστα, ἐπὶ δὲ τὰ βραχύτερα τριπάλαιστα, ὕψος δὲ παλαιστικαῖα, ἀριθμὸν δὲ ἑπτακαίδεκα καὶ ἑκατὸν, καὶ τούτων ἀπέθρου χρυσὸς τέσσαρα, τρίτον ἡμιτάλαντον ἕκαστον ἔλκοντα, τὰ δὲ ἄλλα ἡμιπλίνθια λευκοῦ χρυσοῦ, σταθμὸν διτάλαντα. (3) Ἐποίητο δὲ καὶ λέοντος εἰκόνα χρυσοῦ ἀπέθρου, ἔλκουσαν σταθμὸν τάλαντα δέκα. Οὗτος ὁ λέων, ἐπεῖτα κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι νῆος, κατέπεσεν ἀπὸ τῶν ἡμιπλινθίων (ἐπὶ γὰρ τούτοις ἴστυο), καὶ νῦν κέεται ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, ἔλκων σταθμὸν ἑβδομον ἡμιτάλαντον· ἀπετάκη γὰρ αὐτοῦ τέταρτον ἡμιτάλαντον.

LI. Ἐπιτελέσας δὲ ὁ Κροῖσος ταῦτα ἀπέπεμψε ἐς Δελφούς, καὶ ταῦτα ἄλλα ἅμα τοῖσι, χρητῆρας δύο μεγάβη μεγάλους, χρύσειον καὶ ἀργύρεον, τῶν ὁ μὲν χρύσεος ἔκείτο ἐπὶ δεξιᾷ ἐσιόντι ἐς τὸν νηὸν, ὁ δὲ ἀργύρεος ἐπ' ἀριστερά. (2) Μετεκινήθησαν δὲ καὶ οὗτοι ὑπὸ τὸν νηὸν κατακαέντα, καὶ ὁ μὲν χρύσεος κέεται ἐν τῷ Κλαζομενίων θησαυρῷ, ἔλκων σταθμὸν ἑνατον ἡμιτάλαντον καὶ ἑξήκοντα μνῆας, ὁ δὲ ἀργύρεος ἐπὶ τοῦ προνητῆος τῆς γυνῆς, χωρέων ἀμφορέας ἑξακοσίους· ἐπικίρνεται γὰρ ὑπὸ Δελφῶν θεοφανοῖσι. (3) Φασὶ δὲ μιν Δελφοὶ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ἔργον εἶναι, καὶ ἐγὼ δοκέω· οὐ γὰρ τὸ συντυγὸν φαίνεται μοι ἔργον εἶναι. Καὶ πῖθους τε ἀργυρέους τέσσαρας ἀπέπεμψε, οἱ ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ ἐστᾶσι, καὶ περιφαντήρια δύο ἀνέθηκε, χρύσειον τε καὶ ἀργύρεον, τῶν τῷ χρυσῷ ἐπιγράφεται Λακεδαιμονίων φαμένων εἶναι ἀνάθημα, οὐκ ὁρθῶς

que, quos circummiserat Cræsus, rediere vaticinia ferentes, singula scripta evolvens Cræsus inspexit. (2) Ac horum quidem nullum advertebat ejus animum, præter id quod Delphis erat adlatum: quod simul atque cognovit, adoravit probavitque, unum existimans esse oraculum illud Delphicum, quippe cui compertum fuisset, quid ipse fecisset. (3) Postquam enim emiserat homines qui oracula consulerent, statutum diem observans, tale quidpiam machinatus erat, ea commentus quæ nemo cognoscere aut hiorari posset: testudinem et agnum in frustra concidit, et una coxit ipse æneo in lebece, æneo imposito operculo.

XLIX. Hoc igitur Delphis responsum accepit Cræsus: quid sit vero quod ab Amphiarai oraculo Lydis fuerit responsum, postquam in illius templo legitimis cærimoniis essent perfuncti, non habeo dicere: nec enim de hoc aliud quidquam memoratur, nisi quod hunc etiam Cræsus oraculum verax habere existimaverit.

L. Post hæc autem ingentibus sacrificiis Delphicum deum propitium sibi reddere instituit. Lectas enim victimas ter millenas de quoque genere immolavit; præterea lectulos auro argenteove obductos, et phialas aureas, et purpureas vestes tunicasque, ingenti pyra exstructa, concremavit, hisce sperans deum magis sibi se conciliaturum; Lydisque cunctis edixit, ut de suo, quidquid quisque haberet, eidem deo sacrificaret. (2) Tum peractis sacrificiis, conflata immensa vi auri, dimidiatos lateres ex eo procudi jussit, palmarum sex in longitudinem, trium palmarum in latitudinem, crassitie palmari, numero centum et septemdecim. Horum quatuor ex purissimo auro erant, singuli pondo duorum talentorum cum dimidio; reliqui semilateres ex albido auro, pondo binorum talentorum. (3) Fecit etiam leonis effigiem ex auro purissimo, cujus pondus decem talentorum erat. Hic leo, quo tempore deflagavit Delphicum templum, de semilateribus decidit (super illis enim erat collocatus), et nunc in Corinthiorum thesauro est repositus, pondusque ejus sex talentorum est cum dimidio; periæ enim liquefacta talenta tria cum dimidio.

LI. Hæc Cræsus postquam confecta habuit, Delphos misit, cum eis simul hæc: crateres duos ingenti magnitudine, alterum aureum, argenteum alterum; quorum aureus ad dextram positus erat intrantibus templum, argenteus ad sinistram. (2) Sed et hi, quo tempore conflagravat templum, loco moti sunt: et aureus quidem, cujus pondus octo talenta cum dimidio colligit duodecimque insuper libras, in Clazomeniorum thesauro positus est; argenteus vero in atrii angulo, capiens amphoras sexcentas; miscetur enim in eo vinum a Delphiensibus festo Theophaniorum die. (3) Aiunt autem Delphenses, esse opus Theodori Samii; quod etiam ego existimo, esse enim fabricam hand vulgarem adparet. Præterea quatuor dolia misit argentea, quæ in Corinthiorum thesauro reposita sunt. Duas item urnas lustrales dedicavit, auream alteram, alteram argenteam: quarum illa, quæ ex auro est, titulum præfert Λακεδαιμονίων, dicuntque Lacedæmonii suum esse dona-

λέγοντες· (4) ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο Κροίσου, ἐπέγραψε δὲ τῶν τις Δελφῶν Λακεδαιμονίοισι βυλόμενος χαρίζεσθαι, τοῦ ἐπιτάμενος τὸ οὐνομα οὐκ ἐπιμνήσομαι. Ἄλλ' ὁ μὲν παῖς, δι' οὗ τῆς χειρὸς ῥέει τὸ ὕδωρ, Λακεδαιμονίων ἐστὶ, οὐ μὲντοι τῶν γε περιρραντηρίων οὐδέτερον. (5) Ἄλλα τε ἀναθήματα οὐκ ἐπίσημα πολλὰ ἀπέπεμψε ἅμα τούτοις ὁ Κροῖσος, καὶ χεύματα ἀργύρεα κυκλοτερέα, καὶ δὴ καὶ γυναικὸς εἰδωλὸν χρύσειον τρίπηχυν, τὸ Δελφοὶ τῆς ἀρτοκόπου τῆς Κροίσου εἰκόνα λέγουσι εἶναι. Πρὸς δὲ καὶ τῆς ἐωυτοῦ γυναικὸς τὰ ἀπὸ τῆς δεξιῆς ἀνέθηκε ὁ Κροῖσος καὶ τὰς ζώνας.

LII. Ταῦτα μὲν ἐς Δελφούς ἀπέπεμψε, τῷ δὲ Ἀμφιάρῳ, πυθόμενος αὐτοῦ τὴν τε ἀρετὴν καὶ τὴν πάθην, ἀνέθηκε σάκος τε χρύσειον πᾶν, ὁμοίως καὶ αἰχμὴν στερεὴν πᾶσαν χρυσήν, τὸ ζυστὸν τῆσι λόγχῃσι ἐὼν ὁμοίως χρύσειον· τὰ ἔτι καὶ ἀμφοτέρω ἐς ἐμὲ ἦν κείμενα ἐν Θήβῃσι, καὶ Θηβέων ἐν τῷ νηῷ τοῦ Ἰσμηνίου Ἀπολλωνος.

LIII. Τοῖσι δὲ ἄγειν μέλλουσι τῶν Λυδῶν ταῦτα τὰ δῶρα ἐς τὰ ἱρὰ ἐντέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτᾶν τὰ χρηστήρια εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας Κροῖσος καὶ εἰ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο φίλον. (2) Ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς τὰ ἀπεπέμφθησαν οἱ Λυδοὶ ἀνέθεσαν τὰ ἀναθήματα, ἐρχέοντο τοῖσι χρηστηρίοις λέγοντες, «Κροῖσος ὁ Λυδῶν τε καὶ ἄλλων ἐθνέων βασιλεὺς, νομίσας τάδε μαντήα εἶναι μῦθον ἐν ἀνθρώποισι, ὁμῖν τε ἀξία δῶρα ἔδωκε τῶν ξευρημάτων, καὶ νῦν ὑμέας ἐπειρωτᾶ εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας καὶ εἰ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο σύμμαχον.» (3) Οἱ μὲν ταῦτα ἐπειρώτεον, τῶν δὲ μαντηῶν ἀμφοτέρων ἐς τὸ αὐτὸ αἰγνώματι συνέδραμον, προλέγουσαι Κροίσῳ, ἣν στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, μεγάλην ἀρχὴν μιν καταλῦσαι· τοὺς δ' Ἕλληνας δυνατωτάτους συνεβούλευον οἱ ἐξευρόντα φίλους προσθέσθαι.

LIV. Ἐπειτέ δὲ ἀνευχιθέντα τὰ θεοπρόπια ἐπύθετο ὁ Κροῖσος, ὑπερήσθη τε τοῖσι χρηστηρίοις, πάγχυ τε ἐλπίας καταλῦσειν τὴν Κύρου βασιλείην, πέμψας αὐτὸς ἐς Πυθὸν Δελφούς δωρέεταί, πυθόμενος αὐτῶν τὸ πλῆθος, κατ' ἀνδρα δύο στατήρσι ἑκάστον χρυσοῦ. (2) Δελφοὶ δὲ ἀντὶ τούτων ἔδοσαν Κροίσῳ καὶ Λυδοῖσι προμαντήην καὶ ἀτέλειαν καὶ προεδρίην, καὶ ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ αὐτῶν γενέσθαι Δελφῶν ἐς τὸν αἰεὶ χρόνον.

LV. Δωρησάμενος δὲ τοὺς Δελφούς ὁ Κροῖσος ἐρηστηριάζετο τὸ τρίτον· ἐπειτέ γὰρ δὴ παρέλαβε τοῦ μαντηίου ἀλήθειαν, ἐνεφορέετο αὐτοῦ. Ἐπειρώτα δὲ τάδε χρηστηριαζόμενος, εἰ οἱ πολυχρόνιος ἔσται ἡ μουναρχία. (2) Ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾶς τάδε,

50 Ἄλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοις γένηται, δὴ τότε, Λυδὲ ποδαβρὲ, πολυψήριδα παρ' Ἑρμον φεύγειν μὴδὲ μένειν, μὴδ' αἰδεσθαι κακὸς εἶναι.

LVI. Τούτοις ἐλθοῦσι τοῖσι ἔπεισι ὁ Κροῖσος πολλὸν τι μάλιστα πάντων ἥσθη, ἐλπίζων ἡμίονον οὐδαμὰ

rium, falso; (4) nam et hoc Cræsi est, titulum autem inscripsit Delphensium non nemo, Lacedæmonis gratificaturus; cujus nomen, bene mihi cognitum, edere nolo. Sed puer quidem, cujus per manum effluit aqua, Lacedæmoniorum donarium est, at urnarum neutra. (5) Alia denique multa donaria minus insignia simul cum istis misit Cræsus: in his guttos argenteos orbiculata forma; et præsertim mulieris simulacrum aureum tricubitale, quam Delphenses aiunt effigiem esse pistricis Cræsi. Ad hæc uxoris etiam suæ monilia dedicavit, ejusdemque cingula.

LII. Ista igitur dona Delphos Cræsus misit. Amphiarao vero, cujus et virtutem et calamitatem fando audierat, clypeum dedicavit totum ex auro; item hastam ex solido auro totam, cujus hostile pariter aureum atque apiculum: quæ donaria ad meam usque ætatem Thebis reposita sunt, et Thebarum quidem in templo Ismenii Apollinis.

LIII. Hæc dona ad deorum templa delaturis Lydis injunxit Cræsus, ut interrogarent oracula, An adversus Persas expeditionem susciperet Cræsus, et an posset sociorum aliquas copias sibi adjungere? (2) Qui ut eo quo missi erant pervenere, dedicatis donariis, oracula consuluerunt his verbis: «Cræsus, Lydorum rex aliorumque populorum, existimans hæc sola vera esse oracula hominibus, dona vobis misit digna vestris inventis, et nunc e vobis quærit, an adversus Persas suscipiat expeditionem, tum eequem exercitum socium armorum possit sibi adjungere?» (3) Quæcum illi interrogassent, utriusque oraculi responsa ad eandem sententiam collinearunt; quippe prædicebant Cræso, si bellum inferret Persis, eversurum eum esse magnum imperium; simulque ei consulebant, ut Græcorum exquireret potentissimos, eosque sibi socios adjungeret.

LIV. Ea oracula postquam ad se relata Cræsus cognovit, responsis istis vehementer est gavisus: prorsusque existimans se Cyri regnum esse eversurum, missis rursus Delphos legatis, Delphensium singulos, numerum illorum percontatus, viritum duobus stateribus auri donavit. (2) Vicissimque Delphenses Cræso Lydisque in omne futurum tempus primas detulerunt in consulendo oraculo partes, immunitatemque, et primum in concessibus locum, denique jus civitatis cuique qui numero Delphensium vellet adscribi.

LV. Cæterum donis istis Delphenses prosecutus Cræsus, tertio oraculum consulit; quippe veracitatem ejus expertus, largiter sibi in eo consulendo indulgebat. Interrogavit autem oraculum hæc proponens, an diuturnum sibi futurum esset imperium? (2) Cui Pythia hæc respondit:

Regis apud Medos mulo jam sede potito,
Lyde, fugam mollis scruposum corripe ad Hermon,
neve mane, ignavus posito sis, Lyde, pudore!

LVI. Quibus verbis ad Cræsum perlatis, longe omnium maxime gavisus est, ratus nunquam in Medos multum

ἀντ' ἀνδρὸς βασιλεύσειν Μήδων, οὐδ' ὧν αὐτοὺς οὐδὲ οἱ
ἐξ αὐτοῦ παύσεσθαι κοτε τῆς ἀρχῆς. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα
ἐφρόντιζε ἱστορέων τοὺς ἀν' Ἑλλήνων δυνατωτάτους ἰόν-
τας προσκτεῖσθαι τοὺς φίλους, ἱστορέων δὲ εὗρισκε Λακε-
δαίμονιους καὶ Ἀθηναίους προέχοντας τοὺς μὲν τοῦ
Δωρικοῦ γένεος, τοὺς δὲ τοῦ Ἰωνικοῦ. (3) Ταῦτα γὰρ
ἦν τὰ προκεκριμένα, ἑόντα τὸ ἀρχαῖον τὸ μὲν Πελα-
σγικόν, τὸ δὲ Ἑλληνικὸν ἔθνος. Καὶ τὸ μὲν οὐδαμῇ
κω ἐξεχώρησε, τὸ δὲ πολυπλάνητον κάρτα. (4) Ἐπὶ
10 μὲν γὰρ Δευκαλίωνος βασιλείας οἴκεε γῆν τὴν Φθιώτην,
ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἑλλήνος τὴν ὑπὸ τὴν Ὀρσαν τε
καὶ τὸν Οὐλύμπον χώραν, καλεωμένην δὲ Ἰστιαίτην.
(5) Ἐκ δὲ τῆς Ἰστιαίτιδος ὡς ἐξανάστη ὑπὸ Κα-
δεμίων, οἴκεε ἐν Πίνδῳ Μακεδὸν καλεούμενον. Ἐνθεῦ-
15 τεν δὲ αὐτὶς ἐς τὴν Δρυοπίδα μετέβη, καὶ ἐκ τῆς
Δρυοπίδος οὕτω ἐς Πελοπόννησον ἐλθὼν Δωρικὸν
ἐκλήθη.

LVII. Ἦντινα δὲ γλῶσσαν ἴσαν οἱ Πελασγοὶ οὐκ
ἔγω ἀτρέκεις εἶπαι· εἰ δὲ χρεὼν ἔστι τεκμαιρόμενον
20 λέγειν τοῖσι νῦν ἐτι εἰούσι Πελασγῶν τῶν ὑπὲρ Τυρρη-
νῶν Κρηστῶνα πόλιν οἰκεόντων, οἱ δευροὶ κοτε ἔσαν
τοῖσι νῦν Δωριεῦσι καλεούμενοι, οἴκεον δὲ τηλικαῦτα
γῆν τὴν νῦν Θεσσαλίῃν καλεωμένην, καὶ τῶν Πλα-
κίων τε καὶ Σκυλάκην Πελασγῶν οἰκισάντων ἐν Ἑλ-
26 ληπόντῳ, οἱ σύνοικοι ἐγένοντο Ἀθηναίοις, καὶ ὅσα
ἄλλα Πελασγικά ἑόντα πολισμάτα τὸ οὐνομα μετέβαλε,
εἰ τούτοις τεκμαιρόμενον δεῖ λέγειν, ἔσαν οἱ Πελασγοὶ
βάρβαρον γλῶσσαν ἰέντες. (2) Εἰ τοίνυν ἦν καὶ πᾶν
τοιοῦτο τὸ Πελασγικόν, τὸ Ἀττικὸν ἔθνος ἐὼν Πελασγι-
30 κὸν ἄμα τῇ μεταβολῇ ἐς Ἑλλήνας καὶ τὴν γλῶσσαν
μετέμαθε. (3) Καὶ γὰρ δὴ οὔτε οἱ Κρηστῶνιται οὐ-
δαμῶσι τῶν νῦν σφέας περιοικούντων εἰσι δμῳγλωσσοὶ
οὔτε οἱ Πλακίῳνοι, σφίσι δὲ δμῳγλωσσοὶ· δηλοῦσί τε
ὅτι τὸν ἡνέικαντο γλώσσης χαρακτῆρα μεταβαίνοντες
35 ἐς ταῦτα τὰ χωρία, τοῦτον ἔχουσι ἐν φυλακῇ.

LVIII. Τὸ δὲ Ἑλληνικὸν γλῶσση μὲν, ἐπεὶ τε ἐγένε-
το, αἰεὶ κοτε τῇ αὐτῇ διαχρέεται, ὡς ἐμοὶ κατα-
φαίνεται εἶναι· ἀποσχισθὲν μέντοι ἀπὸ τοῦ Πελασγικοῦ
ἐὼν ἀσθενές, ἀπὸ σμικροῦ τεο τὴν ἀρχὴν ὀρμώμενον
40 αὐξεται ἐς πλῆθος τῶν ἐθνέων πολλὸν μάλιστα, προσ-
κεχωρηκότων αὐτῷ καὶ ἄλλων ἐθνέων βαρβάρων συ-
γνῶν. Πρὸς δὴ ὧν ἐμοιγε δοκεῖ οὐδὲ τὸ Πελασγικὸν
ἔθνος, ἐὼν βάρβαρον, οὐδαμὰ μεγάλως αὐξήσῃναι.

LIX. Τούτων δὴ ὧν τῶν ἐθνέων τὸ μὲν Ἀττικὸν
45 κατεχόμενον τε καὶ διεσπαρμένον ἐπυνθάνετο ὁ Κροῖ-
σος ὑπὸ Πεισιστράτου τοῦ Ἰπποκράτους τοῦτον τὸν
χρόνον τυραννεύοντος Ἀθηναίων. (2) Ἰπποκράτει γὰρ
ἑόντι ἰδιώτῃ καὶ θεωρέοντι τὰ Οὐλύμπια τέρας ἐγένετο
μέγα· θύσαντος γὰρ αὐτοῦ τὰ ἱρὰ οἱ λέβητες ἐπιστεῶ-
50 τες καὶ κρεῶν τε ἑόντες ἐμπλοὶ καὶ ὕδατος ἄνευ πυ-
ρὸς ἔξεσαν καὶ ὑπερέβαλον. (3) Χίλων δὲ ὁ Λακεδαι-
μόνιος παρτυχὼν καὶ θησάμενος τὸ τέρας συνεβού-
λενε Ἰπποκράτει πρῶτα μὲν γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ
ἀγεσθαι ἐς τὰ οἶκα, εἰ δὲ τυγχάνει ἔχων, δεῦτερα τὴν

pro viro esse regnaturum, adeoque nec ipsum, nec suos
posterios, umquam privatum iri imperio. (2) Deinde cu-
ram suam eo convertit, ut inquireret quinam essent Grae-
corum potentissimi, quos socios sibi adungeret. Scisci-
tatus igitur repperit, Lacedaemonios et Athenienses praeter
caeteros eminere, illos quidem Dorico in genere, hos vero
in Ionico. (3) Hi enim duo populi praecipui habebantur,
alter Pelasgicus, quum antiquitus sint, alter Hellenicus: et
alter quidem numquam solo suo excesserat, alter vero
valde multumque erat vagatus. (4) Nam sub Deucalione
rege Phthiotin terram habitaverat; sub Doro vero, Hellenis
filio, regionem Ossae et Olympo subjectam occupavit, quae
Histiaeotis vocatur; (5) tum ex Histaeotide ejectus a Cad-
meis, Pindum incoluit, et Macednus populus est nomina-
tus; inde rursus in Dryopidem transit; ex Dryopide de-
nique sic in Peloponnesum venit, et Doricus est adpella-
tus.

LVII. Jam Pelasgi quam lingua usi sint, pro certo
adfirmare non possum. Sed si fas est conjecturam capere
ex his qui etiam nunc supersunt Pelasgi, qui supra Tyr-
renhos Crestonem oppidum incolunt, qui eam regionem
olim, quae nunc Thessaliotis vocatur, habitaverant, finitimi-
que per id tempus fuerant eorum qui Dorienses hodie nomi-
nantur; item ex illis Pelasgis qui Placiam et Scylacen in
Hellesponto condiderunt, qui cum Atheniensibus una habi-
taverant; sive quae sunt alia oppida Pelasgica, quae nomen
mutarunt: ex his si conjecturam capere fas est, barbara lingua
usi sunt Pelasgi. (2) Quodsi igitur eadem ratio fuit universi
Pelasgici generis, statuendum fuerit Atticum populum,
quum sit Pelasgici generis, ex quo in Hellenum nomen trans-
iit, simul linguam suam dedidicisse et cum Hellenum lingua
perinutasse. (3) Etenim neque Crestonistarum lingua cum
illis eorum, qui nunc circum habitant, consentit, neque
Placianorum; inter ipsos autem convenit: et satis adparet,
servasse utrosque eandem sermonis formam, quam secum
attulerant quum in has, quas nunc incolunt, regiones im-
migrarunt.

LVIII. Hellenicum vero genus, ex quo ortum cepit, lin-
gua quidem semper utitur eadem, ut mihi quidem prorsus
videtur: sed discretum a Pelasgico genere, quum esset
infirmum et ab exiguis profectum initis, in hanc tamen
populorum multitudinem maximam adcrevit, compluribus
etiam aliis populis barbaris sese illi adjungentibus. Quo
nimirum, ut mihi etiam videtur, factum est ut Pelasgicum
genus, barbarum quum esset, numquam magnos fecerit
profectus.

LIX. Horum igitur populorum Atticum quidem rescivit
Cresus teneri et in partes divisum esse a Pisistrato, Hip-
pocratis filio, qui ea tempestate tyrannus erat Athenien-
sium. (2) Hippocrati enim, quum esset privatus specta-
retque Olympia, ingens oblatum prodigium fuerat. Sacra
quum fecisset, in propinquo stantes lebetes, carnibus et
aqua repleti, absque igne fervere coeperant et exundare.
(3) Itaque Chilon Lacedaemonius, qui forte aderat prodigi-
umque erat conspicatus, suavit Hippocrati, primum qui-
dem, ne domum duceret uxorem ex qua liberos procrea-
ret: sin jam haberet, secundo loco, ut repudiaret uxorem;

γυναῖκα ἐκπέμπειν, καὶ εἴ τις οἱ τυγχάνει ἐὼν παῖς, τοῦτον ἀπέπεισθαι. (4) Οὐκ ὦν ταῦτα παραινέσαντος Χίλωνος πείθεσθαι θέλαιν τὸν Ἱπποκράτεια· γενέσθαι οἱ μετὰ ταῦτα τὸν Πεισίστρατον τοῦτον, ὃς στασιαζόντων τῶν παράλων καὶ τῶν ἐκ τοῦ πεδίου Ἀθηναίων, καὶ τῶν μὲν προσεστώτος Μεγακλέος τοῦ Ἀλκμέωνος, τῶν δὲ ἐκ τοῦ πεδίου Λυκούργου τοῦ Ἀρισταλαΐδew, καταφρονήσας τὴν τυραννίδα ἤγειρε τρίτην στάσιν, συλλέξας δὲ στασιώτας καὶ τῷ λόγῳ τῶν ὑπερακρίων προσιτὰς μηχανάται τοιαύδε. (5) Τρωματίσας ἐωυτόν τε καὶ ἡμίονους ἤλασε ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεύγος ὡς ἐκπεφευγὼς τοὺς ἐχθροὺς οἱ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλησαν ἀπολέσαι δῆθεν, ἐδέετο τε τοῦ δήμου φυλακῆς τινὸς πρὸς αὐτοῦ κυρῆσαι, πρότερον εὐδοκίμησας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένη στρατηγίῃ, Νισαίαν τε ἐλὼν καὶ ἄλλα ἀποδεξάμενος μεγάλα ἔργα. (6) Ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἐξαπατηθεὶς ἐδοικέ οἱ τῶν ἀστῶν καταλέξας ἀνδρας, τοὺτους οἱ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτου, κορυνηφόροι δὲ· ζύλων γάρ κορύνας ἔχοντες εἶποντο οἱ ὅπισθε. Συνεπαναστάντες δὲ οὗτοι ἅμα Πεισιστράτῳ ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. (7) Ἐνθα δὲ ὁ Πεισίστρατος ἤρχε Ἀθηναίων, οὔτε τιμὰς πᾶς εἰσάσας συνταράξας οὔτε θέσμια μεταλλάξας, ἐπὶ τε τοῖσι κατεστειώσι ἐνεμε τὴν πόλιν κοσμεῶν καλῶς τε καὶ εὖ.

LX. Μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον τούτῳ φρονήσαντες οἱ τε τοῦ Μεγακλέος στασιώται καὶ οἱ τοῦ Λυκούργου ἐξελαύνουσι μιν. Οὕτω μὲν Πεισίστρατος ἔσχε τὸ πρῶτον Ἀθήνας, καὶ τὴν τυραννίδα οὕκω κάρτα ἐρριζωμένην ἔχων ἀπέβηκε. (2) Οἱ δὲ ἐξελάσαντες Πεισίστρατον αὐτὶς ἐκ νέης ἐπ' ἀλλήλοισι ἐστασίασαν. Περιελαυνόμενος δὲ τῇ στάσι ὁ Μεγακλῆς ἐπεκηρυκεῖτο Πεισιστράτῳ, εἰ βούλοιτό οἱ τὴν θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα ἐπὶ τῇ τυραννίδι. (3) Ἐνδοξαμένου δὲ τὸν λόγον καὶ δημολογήσαντος ἐπὶ τούτοις Πεισιστράτου, μηχανῶνται δὲ ἐπὶ τῇ κατόδῳ πρῆγμα εὐθιέστατον, ὡς ἐγὼ εὐρίσκω, μακρῷ, ἐπεὶ γε ἀπεκρίθη ἐκ παλαιτέρου τοῦ βαρβάρου ἔθνους τὸ Ἑλληνικὸν ἐὼν καὶ δεξιώτερον καὶ εὐθήϊας ἡλιθίου ἀπηλλαγμένον μᾶλλον, εἰ καὶ τότε γε οὗτοι ἐν Ἀθηναίοις τοῖσι πρώτοις λεγόμενοις εἶναι Ἑλλήνων σοφίην μηχανῶνται τοιαύδε. (4) Ἐν τῷ δήμῳ τῷ Παιανιέϊ ᾗν γυνὴ τῇ οὐνομα ᾗν Φύη, μέγας ἀπὸ τεσσέρων πηχέων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους καὶ ἄλλως εὐειδής. (5) Ταύτην τὴν γυναῖκα σκευάσαντες πανοπλίῃ, ἐς ἄρμα ἐσθιδάσαντες καὶ προδέξαντες σχῆμα οἷον τι ἐμέλλε εὐπρεπέστατον φανέσθαι ἔχουσα, ἤλαυνον ἐς τὸ ἄστυ, προδρόμους κήρυκας προπέμψαντες, οἱ τὰ ἐντεταλμένα ἡγόρευον ἐς τὸ ἄστυ ἀπικόμενοι, λέγοντες τοιαύδε, «ὦ Ἀθηναῖοι, δέ-
κοσθε ἀγαθὸν νόμῳ Πεισίστρατον, τὸν αὐτὴ ἡ Ἀθηναίη τιμήσασα ἀνθρώπων μάλιστα κατάγει ἐς τὴν ἐωυτῆς ἀκρόπολιν. » (6) Οἱ μὲν δὲ ταῦτα διαφοιτέοντες ἔλεγον· αὐτίκα δὲ ἐς τε τοὺς δήμους φάτις ἀπῆκετο ὡς Ἀθηναίῃ Πεισίστρατον κατάγει, καὶ ἐν τῷ ἀστεί πειθόμε-

filiumque, si forte ei jam natus esset, abdicaret. (4) Cujus consilio parere nolenti Hippocrati natus posthac est hic Pisistratus; qui in seditione litoraliū Atheniensium, quibus praeerat Megacles, Alcaeonis filius, et campestrium, quibus Lycurgus praeerat, Aristolidae filius, tertiam conclavit factionem, tyrannidem in mente habens. Contractis enim seditionis qui secum facerent, per causam tutandi montanos, hujuscemodi rem machinatus est. (5) Se ipsum ac mulos quum vulnerasset, agitavit jumenta in forum, quasi elapsus esset ex inimicorum manibus, qui ipsum rus proficiscentem interimere nimirum voluissent; precatusque est populum, ut aliquid custodiæ ab illo obtineret: jam enim prius in existimatione apud populum fuerat, quod in bello adversus Megarenses, ipsius ductu gesto, cepisset Nisæam, et alia præclare facta edidisset. (6) Sic deceptus populus Atheniensium adjunxit ei delectos ex urbe viros, qui ut satellites non quidem hastis eum stipabant, sed clavis: ligneas enim clavas gestantes, a tergo eum sequebantur. Iidem vero simul cum Pisistrato insurgentes, arcem occuparunt. (7) Inde igitur imperio Atheniensium potitus Pisistratus, nullis qui tunc erant magistratibus perturbatis, neque legibus mutatis, sed priore statu integro, administrabat civitatem, ac bene recteque moderabatur.

LX. Sed haud multo post Megacles factio et factio Lycurgi, facta consensione, eum ejecerunt. Ita Pisistratus, postquam primum Athenas obtinuerat, mox tyrannidem nondum satis firmatam rursus amisit. (2) Sed, qui eum ejecerant, mox denuo inter se dissidium fecerunt. Fatigatus autem seditione Megacles, misso ad Pisistratum caduceatore, sciscitatus est velletne filiam suam ducere uxorem, tyrannidis præmio. (3) Quem sermonem ubi admisit Pisistratus, eaque conditione pactionem cum Megacle iniit, machinantur hi ad illum reducendum rem, ut mihi quidem plane videtur, longe stultissimam. Quandoquidem enim jam a priscis inde temporibus a barbarico genere distinctum Græcum fuit, utpote dexterius et a stolidâ fatuitate magis abhorrens, stultum utique debet videri, usos illos esse tali invento apud Athenienses, qui inter Græcos feruntur sapientia principes. (4) Erat in pago Pæaniensi mulier, nomine Phya, quattuor cubitorum statura minus tribus digitis, et alioqui formosa. (5) Hanc mulierem quum universa instruxissent armatura, in currumque sustulissent edoctam prius eum adsumere vultus corporisque habitum quo maxime decora esset adparitura, in urbem agunt, præmissis qui præcurrerent præconibus, qui ubi in urbem venissent, hæc mandata edicerent: « Athenienses, bono animo excipite Pisistratum, quem Minerva ipsa præcipuo inter homines honore prosecuta, in suam reducit arcem! » (6) Ili igitur passim circumeuntes hæc prædicaverunt: statimque rumor per pagos manavit, Pisistratum a Minerva reduci; et qui

δὲ τούτων βουλὴν ἐνθαῦτα σοφωτάτην Πεισίστρατος ἐπιτεχνᾷται, ὅκως μῆτε ἀλίσθηεν ἔτι οἱ Ἀθηναῖοι διεσχεδασμένοι τε εἶεν· ἀναδιβάσας τοὺς παῖδας ἐπ' ἵππους προέπιμπε, οἱ δὲ καταλαμβάνοντες τοὺς φεύγοντας ἐλέγον τὰ ἐντεταλμένα ὑπὸ Πεισιστράτου, θαρσέειν τε κελύοντες καὶ ἀπιέναι ἕκαστον ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ.

LXIV. Πειθόμενων δὲ τῶν Ἀθηναίων, οὕτω δὲ Πεισίστρατος τὸ τρίτον σχῶν Ἀθήνας ἐρρίξωσεν τὴν τυραννίδα ἐπικουροῖσι τε πολλοῖσι καὶ χρημάτων συνόδοις, τῶν μὲν αὐτόθεν, τῶν δὲ ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ συνοικούντων, δηήρους τε τῶν παραμεινάντων Ἀθηναίων καὶ μὴ αὐτίκα φυγόντων παῖδας λαβὼν καὶ καταστήσας ἐς Νάξον (καὶ γὰρ ταύτην ὁ Πεισίστρατος κατεστρέψατο πολέμῳ καὶ ἐπέτρεψε Λυγδάμῃ), πρὸς τε ἔτι τοῦτοις τὴν νῆσον Δῆλον καθήρας ἐκ τῶν λογίων, καθήρας δὲ ὧδε· (2) ἐπ' ὅσον ἐποψίς τοῦ ἱεροῦ εἶχε, ἐκ τούτου τοῦ χώρου παντὸς ἐξορύξας τοὺς νεκροὺς μετεφόρει ἐς ἄλλον χώρον τῆς Δήλου. Καὶ Πεισίστρατος μὲν ἐτυράννευε Ἀθηναίων, Ἀθηναίων δὲ οἱ μὲν ἐν τῇ μάχῃ ἐπεπτώκεσαν, οἱ δὲ αὐτῶν μετ' Ἀλκμαιωνιδέων ἐφευγον ἐκ τῆς οἰκῆς.

LXV. Τοὺς μὲν νυν Ἀθηναίους τοιαῦτα τὸν χρόνον τοῦτον ἐπυνθάνετο ὁ Κροῖσος κατέχοντα, τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους ἐκ κακῶν τε μεγάλων πεφευγότας καὶ ἐόντας ἤδη τῷ πολέμῳ κατυπερτέρους Τεγεατέων. (2) Ἐπὶ γὰρ Λέοντος βασιλευσόντος καὶ Ἥγησικλέος ἐν Σπάρτῃ τοὺς ἄλλους πολέμους εὐτυχεύοντες οἱ Λακεδαιμόνιοι πρὸς Τεγεάτας μόνους προσέπταιν. Τὸ δὲ ἔτι πρότερον τούτων καὶ κακονομώτατοι ἔσαν σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων κατὰ τε σφάας αὐτοὺς καὶ ξεινοῖσι ἀπρόσμηκτοι. Μετέβαλον δὲ ὧδε ἐς εὐνομίην. (3) Λυκούργου τῶν Σπαρτιητέων δοκίμου ἀνδρὸς ἐλθόντος ἐς Δελφούς ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ὡς ἐσθίει ἐς τὸ μέγαρον, ἰθὺς ἡ Πυθίη λέγει τάδε,

35 Ἦκεις, ὦ Λυκόργε, ἔμὸν ποτὶ πῖονα νῦν
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Δίκω ἥ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον.
Ἄλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόργε.

(4) Οἱ μὲν δὴ τινες πρὸς τούτοις λέγουσι καὶ φράσαι αὐτῇ τὴν Πυθίην τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιητέσι· ὡς δ' αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκούργον ἐπιτροπεύσαντα Λεωβώτῳ, ἀδελφιδέῳ μὲν ἑωυτοῦ, βασιλεύοντος δὲ Σπαρτιητέων, ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα. (5) Ὡς γὰρ ἐπετρόπευσε τάχιστα, μετέστησε τὰ νόμιμα πάντα, καὶ ἐρύλασε ταῦτα μὴ παραβαίνειν. Μετὰ δὲ τὰ ἐς πόλεμον ἔχοντα, ἐνομοτίας καὶ τριηκάδας καὶ συσσίτια, πρὸς τε τούτοις τοὺς ἐφόρους καὶ γέροντας ἔστησε Λυκούργος.

LXVI. Οὕτω μὲν μεταβαλόντες εὐνομήθησαν, τῷ δὲ Λυκούργῳ τελευτήσαντι ἱρὸν εἰσάμενοι σέβοντα μεγάλως. Οἷα δὲ ἐν τε χώρῃ ἀγαθῇ καὶ πληθεὶ οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν, ἀνά τε ἔδραμον αὐτίκα καὶ εὐθενήθησαν. (2) Καὶ δὴ σφι οὐκέτι ἀπέχρα ἡσυχίην ἄγειν, ἀλλὰ καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι ἔχρη-

profugunt, ibi tum prudentissimo consilio usus est Pisistratus, quominus ordines redintegrarent Athenienses, sed dispersi manerent. Filios suos equis impositos præmisit; qui consecuti fugientes, Pisistrati verbis bono animo esse juberent, et ad sua quemque abire.

LXIV. Ita, dicto parentibus Atheniensibus, Pisistratus tertio potitus Athenis, tyrannidem firmavit quum auxilioribus multis, tum pecuniarum redditibus, quæ partim ex ipsa regione, partim a Strymone fluvio cogeantur. Filios quoque eorum Atheniensium, qui restiterant neque e vestigio fugam capessiverant, obsidum loco captos Naxum transtulit: nam etiam Naxum Pisistratus bello subegerat, et Lygdamidi tradiderat administrandam. Ad hæc Delum insulam ex oraculi responso expiaverat. Expiavit autem hoc modo: (2) quo usque prospectus templi pertinebat, ex tota ea regione effodienda cadavera curavit, et in alium insulæ locum transferenda. Ita Pisistratus Athenis regnabat: Atheniensium autem alii in prælio ceciderant, alii cum Alcmaeonidis e patria terra profugerunt.

LXV. Talem igitur rerum statum per id tempus apud Athenienses obtinere audiverat Cræsus. Lacedæmonios vero rescivit, magnis malis defunctos, bello jam superiores esse Tegeatis. (2) Quippe, regnantibus Spartæ Leone et Hegesicle, quum cæteris in bellis feliciter rem gessissent Lacedæmonii, a Tegeatis solis cladem acceperant. Ac superioribus quidem temporibus et inter se invicem legibus usi erant pessimis fere omnium Græcorum, et cum aliis populis nullum habuerant commercium. Sed leges eorum in melius mutatae sunt hoc modo. (3) Lycurgo, viro inter Spartanos probato, Delphos ad oraculum profecto, simulque penetrare ingressus est, protinus Pythia hæcce profatur:

Ad mea venisti præpingula templa, Lycurge,
grate Jovi et cunctis qui tecta tument Olympi.
Ambigo, te-ne drum jam nunc, hominemve, salutem:
sed multo magis esse deum te credo, Lycurge.

(4) Nonnulli præter hæc aiunt Pythiam eidem leges etiam et instituta ea tradidisse, quæ nunc apud Spartanos obtinent. At Lacedæmonii ipsi narrant, Lycurgum, quum fuisset tutor filii fratris sui Leobotæ, Spartanorum regis, e Creta hæc attulisse. (5) Simulque enim tutor factus est, omnia jura immutavit, operamque dedit ne quis ea quæ ab ipso constituta essent transgrederetur. Deinde quæ ad bellum pertinent ordinavit, enomotias, triacadas [quasi dicas cohortes moræ et phratrias triginta] et syssitia; ad hæc ephoros et senatores instituit Lycurgus.

LXVI. Ita igitur legibus institutisque in melius mutatis usi sunt Lacedæmonii: vita autem functo Lycurgo templum statuerunt, et magnopere eundem colunt. Tum vero bonitate soli et cultorum frequentia factum est ut brevi incrementum caperent, opibusque augerentur. (2) Jamque quietem agere non contenti, quum Arcadibus præstantio-

στηριάζοντο ἐν Δελφοῖς ἐπὶ πάσῃ τῇ Ἀρκάδων χώρῃ.
Ἡ δὲ Πυθίη σφί χρᾶ τάδε,

Ἀρκάδην μ' αἰτεῖς· μέγα μ' αἰτεῖς· οὐ τοι δώσω.
Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανεράγοι ἄνδρες ἔσιν,
οἱ σ' ἀποκωλύσουσιν. Ἐγὼ δέ τοι οὐτι μεγαίρω.
Δώσω τοι Τεγέην ποσσίσκοτον ὀρχήσασθαι
καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι.

(1) Ταῦτα ὡς ἀπενειγθέντα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι,
Ἀρκάδων μὲν τῶν ἄλλων ἀπείχοντο, οἱ δὲ πέδας φε-
ρόμενοι ἐπὶ Τεγεήτας ἐστρατεύοντο, χρησμῷ κινδύλῳ
πίσυντοι, ὡς δὴ ἐξανδραποδιεύμενοι τοὺς Τεγεήτας.
(2) Ἐσσωθέντες δὲ τῇ συμβολῇ, ὅσοι αὐτῶν ἐξωγρήθησαν,
πέδας τε ἔχοντες τὰς ἐφέροντο αὐτοὶ καὶ σχοίνῳ διαμε-
τρησάμενοι τὸ πεδίον τὸ Τεγεατῶν ἐργάζοντο. Αἱ δὲ
πέδαί αὐται, ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἔσαν
σόαι ἐν Τεγέῃ, περὶ τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης
κρεμάμεναι.

LXVII. Κατὰ μὲν δὴ τὸν πρότερον πολέμον συνε-
χέως αἰεὶ κακῶς ἀέθλεον πρὸς τοὺς Τεγεήτας, κατὰ δὲ
τὸν κατὰ Κροῖσον χρόνον καὶ τὴν Ἀναξανδρίδῳ τε καὶ
Ἀρίστωνος βασιλείῃ ἐν Λακεδαιμόνιᾳ ἤδη οἱ Σπαρτιτῆ-
ται κατωτέρω τῷ πολέμῳ ἐνεγόνεσαν, τρόπῳ τοιῷδε
γεγόμενοι. (1) Ἐπειδὴ αἰεὶ τῷ πολέμῳ ἐσσούντο ὑπὸ
Τεγεατῶν, πέμψαντες θεοπρόπους ἐς Δελφοὺς ἐπειρώ-
τεον τίνα ἂν θεῶν ἱλασάμενοι κατωτέρω τῷ πολέμῳ
Τεγεατῶν γενοίαιτο. Ἡ δὲ Πυθίη σφί ἔχρησε τὰ
Ὁρέστω τοῦ Ἀγαμέμνονος ὁστέα ἐπαγαγομένους. (2)
Ὡς δὲ ἀνευρέειν οὐκ οἶοι τε ἐγένοντο τὴν θήκην τοῦ
Ὁρέστω, ἐπειμπον αὐτὶς ἐς θεὸν ἐπειρησόμενους τὸν
χώρον ἐν τῷ κείνῳ Ὁρέστῃ. Εἰρωτέουσι δὲ ταῦτα
τοῖσι θεοπρόποισι λέγει ἡ Πυθίη τάδε,

Ἔστι τις Ἀρκαδίας Τεγέῃ λευρῷ ἐνὶ χώρῳ,
ἐνθ' ἀνεμοὶ πνέουσιν δύο κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης,
καὶ τύπος ἀνέιπτος, καὶ πῆμα ἐπὶ πῆματι κείται.
Ἐνθ' Ἀγαμέμνονίδῃ κατέχει φρεσὶς αἶα,
τὸν σὺ κομισσάμενος Τεγέῃς ἐπιτάρροβος ἔσση.

(3) Ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἀπείχον
τῆς ἐξευρέσεως οὐδὲν ἔλασσον, πάντα διζήμενοι, ἐς οὗ
δὴ Λίχης τῶν ἀγαθοεργῶν καλυμμένων Σπαρτιτῶν
ἀνεῦρε. (4) Οἱ δὲ ἀγαθοεργοὶ εἰσι τῶν ἀστῶν, ἐξιόντες
ἐκ τῶν ἱππέων αἰεὶ οἱ πρεσβύτατοι, πέντε ἕτερος ἐκάστου
τοὺς δεῖ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν, τὸν ἂν ἐξίωσι ἐκ τῶν
ἱππέων, Σπαρτιτῶν τῶν κοινῶν διαπεμπομένων μὴ ἑλι-
νύειν ἄλλους ἄλλῃ.

LXVIII. Τούτων δὲ τῶν ἀνδρῶν Λίχης ἀνεῦρε ἐν
Τεγέῃ καὶ συντυχίῃ χρησάμενος καὶ σοφίῃ. Ἐούσης
γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον ἐπιμειβίης πρὸς τοὺς Τεγεήτας
ἐλθὼν ἐς χαλκίτον ἐθεῖτο σίδηρον ἐξελαυνόμενον, καὶ
ἐν θώματι ἦν ὁρέων τὸ ποιούμενον. (1) Μαθὼν δὲ μιν ὁ
χαλκεὺς ἀποδυμνάζοντα εἶπε παυσάμενος τοῦ ἔργου, « ἦ
χου ἂν, ὦ ξείνε Λάκων, εἰ περ εἶδες τὸ περ ἐγὼ, κάρτα
ἂν ἐθώμαζες, δκου νῦν οὕτω πυργάνας θώμα ποιούμενος
τὴν ἐργασίην τοῦ σιδήρου. (2) Ἐγὼ γὰρ ἐν τῇδε ἐθέ-
λων τῇ αὐτῇ φρέαρ ποιήσασθαι, ὁρύσσων ἐπέτυχον

res esse arbitrantur, de universa Arcadium regione ora-
culum Delphis consulere. Quibus Pythia hæc respondit :

Me petis Arcadium? Magnum petis : haud tibi tradam.
Multi apud Arcadium vescentes glande viri sunt,
qui te rejicient. Nec vero Invidero prorsus :
saltandam Tegream planta plaudente daturus,
utque queas campum metiri fune feracem.

(3) Quod responsum ubi accepere Lacedæmonii, a cæteris
quidem abstinuerunt Arcadibus, Tegeatis vero bellum in-
tulerunt, compedes secum ferentes; videlicet captioso ora-
culo freti, tamquam redacturi Tegeatas in servitutem. (4)
Verum prælio victi, quicumque eorum vivi sunt capti, hi
eisdem compedibus vincti, quas ipsi secum attulerant, cam-
pumque Tegeatarum fune metientes, opus facere sunt
coacti. Compedes autem illæ, quibus hi vincti erant, ad
meam usque ætatem Tegeæ servatæ sunt, circa Minervæ
Alææ templum suspensæ.

LXVII. Ita quidem priore bello infelicitèr semper pugna-
verant cum Tegeatis : sed Cræsi ætate, regnum Lacedæ-
mone tenentibus Anaxandrida et Aristone, superiores jam
bello fuerant Spartani, idque tali ratione erant consecuti.
(2) Quum in bello numquam non superarentur a Tegeatis,
missis Delphos consultoribus sciscitanti sunt oraculum,
quemnam deorum placarent, ut bello superiores Tegeatis
essent futuri. His Pythia respondit, tum futuros, quum
ossa Orestis, filii Agamemnonis, ad se attulissent. (3)
At locum Orestis postquam reperire nullo pacto potue-
runt, rursus ad deum mittunt sciscitatuos, quoniam loco
situs Orestes esset. Id interrogantibus consultoribus hæc
respondit Pythia :

Est quædam Arcadiæ Tegea in regione patenti :
hic duo flant venti, vi pervehemente citati;
reppulsus pulsus, noxæ superindita noxa.
Hic Agamemnonides terra omniparante tenetur;
quo tu sublato, Tegeæ sperabere victor.

(4) Ubi hæc quoque audierunt Lacedæmonii, nihilo magis
reperire potuerunt, omnia licet disquirentes : donec tan-
dem Lichas, unus ex iis Spartanis qui (*benemeriti*) Aga-
thoergi vocantur, invenit. (5) Sunt autem Benemeriti
illi, cives e militia equestri egressi, ætate semper maximi,
quinque quotannis : qui eo anno, quo ex equitibus exeunt,
non debent otium agere, sed reipublicæ caussa Spartano-
rum alius alio dimittuntur.

LXVIII. Ex horum igitur hominum numero Lichas id
quod quærebatur invenit Tegeæ, quum fortuna usus, tum
solertia. Nam quum eo tempore jus commercii esset La-
cedæmonii cum Tegeatis, iatrans ille Tegeæ in ferrariam
officinam, spectabat ibi procudendi ferri rationem, mira-
torque id quod fieri videbat. (2) Cujus admirationem ani-
madvertens faber, cessans ab opere ait : « Profecto magis
quodammodo, hospes Lacon, miratus fuisses, si id quod
ego vidi, tu vidisses, qui nunc fabricationem ferri ita ad-
miraris. (3) Hac ipsa enim in aula puteum quum facere
voluissem, fodiendo incidi in loculum septem cubitorum.

σορῶν ἐπαπῆρχει· ὑπὸ δὲ ἀπιστίας μὴ μὲν γενέσθαι μηχανὰ μέζοντας ἀνθρώπους τῶν νῦν, ἀνοιξα αὐτὴν καὶ εἶδον τὸν νεκρὸν μήκει ἴσον ἔοντα τῇ σορῶ· μετρήσας δὲ συνέχρισα ὁπίσω. » (4) Ὁ μὲν δὴ οἱ ἔλεγε τὰ περὶ ὁπώπεις, ὁ δὲ ἐνώσας τὰ λεγόμενα συνεβάλλετο τὸν Ὀρέστεα κατὰ τὸ θεοπρόπιον τοῦτον εἶναι, τῇδε συμβαλλόμενος· τοῦ χαλκῆος δύο δρέων φύσας τοὺς ἀνέμους εὗρισκε ἔοντας, τὸν δὲ ἀκίμων καὶ τὴν σφῦραν τὸν τε τύπον καὶ τὸν ἀντίτυπον, τὸν δὲ ἐξελαυνόμενον σίδηρον
10 τὸ πῆμα ἐπὶ πῆματι κείμενον, κατὰ τοῖόνδε τι εἰκάζων, ὡς ἐπὶ κακῷ ἀνθρώπου σίδηρος ἀνευρηται. (5) Συμβαλλόμενος δὲ ταῦτα καὶ ἀπελθὼν ἐς Σπάρτην ἔφραζε Λακεδαιμόνιοις πᾶν τὸ πρῶγμα. Οἱ δὲ ἐκ λόγου πλαστοῦ ἐπενείκαντες οἱ αἰτὴν ἐδίωξαν. (6) Ὁ δὲ ἀπικόμενος ἐς Τεγέην καὶ φράξων τὴν ἐκωτοῦ συμφορὴν πρὸς τὸν γαλκῆα ἐμειθούτο παρ' οὐκ ἐκδιδόντος τὴν αὐλήν. Χρόνῳ δὲ ὡς ἀνέγνωσε, ἐνοικίσθη, ἀνορύζας δὲ τὸν τάφον καὶ τὰ ὀστέα συλλέξας οἴχeto φέρων ἐς Σπάρτην. (7) Καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου, ὅπως
20 πειρώχτο ἀλλήλων, πολλῶν κατυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγίνοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι· ᾗδ' ὁ δὲ σφί καὶ ἡ πολλὴ τῆς Πελοποννήσου ᾗν κατεστραμμένη.

LXIX. Ταῦτα δὴ ὦν πάντα πυνθανόμενος ὁ Κροῖσος ἔπειπε ἐς Σπάρτην ἀγγέλους δῶρά τε φέροντας καὶ
25 δεησομένους συμμαχίης, ἐντειλάμενός τε τὰ λέγειν χρῆν. Οἱ δὲ ἐλθόντες ἔλεγον, « ἔπειμ' ἡμεῖς Κροῖσος ὁ Λυδῶν τε καὶ ἄλλων ἐθνῶν βασιλεὺς, λέγων τάδε, ὦ Λακεδαιμόνιοι, χρῆσαντος τοῦ θεοῦ τὸν Ἕλληνα φίλον προσθέσθαι, ἡμεῖς γὰρ πυνθάνομαι προεστάναι τῆς
30 Ἑλλάδος, ἡμεῶν κατὰ τὸ χρηστήριον προσκαλεῦμαι φίλος τε ἐθελων γενέσθαι καὶ σύμμαχος ἀνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης. » (1) Κροῖσος μὲν δὴ ταῦτα δι' ἀγγέλων ἐπεκρυκεύετο, Λακεδαιμόνιοι δὲ ἀκηκοότες καὶ αὐτοὶ τὸ θεοπρόπιον τὸ Κροίσῳ γενόμενον ᾗσθησάν τε τῇ
35 ἀπίει τῶν Λυδῶν καὶ ἐποίησαντο ὀρκία ζεινίης πέρι καὶ συμμαχίης· καὶ γὰρ τινες αὐτοὺς εὐεργεσίαι εἶχον ἐκ Κροίσου πρότερον ἔτι γεγνουῖαι. (2) Πέμψαντες γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐς Σάρδις χρυσὸν ὠνέοντο, ἐς ἀγαλμα βουλόμενοι χρῆσασθαι τοῦτο τὸ νῦν τῆς Λακωνικῆς ἐν
40 Θόρνακι ἱδρυται Ἀπόλλωνος· Κροῖσος δὲ σφί ὠνεομένοις ἔδωκε ζοιτήν.

LXX. Τούτων τε ὦν εἵνεκεν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν συμμαχίην ἐδέξαντο, καὶ ὅτι ἐκ πάντων σφέας προκρίνας Ἑλλήνων αἰρέετο φίλους. (1) Καὶ τοῦτο μὲν αὐ-
45 τοῖ ἔσαν ἐτοῖμοι ἐπαγγελίαντι, τοῦτο δὲ ποιησάμενοι χρητῆρα γαλκεον ζυδοῖν τε ἐξωθεν πλησαντες περὶ τὸ χεῖλος καὶ μεγάθει τριηκσίους ἀμφορέας χωρέοντα ἄγον, δῶρον βουλόμενοι ἀντιδοῦναι Κροίσῳ. Οὗτος δὲ χρητῆρ οὐκ ἀπίετο ἐς Σάρδις δι' αἰτίας διασείας λεγομένας τάσδε. (2)
50 Οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι λέγουσι ὡς ἐπείτε ἀγόμενος ἐς τὰς Σάρδις ὁ χρητῆρ ἐγίνετο κατὰ τὴν Σαμίην, πυνθόμενοι Σάμιοι ἀπελοῖστο αὐτὸν νηυσὶ μακροῇσι ἐπιπλώσαντες· αὐτοὶ δὲ Σάμιοι λέγουσι ὡς ἐπείτε ὑστέρησαν οἱ ἄγοντες τῶν Λακεδαιμονίων τὸν χρητῆρα, ἐπυνθάνοντο δὲ

Ego vero, quum persuadere omnino mihi non potuissem, fuisse umquam majores quam nunc sunt homines, aperui loculum, et vidi cadaver eadem cum loculo longitudine : cujus postquam mensuram cepi, rursus terra obrui. » (4) Hæc illo quæ viderat referente, Lichas narrata animo volvens, conjectabat esse hunc Orestem, quem oraculum dixisset. Conjectabat autem hac ratione : duos videns fabri ferrarii folles, hos esse ventos illos reperiebat ; incudem vero et malleum, pulsum illum et repulsum ; procusum porro ferrum, noxam superinditam noxæ ; quod quidem ex ea conjectabat ratione, quod in noxam hominis inventum esset ferrum. (5) Quæ quum ita ille conjectasset, Spartam abiit, totamque rem Lacedæmonii exposuit. Tum illi ex composito fictum crimen homini inferentes, exilio eundem multant. (6) Qui Tegeam profectus, calamitatem suam rettulit fabro, cum eoque egit ut aulam sibi elocaret. Cui die quidem reluctanti quum ad extremum persuasisset, ibi habitavit ; moxque effosso sepulcro ossa collegit, Spartamque remigrans transportavit. (7) Quo ex tempore, quoties vires suas invicem tentarunt, semper superiores bello excessere Lacedæmonii : eisdemque jam major etiam pars Peloponnesi erat subjecta.

LXIX. Hæc igitur cuncta quum Cræsus comperisset, legatos Spartam misit dona ferentes, societatem petulum, quibus quæ dicere oporteret mandavit. Qui ubi advenere, his usi sunt verbis : « Misit nos Cræsus, Lydorum rex aliorumque populorum, hæc dicens : O Lacedæmonii, quoniam deus me per oraculum monuit, ut Græcum mihi adsciscerem socium, vos autem audio principatum tenere Græciæ, vos ideo ex oraculi mandato invito, amicus esse cupiens et socius absque dolo et fraude. » (2) Hæc Cræsus per legatos nunciavit. Quorum adventu gavisi Lacedæmonii, qui et ipsi oraculum Cræso editum cognoverant : hospitium et societatem pacto fudere cum eo contraxerunt ; nam et antea jam beneficiis nonnullis a Cræso fuerant adfecti. (3) Sardes enim quum misissent Lacedæmonii ad emendum aurum, quo usuri erant in statuam hanc quæ Apollini posita nunc est in Thornace Laconia, Cræsus illud emturis dono dederat.

LXX. Quum hanc igitur ob causam, tum quod ipsos reliquis omnibus præferens Græcis selegisset amicos, societatem belli admiserunt Lacedæmonii. (2) Ad quam non modo parati erant denunciari, verum etiam craterem æneum fabricandum curarunt, multis imaginibus circa exterius labium ornatum, ea magnitudine ut trecentas caperet amphoras, quem ad Cræsum miserunt, dono hoc illum remuneraturi. Illic vero crater Sardes non pervenit, cujus rei causa dupliciter narratur. (3) Lacedæmonii quidem aiunt, quum Sardes veheretur crater ille et prope Samum esset, Samios, re cognita, navibus longis advectos, eum interceptisse. Ipsi vero Samii aiunt, Lacedæmonios craterem advehentes, quum sero venissent et Sardes ex-

Σάρδεις τε καὶ Κροῖσον ἡλωκέναι, ἀπέδοντο τὸν κρητῆρα ἐν Σάμῳ, ἰδιώτας δὲ ἀνδρας πριαμένους ἀναθελίμιν ἐς τὸ Ἡραῖον τάχα δὲ ἂν καὶ οἱ ἀποδόμενοι λέγοιν ἀπικόμενοι ἐς Σπάρτην ὡς ἀπαιρεθείσαν ὑπὸ Σαμίων.

5 LXXI. Κατὰ μὲν νυν τὸν κρητῆρα οὕτω ἔσχε, Κροῖσος δὲ ἁμαρτῶν τοῦ χρησμοῦ ἐποιεῖτο στρατηγὴν ἐς Καππαδοκίην, ἐλπίζας κατακτῆσαι Κῦρον τε καὶ τὴν Περσέων δύναμιν. (2) Παρασκευαζομένου δὲ Κροῖσου στρατεύεσθαι ἐπὶ Πέρσας, τῶν τις Λυδῶν νομίζόμενος καὶ πρόσθε εἶναι σφοδρὸς, ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς γνῶμης καὶ τὸ κάρτα οὐνομα ἐν Λυδοῖσι ἔχων, συν-
10 βούλευσε Κροῖσῳ τάδε· οὐνομά οἱ ἦν Σάνδανις· (3) «ὦ βασιλεῦ, ἐπ' ἀνδρας τοιούτους στρατεύεσθαι παρασκευάζει, οἱ σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας, σκυτινήν δὲ τὴν ἀλ-
15 λην ἐσθῆτα φορέουσι, σιτέονται δὲ οὐκ ὅσα ἐθέλουσι, ἀλλ' ὅσα ἔχουσι, χώρην ἔχοντες τρηχέαν· πρὸς δὲ οὐκ οἶνω διαγρέονται, ἀλλ' ὕδροποτεύουσι, οὐ σῦκα δὲ ἔχουσι τρώγειν, οὐκ ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν. (4) Τοῦτο μὲν δὴ, εἰ νικήσεις, τί σπρας ἀπαιρήσεις, τοῖσί γε μὴ ἔστι μὴ-
20 δέν; τοῦτο δὲ, ἦν νικηθῇς, μάθε δὲ ἀγαθὰ ἀποβαλέεις· γευσάμενοι γάρ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν περιέζονται οὐδὲ ἀπωστοὶ ἔσονται. Ἐγὼ μὲν νυν θεοῖσι ἔχω χάριν, οἱ οὐκ ἐπὶ νόον ποιεῖσι Πέρσῃσι στρατεύεσθαι ἐπὶ Λυδοῦς.» (5) Ταῦτα λέγων οὐκ ἔπειθε τὸν Κροῖσον· Πέρσῃσι γάρ,
25 πρὶν Λυδοὺς καταστρέψασθαι, ἦν οὔτε ἄβρὸν οὔτε ἀγαθὸν οὐδέν.

LXXII. Οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπ' Ἑλλήνων Σύριοι οὐνομάζονται· ἔσαν δὲ οἱ Σύριοι οὗτοι τὸ μὲν πρότερον ἢ Πέρσας ἄρξαι Μήδων κατήκοι, τότε δὲ Κύρου. Ὁ
30 γὰρ οὗρος ἦν τῆς τε Μηδικῆς ἀρχῆς καὶ τῆς Λυδικῆς ὁ Ἄλως ποταμὸς, ὃς ῥέει ἐξ Ἀρμενίου οὗρου διὰ Κιλικίων, μετὰ δὲ Ματινηδὺς μὲν ἐν δεξιῇ ἔχει ῥέων, ἐκ δὲ τοῦ ἐτέρου Φρύγας· παραμειδόμενος δὲ τούτους καὶ ῥέων ἄνω πρὸς βορρῇν ἀνεμὸν ἐνθεν μὲν Συρίους Καπ-
35 παδόκας ἀπέργει, ἐξ εὐωνύμου δὲ Παφλαγόνας. (2) Οὕτω ὁ Ἄλως ποταμὸς ἀποτάμνει σχεδὸν πάντα τῆς Ἀσίας τὰ κάτω ἐκ θαλάσσης τῆς ἀντίον Κύπρου ἐς τὸν Εὐξείνιον πόντον. Ἔστι δὲ αὐγὴν οὗτος τῆς χώρας ταύτης ἀπάσης· μήκος οὐδὲν εὐζώνῳ ἀνδρὶ πέντε ἡμέραι
40 ἀναισιμοῦνται.

LXXIII. Ἐστρατεύετο δὲ ὁ Κροῖσος ἐπὶ τὴν Καππαδοκίην τῶνδε εἵνεκεν, καὶ γῆς ἡμέρῳ προσκτήσασθαι πρὸς τὴν ἑωυτοῦ μοῖραν βουλόμενος, καὶ μάλιστα τῷ
45 χρηστηρίῳ πίσυνος εἶναι καὶ τίσασθαι ἐθέλων ὑπὲρ Ἀστυάγειο Κῦρον. (2) Ἀστυάγεα γὰρ τὸν Κυαξάρει, ἐόντα Κροῖσου μὲν γαμβρὸν, Μήδων δὲ βασιλέα, Κῦρος δὲ Καμβύσει καταστρεβόμενος εἶχε, γενόμενος γαμβρὸν Κροῖσῳ ὤδε. (3) Σκυθίων τῶν νομάδων εἴλη ἀνδρῶν στασιάσασα ὑπεξῆλθε ἐς γῆν τὴν Μηδικήν· ἐτυ-
50 ράνευε δὲ τὸν χρόνον τούτου Μήδων Κυαξάρης ὁ Φραόρτει τοῦ Δηϊόκειο, ὃς τοὺς Σκύθας τούτους τὸ μὲν πρῶτον περιεῖπε εὖ ὡς ἐόντας ἰκέτας, ὥστε δὲ περὶ πολλοῦ ποιούμενος αὐτοὺς, παιδᾶς σφὶ παρέδωκε τὴν γλῶσσαν τε ἡμαρτέειν καὶ τὴν τέχνην τῶν τοξίων. (4) Χρόνον

pugnatas regemque captum esse comperissent, craterem in Samo insula vendidisse, privatosque homines suo aere emptum in Junonis templo consecrasset : fortasse autem hos, qui eum vendiderant, Spartam reversos, dixisse fuisse ipsos illum a Samiis vi ablatum.

LXXI. Ac de cratere quidem ita res se habuit. Cræsus vero, quum ab oraculi sententia aberrasset, Caryl adociam bello invasit, Cyrum et Persarum potentiam eversurum se sperans. (2) Dum vero bellum adversus Persas Cræsus parabat, Lydorum aliquis, qui et jam ante habebatur sapiens, et ab hac, quam tunc dixit, sententia vel maximo etiam nomen est inter Lydos adeptus (Sandanis vocabatur) his verbis Cræsum admonuit : (3) «O rex, inquit, tales adversus homines tu bellum paras, qui coriaceas braccas et ex corio reliquam vestem gestant : qui comedunt non quantum volunt, sed quantum habent, aspero solo utentes : ad hæc non vino utuntur, sed aquam bibunt : non ficos habent quos comedant, nec aliud bonum ullum. (4) Hos igitur sive viceris, quid eis auferes, nihil habentibus? sin victus fueris, vide quot quantaque bona sis amissurus. Nostra enim bona postquam degustaverint, nolent ea e manibus dimittere, neque se abigi patientur. Equidem igitur diis habeo gratias, quod Persis non in animum inducunt bello invadere Lydos.» (5) Hæc ille dicens, Cræso non persuasit. Etenim Persis, priusquam Lydos subegissent, nihil delicati, nihil boni fuerat.

LXXII. Cappadoces illi a Græcis Syrii nominantur. Fuerant autem hi Syrii, priusquam Persæ obtinuissent imperium Medorum potestati subjecti : tunc vero Cyro parebant. Limes enim Medici imperii et Lydici Halys fluvius erat ; qui ex Armenio monte ortus per Ciliciam fluit, deinde a dextra Matienos habet, a sinistra Phrygas ; quos præterlapsus versus boream sursum fluens, ab altera parte Syrios Cappadocas, a læva vero Paphlagonas disjungit. (2) Ita Halys fluvius omnem fere inferiorem disternit Asiam, a mari quod Cypro oppositum est ad Pontum usque Euxinum ; estque hæc cervix totius hujus regionis : longitudinem quod attingit iliæris, expedito viro quinque dies insumuntur.

LXXIII. Bellum autem Cræsus Cappadociæ intulit his de causis : partim quidem potiundæ regionis illius desiderio, quam suæ adjicere editioni cupiebat ; maxime vero, quod oraculo confisus ultionem capere de Cyro vellet Astyagis causa. (2) Astyagem enim, Cyaxaris filium, Cræsi adfinem, Mediæ regem, Cyrus Cambysis filius bello victum captumque tenebat. Adfinis autem Cræsi factus erat Astyages hac ratione. (3) Scythiarum nomadum turma per seditionem in terram Medicam secesserat, quo tempore Medis imperabat Cyaxares, Phraortæ filius, Dejocis nepos, qui Scythas istos, ut supplices advenientes, benigne exceperat. Idem, quum eos magni faceret, pueros eisdem tradidit, qui et linguam eorum et sagittandi artem addiscerent. (4) Inter-

δὲ γενομένου, καὶ αἰεὶ φοιτούντων τῶν Σκυθέων ἐπ' ἄγρην καὶ αἰεὶ τι φερόντων, καὶ κοτε συνήνικε ἐλθεῖν σφέας μηδέν νοστήσαντας δὲ αὐτοὺς κεινῆσι χερσὶ ὁ Κυαξάρης (ἦν γὰρ, ὡς διεόξεε, ὄργην ἄκρος) τρηχέως
 5 κάρτα περιέσπε αἰετὴν. (5) Οἱ δὲ ταῦτα πρὸς Κυαξάρει παθόντες, ὥστε ἀνάξια σφῶν αὐτῶν πεπονηότες, ἐβούλευσαντο τῶν παρὰ σφίσι διδασκομένων παίδων ἕνα κατακόψαι, σκευάσαντες δὲ αὐτὸν ὥσπερ ἐώθεσαν καὶ τὰ θηρία σκευάζειν, Κυαξάρει δοῦναι φέροντες ὡς ἄγρην
 10 δῆθεν, δόντες δὲ τὴν ταχίστην κομίζεσθαι παρ' Ἀλυάττει τὸν Σαδυάττει εἰς Σάρδεις. (6) Ταῦτα καὶ ἐγένετο· καὶ γὰρ Κυαξάρης καὶ οἱ παρόντες δαιτυμόνες τῶν κρεῶν τούτων ἐπάσαντο, καὶ οἱ Σκύθαι ταῦτα ποιήσαντες Ἀλυάττει ἱκέται ἐγένοντο.

15 LXXIV. Μετὰ δὲ ταῦτα (οὗ γὰρ δὴ ὁ Ἀλυάττης ἐξεδίδου τοὺς Σκύθας ἐξαιτέοντι Κυαξάρει) πόλεμος τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Μήδοισι ἐγγέγονε ἐπ' ἕτερα πέντε, ἐν τοῖσι πολλάκις μὲν οἱ Μῆδοι τοὺς Λυδοὺς ἐνίκησαν, πολλάκις δὲ οἱ Λυδοὶ τοὺς Μήδους· ἐν δὲ καὶ νυκτομα-
 20 χήν τινὰ ἐποιήσαντο. (2) Διαφέρουσι δὲ σφι ἐπ' ἴσης τὸν πόλεμον τῷ ἔκτῳ ἔτει συμβολῆς γενομένης συνήνικε ὥστε τῆς μάχης συνεστέωσης τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι. (3) Τὴν δὲ μεταλλαγὴν ταύτην τῆς ἡμέρης Θαλῆς ὁ Μιλήσιος τοῖσι Ἰωσι προηγόρευσε
 25 ἔσεσθαι, οὖρον προβέμενος ἐνιαυτὸν τοῦτον ἐν τῷ δὴ καὶ ἐγένετο ἢ μεταβολή. (4) Οἱ δὲ Λυδοὶ τε καὶ οἱ Μῆδοι ἐπεῖτε εἶδον νύκτα ἀντ' ἡμέρης γινομένην, τῆς μάχης τε ἐπαύσαντο καὶ μᾶλλον τι ἔσπευσαν καὶ ἀμφοτέροι εἰρήνην ἐωυτοῖσι γενέσθαι. Οἱ δὲ συμβιδί-
 30 σάντες αὐτοὺς ἔσαν οἶδε, Συέννης τε ὁ Κίλιξ καὶ Λαβύντος ὁ Βαβυλώνιος. (5) Οὗτοί σφι καὶ τὸ ὄρκιον οἱ σπεύσαντες γενέσθαι ἔσαν, καὶ γάμων ἐπαλλαγὴν ἐποίησαν· Ἀλυάττει γὰρ ἔγνωσαν δοῦναι τὴν θυγατέρα Ἀρύνην Ἀστυάγῃ τῷ Κυαξάρει παιδί· ἀνευ γὰρ ἀναγ-
 35 καίης ἰσχυρῆς συμβάσεις ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν. (6) Ὅρκια δὲ ποιεῖται ταῦτα τὰ ἔθνη τὰ περ τε Ἕλληνες, καὶ πρὸς τούτοις, ἐπεὶ τοὺς βραχίονας ἐπιτάμυνται ἐς τὴν ὁμοχροίην, τὸ αἶμα ἀναλείχουσι ἀλλήλων.

40 LXXV. Τοῦτον δὴ ὦν τὸν Ἀστυάγα Κῦρος ἐόντα ἐωυτοῦ μητροπάτορα καταστρεψάμενος ἔσχε δι' αἰτίην τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὁπίσω λόγοις σημανένω· τὰ Κροῖσος ἐπιμεμφομένος τῷ Κύρῳ ἔς τε τὰ χρηστήρια ἔπειμπε εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, καὶ δὴ καὶ ἀπικομένου χρη-
 45 σμοῦ κιθόηλου, ἐλπίσας πρὸς ἐωυτοῦ τὸν χρησμὸν εἶναι, ἐστρατεύετο ἐς τὴν Περσέων μοῖραν. (2) Ὡς δὲ ἀπίκετο ἐπὶ τὸν Ἄλυν ποταμὸν ὁ Κροῖσος, τὸ ἐνθεῦτεν, ὡς μὲν ἐγὼ λέγω, κατὰ τὰς ἐούσας γεφύρας διεβίβασε τὸν στρατὸν, ὡς δὲ ὁ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων, Θαλῆς οἱ ὁ
 50 Μιλήσιος διεβίβασε. (3) Ἀπορέοντας γὰρ Κροῖσου δίκως οἱ διαβήσεται τὸν ποταμὸν ὁ στρατός (οὗ γὰρ δὴ εἶναι καὶ τοῦτον τὸν χρόνον τὰς γεφύρας ταύτας) λέγεται παρόντα τὸν Θαλῆν ἐν τῷ στρατοπέδῳ ποιῆσαι αὐτῷ τὸν ποταμὸν ἐν ἀριστερῇ χειρὶς ῥέοντα τοῦ στρατοῦ

jecto tempore, quum venatum semper exirent Scythae, et nunquam non aliquid adferrent, accidit aliquando ut nihil caperent : quos vacuis manibus reversos Cyaxares, vir (ut tum ostendit) ad iram praecipuus, asperius admodum et contumeliose accepit. (5) Tum illi, indigne secum actum argerrime ferentes, consilio habito decreverunt unum ex eis pueris, qui in ipsorum disciplinam dati essent, in frustra concidere, et eodem modo paratum quo ferinam parare consuevissent, Cyaxari tamquam feram a se captam adferre, prolinusque inde ad Alyatten, Sadyattae filium, Sardes sese recipere. (6) Atque ita etiam, ut illi decreverant, facta res est. Nam et Cyaxares, et qui cum eo erant convivae, carnes istas gustarunt; et Scythae, perpetrato facinore, ad Alyatten supplices venerunt.

LXXIV. Post haec, quum Alyattes repetenti Cyaxari Scythas tradere nollet, bellum Lydos inter et Medos gestum est per quinque continuos annos : quo in bello Medi saepe de Lydis, saepe vero etiam de Medis Lydi victoriam retulerunt; semel etiam nocturno quodam praelio dimicarunt. (2) Scilicet pari utrimque fortuna bellum continuantibus accidit sexto anno, ut, postquam signa contulissent, jamque ferveret pugna, subito dies in noctem converteretur : (3) quam diei mutationem Thales Milesius Ionibus praedixerat, hunc ipsum annum praefiniens, quo facta est illa immutatio. (4) Lydi vero et Medi, quum loco diei subito noctem ingruere viderent, pugnandi finem fecerunt, et aliquanto etiam magis utrique componendae paci coeperunt studere. Auctores vero conventionis hi erant, Syennesis Cilix, et Labynetus Babylonius; (5) quibus rem urgentibus factum est ut et foedus inter partes pangeretur, et mutua jungerentur connubia : decreverunt quippe, ut Alyattes filiam suam Aryenin Astyagi. Cyaxaris filio, daret uxorem. Nam absque firmo necessitudinis vinculo non solent conventiones firmae manere. (6) Foedus autem sanciunt hi populi eodem ritu atque Graeci, nisi quod praeterea brachia incidunt summa in cute, et sanguinem mutuo lingunt.

LXXV. Hunc igitur Astyagem, avum suum maternum, Cyrus regno dejectum in sua potestate tenebat, eam ob causam quam in sequentibus exponam. Quo nomine Croesus ei infensus, ad oracula miserat qui consulerent an bellum Persis inferret; et ambiguum responsum nactus, ratus sibi favere responsum, expeditionem in Persarum ditionem suscepit. (2) Ubi vero ad Halyn fluvium pervenit Croesus, deinde, ut ego quidem aio, pontibus eis, qui ibi erant, copias traduxit; ut vero vulgo Graeci narrant, Thales eas Croeso traduxit Milesius. (3) Dubitante enim rege quo pacto flumen transmitterent copiae suae (necdum enim eo tempore pontes hos exstilis), Thaletem aiunt, quum in castris adesset, effecisse ut flumen, quod a leva exercitus fluebat, a

καὶ ἐκ δεξιῆς ῥέειν, ποιῆσαι δὲ ὥδε· (4) ἄνωθεν τοῦ στρατοπέδου ἀρξάμενον διώρυγα βαθεάν δρύσσειν, ἄγοντα μηχανοειδέα, ὅπως ἂν τὸ στρατόπεδον ἰδρυμένον κατὰ νότου λάβοι, ταύτη κατὰ τὴν διώρυγα ἐκτραπέ-
 5 μενος ἐκ τῶν ἀρχαίων ῥεέθρων, καὶ αὖτις παρὰ μεινόμενος τὸ στρατόπεδον ἐς τὰ ἀρχαία ἐσθάλλοι, ὥστε ἐπεῖτε καὶ ἐσχίσθη τάχιστα ὁ ποταμὸς, ἀμφοτέρῃ διαδοτὸς ἐγένετο. (5) Οἱ δὲ καὶ τὸ παράπαν λέγουσι καὶ τὸ ἀρχαῖον ῥέεθρον ἀποξηρανθῆναι. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ
 10 προσίμεται· κῶς γὰρ ὅπισω πορευόμενοι διέβησαν αὐτόν;

LXXVI. Κροῖσος δὲ ἐπεῖτε διαβάς σὺν τῷ στρατῷ ἀπίκετο τῆς Καππαδοκίης ἐς τὴν Πτερίην καλουμένην (ἣ δὲ Πτερίη ἐστὶ τῆς χώρας ταύτης τὸ ἰσχυρότατον,
 15 κατὰ Σινώπην πόλιν τὴν ἐν Εὐξείνῳ πόντῳ μάλιστα κη χεϊμένῃ), ἐνθαῦτα ἐστρατοπεδεύετο φθειρών τῶν Συρίων τοὺς κλήρους. (2) Καὶ εἶλε μὲν τῶν Πτερίων τὴν πόλιν καὶ ἡνδραποδίσατο, εἶλε δὲ τὰς περιουκίδας αὐτῆς πάσας, Συρίους τε οὐδὲν ἔοντας αἰτίους ἀναστά-
 20 τούς ἐποίησε. (3) Κύρος δὲ ἀγείρας τὸν ἑωυτοῦ στρατὸν καὶ παραλαβὼν τοὺς μεταξὺ οἰκέοντας πάντας ἡντιούτω Κροίσῳ. Πρὶν δὲ ἐξελαύνειν ὁρμῆσαι τὸν στρατὸν, πέμψας κήρυκας ἐς τοὺς Ἴωνας ἐπειρᾶτό σφεας ἀπὸ Κροίσου ἀπιστάναι. (4) Ἴωνες μὲν νυν οὐκ ἐπεί-
 25 θοντο, Κύρος δὲ ὡς ἀπίκετο καὶ ἀντεστρατοπεδεύσατο Κροίσῳ, ἐνθαῦτα ἐν τῇ Πτερίῃ χώρῃ ἐπειρῶντο κατὰ τὸ ἰσχυρὸν ἀλλήλων. Μάχης δὲ καρτερῆς γενομένης καὶ πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, τέλος οὐδέτεροι νικήσαντες διέστησαν νυκτὸς ἐπελθούσης. Καὶ τὰ μὲν
 30 στρατόπεδα ἀμφοτέρα οὕτω ἡγωνίσατο.

LXXVII. Κροῖσος δὲ μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἑωυτοῦ στρατεύμα (ἦν γὰρ οἱ ὁ συμβαλὼν στρατὸς πολλὸν ἐλάσσων ἢ ὁ Κύρου), τοῦτο μεμφθεὶς, ὡς τῇ
 35 ὑστεραίῃ οὐκ ἐπειρᾶτο ἐπιὼν ὁ Κύρος, ἀπῆλαινε ἐς τὰς Σάρδεις, ἐν νόῳ ἔχων παρακαλέσας μὲν Αἰγυπτίους κατὰ τὸ ὄρκειον (ἐποίησατο γὰρ καὶ πρὸς Ἀμασιν βασιλεύοντα Αἰγύπτου συμμαχίην πρότερον ἤπερ πρὸς Λακεδαιμονίους), μεταπέμψάμενος δὲ καὶ Βαβυλωνίους (καὶ γὰρ πρὸς τοὺτους αὐτῷ ἐπεποιήτο συμμαχίη, ἐτυ-
 40 ράνευε δὲ τῶν Βαβυλωνίων τὸν χρόνον τοῦτον Λαβύνητος), ἐπαγγεῖλας δὲ καὶ Λακεδαιμονίοισι παρεῖναι ἐς χρόνον ῥητὸν, ἀλίσας τε δὴ τοὺτους καὶ τὴν ἑωυτοῦ συλλέξας στρατιὴν ἐννένωτο, τὸν χειμῶνα παρεῖς, ἅμα τῷ ἔαρι στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Πέρσας. (2) Καὶ ὁ μὲν
 45 ταῦτα φρονέων, ὡς ἀπίκετο ἐς τὰς Σάρδεις, ἐπεμπε κήρυκας κατὰ τὰς συμμαχίας προερέοντας ἐς πέμπτον μῆνα συλλέγεσθαι ἐς Σάρδεις· τὸν δὲ παρόντα καὶ μαχεσάμενον στρατὸν Πέρσῃσι, ὅς ἦν αὐτοῦ ξεινικός, πάντα ἀπείσι διεσκέδασε, οὐδαμὰ ἐλπίσας μή κοτε ἄρα
 50 ἔγωνισάμενος οὕτω παραπλησίως Κύρος ἐλάσῃ ἐπὶ Σάρδεις.

LXXVIII. Ταῦτα ἐπιλεγόμενῃ Κροίσῳ τὸ πρόσκειον πᾶν ὄφειον ἐνεπλήσθη· φανέντων δὲ αὐτῶν οἱ ἵπποι μετιέντες τὰς νομάς νέμεισθαι, φοιτούντες κατὰ

dextra etiam fluere. Effecisse autem aiunt hunc in modum : (4) exorsum ab ea fluvii parte, quæ supra castra erat, altam effodisse fossam, et lunata specie ita duxisse, ut, postquam castra ad fluvium locata circuisset a tergo, flumen illac ex pristino alveo per fossam aversum, et castra rursus præterlapsum, in pristinum alveum influeret. Ita, simulatque divisum fuisset flumen, ab utraque parte permeabile factum esse. (5) Nonnulli vero etiam aiunt, pristinum alveum prorsus exaruisse. At mihi quidem hoc non persuadent; quo enim modo, quum reversi sunt, flumen transierunt?

LXXVI. Cræsus igitur, superato cum copiis fluvio, in eam Cappadociæ partem pervenit, quæ Pteria nominatur, estque totius hujus regionis pars validissima, ex adverso fere Sinopes urbis ad Pontum Euxinum sita. Ibi castris positus, prædia devastavit Syriorum, (2) et oppidum Pteriorum cepit in servitutemque redegit : cunctaque etiam finitima cepit oppida, Syriosque nihil commeritos funditus evertit. (3) Tum Cyrus, coactu exercitu, adsumtisque omnibus qui in medio incolebant, obviam Cræso ivit. Priusquam autem educere aggrediretur copias, caduceatores ad Iones misit sollicitandos ut a Cræso deficerent. (4) Et Iones quidem non paruerunt : Cyrus vero ut advenit, castra Cræso opposuit; et ibidem in terra Pteria valido impetu vires invicem tentarunt. Acri prælio commisso, multis ultimique occisis, ad extremum, quum nox ingrueret, neutram in partem inclinante victoria discesserunt. Et hunc quidem in modum uterque exercitus pugnaverant.

LXXVII. Cræsus vero, quem copiarum suarum paucitatis pænitebat : nam militum ejus, qui conflixerant, nullo minor, quam Cyri, numerus fuerat : ea de causa, quum postridie ejus diei Cyrus adgredi illum non conaretur, Sardes reversus est, habens in animo et Ægyptios evocare ex fœdere (quorum cum rege Amasi, prius quam cum Lacedæmoniis, fœdus inierat), et Babylonios arcessere (nam et cum his societatem armorum pepigerat; rex autem per id tempus Babyloniorum Labynetes erat), et Lacedæmoniis denunciare, ut ad definitum tempus adsint : denique hisce conjunctis, suisque ipsius copiis contractis, constituerat, simulatque præterisset hiems, primo vere expeditionem in Persas suscipere. (2) Hæc ille animo agens, ut Sardes venit, nuncios misit ad socios, qui illis edicerent, ut ad quintum mensem Sardes convenirent. Præsentem vero exercitum, qui cum Persis pugnaverant, qui ibi aderat mercede conductus, omnem dimisit dispersitque; nequaquam ratus fore ut Cyrus, qui pari adeo Marte pugnasset, adversus Sardes copias suas duceret.

LXXVIII. Hæc dum secum reputat Cræsus, suburbana omnia serpentibus impleta sunt : quos equi, ut adparuerunt, omissis pascuis consuetis, accedentes deglutiebant. Id Cræso

σθιον. Ἰδόντι δὲ τοῦτο Κροίσῳ, ὥσπερ καὶ ἦν, ἔδοξε
τέρας εἶναι· αὐτίκα δὲ ἔπεμπε θεοπρόπους ἐς τοὺς ἐξη-
γητάς Τελμησέων. (2) Ἀπικόμενοι δὲ τοῖσι θεοπρό-
ποισι καὶ μαθοῦσι πρὸς Τελμησέων τὸ ἐθέλει σημαίνειν
τὸ τέρας, οὐκ ἐξεγένετο Κροίσῳ ἀπαγγεῖλαι· πρὶν γάρ
ἢ ὅπισω σφέας ἀναπλῶσαι ἐς τὰς Σάρδεις ἦλω δὲ Κροί-
σος. (3) Τελμησέες μὲντοι τάδε ἔγνωσαν, στρατὸν ἀλ-
λόθροον προσδοκίμον εἶναι Κροίσῳ ἐπὶ τὴν χώραν, ἀπι-
κόμενον δὲ τοῦτον καταστρέφειν τοὺς ἐπιχωρίους,
λέγοντες ὅτι εἶναι γῆς παῖδα, ἵππον δὲ πολέμιόν τε καὶ
ἐπὶ ἡλυδα. (4) Τελμησέες μὲν νυν ταῦτα ὑπεκρίναντο
Κροίσῳ ᾗδ' ἡλικότι, οὐδὲν κω εἰδότες τῶν ἦν περὶ
Σάρδεις τε καὶ αὐτὸν Κροίσον.

LXXIX. Κύρος δὲ αὐτίκα ἀπελαύνοντος Κροίσου
μετὰ τὴν μάχην τὴν γενομένην ἐν τῇ Πτερίῃ, μαθὼν
ὡς ἀπελάσας μέλλοι Κροίσος διασχεδᾶν τὸν στρατὸν,
βουλευόμενος εὗρισκε πρῆγμ' αἱ εἶναι ἐλαύνειν ὡς δύ-
ναιτο τάχιστα ἐπὶ τὰς Σάρδεις, πρὶν ἢ τὸ δεύτερον
ἀλισθῆναι τῶν Λυδῶν τὴν δύναμιν. (2) Ὡς δὲ οἱ ταῦτα
ἔδοξε, καὶ ἐποίησε κατὰ τάχος· ἐλάσας γάρ τὸν στρατὸν
ἐς τὴν Λυδίην αὐτὸς ἄγγελος Κροίσῳ ἐληλύθει. (3)
Ἐνταῦθα Κροίσος ἐς ἀπορίην πολλὴν ἀπιγμένος, ὥς οἱ
παρὰ δόξαν ἔσχε τὰ πρήγματα ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκει,
ὅμως τοὺς Λυδοὺς ἐξῆγε ἐς μάχην. (4) Ἦν δὲ τοῦτον
τὸν χρόνον ἔθνος οὐδὲν ἐν τῇ Ἀσίῃ οὔτε ἀνδρῆώτερον
οὔτε ἀλκιμώτερον τοῦ Λυδίου. Ἦ δὲ μάχῃ σφένων ἦν
ἀπ' ἵππων, δούρατά τε ἐφόρεον μεγάλα, καὶ αὐτοὶ ἔσαν
ἱππεύεσθαι ἀγαθοί.

LXXX. Ἐς τὸ πεδῖον δὲ συνελθόντων τοῦτο τὸ πρὸ
τοῦ ἁστερός ἐστὶ τοῦ Σαρδιηνοῦ, ἐὼν μέγα τε καὶ ψιλόν
(διὰ δὲ αὐτοῦ ποταμοὶ ῥέοντες καὶ ἄλλοι καὶ Ὑλλος
συρρηγνύσι ἐς τὸν μέγιστον, καλεούμενον δὲ Ἑρμῶν, δε-
ξὲ οὐρεὸς ἱεροῦ μητροῦς Δινδυμῆνης ῥέων ἐκδιδοὶ ἐς θα-
λάσσαν κατὰ Φωκαίαν πόλιν), ἐνταῦθα δὲ Κύρος ὡς εἶδε
τοὺς Λυδοὺς ἐς μάχην τασσομένους, καταρρωδῆσας
τὴν ἵππον ἐποίησε Ἀρπάγου ὑποθεμένου ἀνδρὸς Μήδου
τοιόνδε. (2) Ὅσαι τῇ στρατῷ τῇ ἑωυτοῦ εἶποντο σι-
τοφόροι τε καὶ σκευοφόροι κάμηλοι, ταύτας πάσας ἀλί-
σας καὶ ἀπελὼν τὰ ἄρθρα ἀνδρας ἐπ' αὐτὰς ἀνέβησε
ἱππάδα στολὴν ἑσταλμένους, σκευάσας δὲ αὐτοὺς προσ-
έταξε τῆς ἄλλης στρατιῆς προϊέναι πρὸς τὴν Κροίσου
ἵππον, τῇ δὲ καμῆλῳ ἐπεσθαι τὸν πεζὸν στρατὸν ἐκέ-
λευε, ὅπισθε δὲ τοῦ πεζοῦ ἐπέταξε τὴν πᾶσαν ἵππον.
(3) Ὡς δὲ οἱ πάντες διητετάχατο, παραίνεσε τῶν μὲν
ἄλλων Λυδῶν μὴ φειδομένους κτείνειν πάντα τὸν ἐμ-
ποδῶν γινόμενον, Κροίσον δὲ αὐτὸν μὴ κτείνειν, μηδ'
ἦν συλλαμβανόμενος ἀμύνηται. (4) Ταῦτα μὲν πα-
ραίνεσε, τὰς δὲ καμῆλους ἔταξε ἀντία τῆς ἵππου τῶνδε
εἵνεκεν· καμῆλον ἵππος φοβέεται, καὶ οὐκ ἀνέχεται οὔτε
τὴν ἰδέην αὐτῆς ὁρᾶν οὔτε τὴν ὁσμὴν ὀσφραϊνόμενος.
Αὐτοῦ δὲ ὢν τούτου εἵνεκεν ἐσεσφόιστο, ἵνα τῷ
Κροίσῳ ἀχρηστον ᾗ τὸ ἱππικὸν, τῷ δὲ τι καὶ ἐπέτρε-
εἰλάμψεσθαι ὁ Λυδός. (5) Ὡς δὲ καὶ συνήσαν ἐς τὴν
μάχην, ἐνθαῦτα ὡς ὀφρανο τὰχιστα τῶν καμῆλων οἱ

cernenti visum est, ut erat, esse portentum : itaque e-
vestigio misit qui haruspices consularent Telmessenses. (2) Sed
consultoribus Telmessum profectis, ibique quid significaret
prodigium edoctis, non contigit, ut Cræso renunciare re-
sponsum possent; nam priusquam Sardes renavigassent,
captus Cræsus erat. (3) Atqui Telmessenses ita censuerant,
exercitum peregrinum ingressurum esse terram Cræsi, et
incolas oppressurum : serpentes enim, aiebant, esse terræ
filios; equos autem, hostes et advenas. (4) Et hæc quidem
responderunt Telmessenses Cræso jam capto, sed nescii
adhuc ipsi quid Sardibus ageretur aut quid Cræso acci-
disset.

LXXIX. At Cyrus certior factus Cræsum, quum conti-
nuo post pugnam in Pteria pugnatam copias suas domum
reduceret, decrevisse post reditum dimittere copias, consilio
inito intellexit e re sua esse, quam celerrime posset adver-
sus Sardes ducere, priusquam Lydorum copię rursus col-
lectæ essent. (2) Atque, ut ei visum erat, ita protinus fecit.
Nam exercitum in Lydiam ducens, ipse nuncius Cræso
advenit. (3) Ibi tum Cræsus in magnam consilii inopiam
adductus, quum longe secus atque exspectaverat res ceci-
disset, tamen Lydos in prælium eduxit. (4) Erat autem ea
ætate nullus Asiæ populus fortior, nec magis strenuus, quam
Lydius. Pugnandi genus erat ex equis; hastasque gestabant
prælongas, et equitandi inprimis erant periti.

LXXX. Quum in campo esset concursus, ante urbem
Sardianam sito, magno et nudo, quem perfluentes cum
alii amnes, tum Hyllus, perrumpunt omnes in eum qui
maximus est, cui nomen Hermus; qui, e monte Matri Din-
dymenæ sacro ortus, in mare se exonerat juxta Phocæam
urbem : hic ubi Lydos ad pugnandum instructos vidit Cy-
rus, reformidans equitatum, monitu Harpagi Medi tale
30 θανόμενος πόρον οὐδένα τούτου ἀνευρεῖν, οἱ γενοῖατο πρῶτοι ἀνθρώπων, ἐπιτεχνᾶται τοιόνδε. (2) Παιδιά δύο νεογνὰ ἀνθρώπων τῶν ἐπιτυχόντων διδοῖ ποιμένι τρέφειν ἐς τὰ ποίμνια τροφὴν τινα τοιήνδε, ἐντειλάμενος μηδὲνα ἀντίον αὐτῶν μηδεμίαν φωνὴν ἰέναι, ἐν
35 στέγῃ δὲ ἐρήμῃ ἐπ' ἐωυτῶν κέεσθαι αὐτὰ, καὶ τὴν ὥρην ἐπαγινέειν σφὶ αἶγας, πλησάντα δὲ τοῦ γαλακτος τάλαι διαπρήσσεσθαι. (3) Ταῦτα δ' ἐποίησε καὶ ἐνετέλλετο ὁ Ψαμμίτιχος θέλων ἀκοῦσαι τῶν παιδίων, ἀπαλλαγθέντων τῶν ἀσήμεων κυζημάτων, ἥτινα φω-
40 νὴν ῥήξουσι πρῶτην. (4) Τὰ περ ὧν καὶ ἐγένετο· ὡς γὰρ διετὴς χρόνος ἐγεγόνεε ταῦτα τῷ ποιμένι πρήσσοντι, ἀνοίγοντι τὴν θύρην καὶ ἐσιόντι τὰ παιδιά ἀμφοτέρω προσπίπτοντα βεχρὸς ἐφώνεον, ὁρέγοντα τὰς χεῖρας. (5) Τὰ μὲν δὴ πρῶτα ἀκούσας ἡσυχος ἦν ὁ ποι-
45 μήν· ὡς δὲ πολλάκις φοιτέοντι καὶ ἐπιμελομένῳ πολλὸν ἦν τοῦτο τὸ ἔργον, οὕτω δὴ σημήνας τῷ δεσπότην ἡγάγε

HERODOTI

HISTORIARUM LIBER SECUNDUS.

(EUTERPE.)

I. Vita functo Cyro, regnum suscepit Cambyses, Cyri filius et Cassandæ, Pharnaspis filie, quæ quum antea fato esset functa, ingenti luctu eam Cyrus erat prosequutus, et aliis omnibus, quibus imperabat, luctu eam prosequi præceperat. (2) Hujus igitur mulieris et Cyri filius Cambyses, quum Ionas et Æolenses pro servis a patre acceptis haberet, adversus Ægyptum expeditionem suscepit, quum alios ad id bellum faciendum ducens, quibus imperabat, tum nimirum et Græcos qui ipsius potestati erant subjecti.

II. Ægyptii, priusquam apud eos regnum obtinuisset Psammitichus, antiquissimos sese omnium hominum esse existimaverant. Postquam vero Psammitichus, regnum adeptus, voluit cognoscere, quinam fuerint primi et antiquissimi, ab illo tempore Phrygas sese priores arbitrantur, se autem reliquis omnibus. Psammitichus autem, quum perquisitione instituta nullum exitum hujus quæstionis, quinam essent primi hominum, potuisset reperire, tale quiddam est machinatus. (2) Duo pueros recens natos ex humilis sortis parentibus tradidit pastori, qui eos apud greges tali modo aleret: præcepit ut nemo coram illis vocem ullam ederet, sed jacerent in solitaria casa seorsim, et justis temporibus capræ ad eos adducerentur: ubi lacte expleti forent, alia omnia pastor ageret. (3) Hæc fecit præcepitque Psammitichus, cupiens cognoscere, quamnam post obscuros infantum vagitus primam vocem essent edituri. (4) Atque id etiam factum est. Nam postquam per duos continuos annos mandata exsecutus erat pastor, aperienti januam intrantique adlabentes ambo pueruli becos clamabant, manusque porrigebant. (5) Quod pastor primum audiens, tacuit: sed, quum crebrius adeunti puerosque curanti idem semper verbum repeteretur, ita demum significavit hero, ejusque jussu pueros in conspectum ejus pro-

τὰ παῖδια καλεύσαντος ἐς ὅσιν τὴν ἐκείνου. (6) Ἀκούσας δὲ καὶ αὐτὸς δὲ Ψαμμίτιχος ἐπυνθάνετο ὅτινες ἀνθρώπων βεκός τι καλεῦσι, πυθνανόμενος δὲ εὗρισκε Φρύγας καλεῦντας τὸν ἄρτον. Οὕτω συνεχώρησαν Αἰ-
 5 γύπτιοι, καὶ τοιοῦτω σταθμησάμενοι πρήγματι, τοὺς Φρύγας πρεσβυτέρους εἶναι ἐωυτῶν. (7) Ὡς δὲ μὲν γενέσθαι τῶν ἱρέων τοῦ Ἡφαίστου ἐν Μέμφι ἤκουον· Ἕλληνες δὲ λέγουσι ἄλλα τε μάταια πολλὰ καὶ ὡς γυναικῶν τὰς γλώσσας δὲ Ψαμμίτιχος ἐκταμών τὴν
 10 δαίταν οὕτω ἐποίησατο τῶν παιδίων παρὰ ταύτῃσι τῇσι γυναιξί.

III. Κατὰ μὲν δὴ τὴν τροφὴν τῶν παιδίων τοσαῦτα ἔλεγον, ἤκουσα δὲ καὶ ἄλλα ἐν Μέμφι, ἐλθὼν ἐς λόγους τοῖσι ἱερεῦσι τοῦ Ἡφαίστου. Καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας τε
 15 καὶ ἐς Ἡλίου πόλιν αὐτῶν τούτων εἵνεκεν ἐτραπόμην, ἐθέλων εἰδέναι εἰ συμβήσονται τοῖσι λόγοις τοῖσι ἐν Μέμφι· οἱ γὰρ Ἡλιοπολιῆται λέγονται Αἰγυπτίων εἶναι λογιώτατοι. (2) Τὰ μὲν νυν θεῖα τῶν ἀπηγγεμάτων, ὅσα ἤκουον, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγέσθαι, ἔξω ἢ
 20 τὰ οὐνόματα αὐτῶν μόνον, νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσον περὶ αὐτῶν ἐπίστασθαι· τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ λόγου ἐξαναγκαζόμενος ἐπιμνησθήσομαι.

IV. Ὅσα δὲ ἀνθρωπεία πρήγματα, ὧς ἔλεγον
 25 ὁμολογέοντες σφίσι, πρώτους Αἰγυπτίους ἀνθρώπων ἀπάντων ἐξευρέειν τὸν ἐνιαυτὸν, δωδέκα μέρεα δασαμένους τῶν ὥρων ἐς αὐτόν. (2) Ταῦτα δὲ ἐξευρέειν ἐκ τῶν ἀστέρων ἔλεγον. Ἄγουσι δὲ τοσῶδες σοφώτερον Ἑλλήνων, ἐμοὶ δοκεῖν, ὅσω Ἑλλήνες μὲν διὰ τρίτου
 30 ἔτος ἐμβολίμον ἐπεμβάλλουσι τῶν ὥρων εἵνεκεν, Αἰγύπτιοι δὲ τριηκοντημέρους ἄγοντες τοὺς δωδέκα μῆνας ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας πάρεξ τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ σφι δὲ κύκλος τῶν ὥρων ἐς τούτῳ περιῶν παραγίνεται. (3) Δωδέκα τε θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον
 35 πρώτους Αἰγυπτίους νομίσαι καὶ Ἑλλήνας παρὰ σφέων ἀναλαβεῖν, βωμούς τε καὶ ἀγάλματα καὶ νηοὺς θεοῖσι ἀποιεῖναι σφέας πρώτους, καὶ ζῶα ἐν λίθοις ἐγγλύψαι. (4) Καὶ τούτων μὲν νυν τὰ πλεῶν ἔργω ἐδῆλουν οὕτω γεγόμενα, βασιλεῦσαι δὲ πρῶτον Αἰγύπτου ἀν-
 40 θρώπων ἔλεγον Μῆνα. Ἐπὶ τούτου, πλὴν τοῦ Θηβαϊκοῦ νομοῦ, πᾶσαν Αἴγυπτον εἶναι ἕλος, καὶ αὐτῆς εἶναι οὐδὲν ὑπερέχον τῶν νῦν ἐνερθε λίμνης τῆς Μοίριος ἐόντων, ἐς τὴν ἀνάπλους ἀπὸ θαλάσσης ἐπὶ τὰς ἡμερῶν ἐστὶ ἀνὰ τὸν ποταμόν.

V. Καὶ εἴ μοι ἐδόκεον λέγειν περὶ τῆς χώρας· δῆλα γὰρ δὴ καὶ μὴ προακούσαντι, ἰδόντι δὲ, ὅστις γε σύνυσιν ἔχει, ὅτι Αἴγυπτος, ἐς τὴν Ἑλλήνες ναυτιλλονται, ἐστὶ Αἰγυπτίοις ἐπικτήτος τε γῆ καὶ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὰ κατ' ὑπερθε ἐστὶ τῆς λίμνης ταύτης μέχρι
 50 τῶν ἡμερῶν πλόου, τῆς περὶ ἑαίνοι οὐδὲν ἐτι τοῖόνδε ἔλεγον, ἐστὶ δ' ἕτερον τοιοῦτο. (2) Αἰγύπτου γὰρ φύσις τῆς χώρας ἐστὶ τοιήδε. Πρῶτα μὲν προσπλῶν ἐτι καὶ ἡμέρης δρόμον ἀπέχων ἀπὸ γῆς, κατεῖς καταπειρητήριον πλῆλόν τε ἀνοίσεις καὶ ἐν ἔνδεκα ὀργυίῃσι

duxit. (6) Quod ubi ipse etiam Psammitichus cognovit, sciscitatus est, quinam hominum rem aliquam *becos* vocarent : et sciscitando comperit, Phrygas eo vocabulo panem significare. Ita *Ægyptii*, ex eo quidem ducto argumento, Phrygibus concessere, esse illos se antiquiores. (7) Ita quidem rem actam esse, ex Vulcani sacerdotibus Memphi audiui. Græci vero et alia narrant vana multa, et in his, mulierum linguas excidisse Psammitichum, hisque mulieribus pueros illos tradidisse nutriendos.

III. De puerorum igitur illorum nutritione mihi ista narrata sunt. Sed et alia (ad *Ægyptiorum* antiquitatem pertinentia) Memphi audiui, cum Vulcani sacerdotibus sermones miscens. Atque earumdem rerum causa Thebas etiam et Heliopolim me contuli, scire cupiens, an illorum narrationes conveniant cum his quæ Memphi narrantur. Heliopolitæ enim dicuntur ex omnibus *Ægyptiis* peritissimi antiquitatis. (2) Quæ igitur audiui ad res divinas spectantia, ea non est mihi animus in publicum edere, exceptis deorum nominibus, existimans omnes (in *Ægypto*) homines idem de his nosse : quæcumque vero de illis rebus præterea commemoravero, eorum nonnisi a narrationis serie coactus faciam mentionem.

IV. Quod ad res humanas spectat, hæc illi secum consentientes dixerunt : primos hominum omnium *Ægyptios* annum invenisse, duodecim partes succedentium invicem temporum per illum distribuentes. (2) Hæc autem illos ex astris invenisse aiebant. Agunt autem annum *Ægyptii* tanto prudentius, ut eiqum arbitror, quam Græci ; quod Græci tertio quoque anno, vicissitudinis temporum causa, intercalarem mensem coguntur adicere ; *Ægyptii* vero duodecim menses tricenorum dierum agentes, singulis annis quinque dies extra numerum adiciunt, atque ita illis circumactus vicissitudinum anniversariarum circulus eodem semper tempore redit. (3) Ad hæc duodecim deorum nomina *Ægyptios* primos aiebant instituisse, et ab illis Græcos accepisse : aras item et imagines et templa diis primos eosdem tribuisse, et figuras lapidibus insculpsisse. (4) Et horum pleraque re ipsa demonstrabant ita se habere. Regnasse autem in *Ægypto*, ex hominum numero, primum dixere Menem. Hoc regnante totam *Ægyptum*, excepto Thebano districtu, paludem fuisse ; et tunc temporis nihil ex aqua emnuisse eorum, quæ nunc sunt infra Moeridem lacum, ad quem est ex mari navigatio adverso flumine septem dierum.

V. Et recte quidem hoc, quod ad terram spectat, dixisse mihi visi sunt. Etenim cuilibet, qui, etiam si non ante audiverit, tamen oculis suis hanc terram adspexerit, si modo non prorsus destitutus fuerit intelligentia, manifestum est, *Ægyptum* hanc, quam Græci navibus adeunt, adquisitam *Ægyptiis* terram esse, et fluminis donum ; atque etiam eorum, quæ supra hunc lacum sita sunt ad trium dierum navigationem, eandem esse rationem ; quamquam de hoc tractu nihil amplius tale illi narraverunt. (2) Est enim natura hujus regionis, quæ *Ægyptus* vocatur, hujusmodi. Primum quidem, navi eam petens, quando unius etiam diei cursu adhuc abfueris a terra, si bolidem demiseris,

ἔσαι. Τοῦτο μὲν ἐπὶ τοσοῦτο δηλοῖ πρόχυσιν τῆς γῆς ἐοῦσαν.

VI. Αὐτῆς δὲ τῆς Αἰγύπτου ἐστὶ μῆκος τὸ παρὰ θάλασσαν ἐξήκοντα σχοῖνοι, κατὰ ἡμεῖς διαίρομεν εἶναι Αἰγυπτον ἀπὸ τοῦ Πλινθινήτεω κόλπου μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, παρ' ἣν τὸ Κάσιον οὖρος τείνει ταύτης ὡς ἀπὸ οἱ ἐξήκοντα σχοῖνοι εἰσὶ. (2) Ὅσοι μὲν γὰρ γεωπεῖναι εἰσὶ ἀνθρώπων, ὀργυῖσι μεμετρήκασιν τὴν χώραν, ὅσοι δὲ ἔσσαν γεωπεῖναι, σταδίοισι, οἱ δὲ πολλὴν ἔχουσι, παρασάγγῃσι, οἱ δὲ ἄφθονον λίην, σχοῖνοισι. Δύναται δὲ ὁ μὲν παρασάγγῃς τριήκοντα στάδια, ὁ δὲ σχοῖνος ἑκατοῦς, μέτρον ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξήκοντα στάδια. Οὗτοι ἂν εἴησαν Αἰγύπτου στάδιοι ἐξακόσιοι καὶ τρισχίλιοι τὸ παρὰ θάλασσαν.

VII. Ἐνθεῦτεν μὲν καὶ μέχρι Ἡλίου πόλιος ἐς τὴν μεσόγαιάν ἐστι εὐρέα Αἰγυπτος, ἐοῦσα πᾶσα ὑπὲρ τε καὶ ἐνυδρὸς καὶ εἰλύς. Ἔστι δὲ ὁδὸς ἐς τὴν Ἡλίου πόλιν ἀπὸ θαλάσσης ἄνω ἰόντι παραπλησίη τὸ μῆκος τῇ ἐξ Ἀθηνῶν ὁδῷ τῇ ἀπὸ τῶν δωδέκα θεῶν τοῦ βωμοῦ φερούσῃ ἐς τε Πισαν καὶ ἐπὶ τὸν νῆον τοῦ Διὸς τοῦ Οὐλυμπίου. (2) Σμικρόν τι τὸ διάφορον εὔροι τις ἂν λογιζόμενος τῶν ὁδῶν τούτων, τὸ μὴ ἴσας μῆκος εἶναι, οὐ πλέον πεντεκαίδεκα σταδίων· ἡ μὲν γὰρ ἐς Πισαν ἐξ Ἀθηνῶν καταδεῖ πεντεκαίδεκα σταδίων ὡς μὴ εἶναι πεντακοσίων καὶ χιλίων, ἡ δὲ ἐς Ἡλίου πόλιν ἀπὸ θαλάσσης πληροῖ ἐς τὸν ἀριθμὸν τούτων.

VIII. Ἀπὸ δὲ Ἡλίου πόλιος ἄνω ἰόντι στενὴ ἐστὶ Αἰγυπτος. Τῇ μὲν γὰρ τῆς Ἀραβίης οὖρος παρατέταται, φέρον ἀπ' ἄρκου πρὸς μεσαμβρίης τε καὶ νότου, αἰεὶ ἄνω τείνον ἐς τὴν Ἐρυθρὴν καλυμένην θάλασσαν· ἐν τῷ αἰ λιθοτομῆαι ἐνεῖσι αἱ ἐς τὰς πυραμίδας κατατμηθεῖσαι τὰς ἐν Μέμφι. (2) Ταύτῃ μὲν λῆγον ἀνακάμπτει ἐς τὰ εἰρηται τὸ οὖρος· τῇ δὲ αὐτὸ ἐσωτοῦ ἐστὶ μακρότατον, ὡς ἐγὼ ἐμπυθανόμεν, δύο μηνῶν αὐτὸ εἶναι τῆς ὁδοῦ ἀπ' ἡῶς πρὸς ἐσπέρην, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἡῶ λιθαντοφόρα αὐτοῦ τὰ τέρματα εἶναι. (3) Τοῦτο μὲν νυν τὸ οὖρος τοιοῦτο ἐστὶ, τὸ δὲ πρὸς Λιβύης τῆς Αἰγύπτου οὖρος ἄλλο πέτρινον τείνει, ἐν τῷ αἰ πυραμίδες ἐνεῖσι, ψάμμω κατελυμένον, τεταμένον τὸν αὐτὸν τρόπον τὸν καὶ τοῦ Ἀραβίου τὰ πρὸς μεσαμβρίην φέροντα. (4) Τὸ ὡς δὴ ἀπ' Ἡλίου πόλιος οὐκέτι πολλὸν χωρίον ὡς εἶναι Αἰγύπτου, ἀλλ' ὅσον τε ἡμερῶν τεσσέρων ἀναπλοῦς στενὴ ἐστὶ Αἰγυπτος εἶσα. Τῶν δὲ οὐρέων τὸν εἰρημένων τὸ μεταξὺ πεδιάς μὲν γῆ, στάδιοι δὲ μάλιστα ἐδόκεόν μοι εἶναι, τῇ στενιότατον ἐστὶ, διηκοσίων οὐ πλευνες ἐκ τοῦ Ἀραβίου οὖρος ἐς τὸ Λιβυκὸν καλούμενον. Τὸ δ' ἐνθεῦτεν αὐτὶς εὐρέα Αἰγυπτός ἐστι.

IX. Πέφυκε μὲν νυν ἡ χώρα αὕτη οὕτω, ἀπὸ δὲ Ἡλίου πόλιος ἐς Θῆβας ἐστὶ ἀνάπλους ἐννέα ἡμερῶν, στάδιοι δὲ τῆς ὁδοῦ ἐξήκοντα καὶ ὀκτακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι, σχοῖνων ἐνὸς καὶ ὀγδώκοντα ἐόντων. Οὗτοι συντιθέμενοι στάδιοι Αἰγύπτου, τὸ μὲν παρὰ θάλασσαν ἤδη μοι καὶ πρότερον δεδήλωται ὅτι ἐξακοσίων

limum extrahes, et in undecim orgyis [66 *pedibus* veris: quod quidem ostendit, in tantum progredi telluris profusionem.

VI. Ipeius autem Ægypti longitudo secundum mare est sexaginta schoenorum, quatenus quidem nos Ægyptum definimus, ut a Plinthete sinu pertineat usque ad Serbonidem lacum, ad quem Casius mons porrigitur: ab hoc igitur lacu sunt sexaginta illi schoeni. (2) Nam qui haud multum terræ possident homines, hi eam orgyis metiuntur; qui paulo plus, stadiis; qui multum possident, parasangis; qui valde amplam regionem, hi schoenis eam metiuntur. Valet autem parasanga triginta stadia; schoenus vero unusquisque (quæ Ægyptia est mensura) sexaginta stadia. Ita Ægypti longitudo secundum mare ter mille sexcentorum fuerit stadiorum.

VII. Inde versus interiora, usque Heliopolin, in latitudinem patet Ægyptus, tota plana est, aquis irrigua, limosa. Est autem iter a mari Heliopolin adscendenti par fere longitudine viæ ei, quæ Athenis a duodecim deorum ara Pisam ducit ad Olympii Jovis templum. (2) Exiguum quiddam interesse reperiet, si quis computaverit, quominus æqualis sit longitudo utriusque itineris; haud amplius quam quindecim stadia: nam via Athenis Pisam eget quindecim stadiis ad explendum mille quingenta; a mari autem Heliopolin plenus hic numerus est.

VIII. Ab Heliopoli superiora petenti angusta Ægyptus est: nam ab altera parte mons Arabiæ prætenditur, a septentrione versus meridiem et austrum excurrans, semper in altius tendens ad Erythræum quod vocatur mare; quo in monte lapidicinæ sunt, unde Memphi ducti sunt lapides ad extruendas pyramides. (2) Hoc loco desineus mons flectitur in eam quam dixi partem. Qua vero est maxima ejus longitudo, duorum mensium itineris esse accepi ab oriente versus occidentem; et extrema quidem illius, orientem spectantia, thuris esse feracia. (3) Hæc igitur hujus montis ratio est. Ab altera Ægypti parte, Libyam versus, alius mons prætenditur saxeus, in quo pyramides extructæ sunt, arena obvolutus, pari modo porrectus atque ea pars Arabici montis quæ ad meridiem tendit. (4) Ab Heliopoli igitur non multum in latitudinem patet regio quæ Ægyptus esse censetur, sed ad quattuor dierum adverso flumine navigationem angusta Ægyptus est. Est autem regio, inter duos quos dixi montes interjecta, campestris; cujus latitudo, ubi minima, ducentorum admodum stadiorum esse, haud amplius, mihi visa est, ab Arabico monte ad Libycum: exinde vero rursus fit latior Ægyptus.

IX. Hæc igitur est hujus regionis natura. Est vero Heliopoli Thebas naviganti adverso flumine iter novem dierum: stadia sunt autem quater mille octingenta et sexaginta; schoeni enim numerantur octoginta et unus. Hæc stadia si inter se componantur, quum latitudinem secundum mare porrectam jam supra dixerim esse trium millium sex

τέ ἐστι σταδίων καὶ τρισχιλίων, ὅσον δέ τι ἀπὸ θαλάσσης ἐς μεσόγαιαν μέχρι Θηβέων ἐστὶ, σημανέω· στάδιοι γάρ εἰσι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακισχilioi. Τὸ δὲ ἀπὸ Θηβέων ἐς Ἐλεφαντίνην καλυμένην πόλιν στάδιοι χilioi καὶ ὀκτακόσιοι εἰσι.

X. Ταύτης ὦν τῆς χώρας τῆς εἰρημένης ἡ πολλή, κατὰ περ οἱ ἱρέες ἔλεγον, ἐδόκεε καὶ αὐτῷ μοι εἶναι ἐπίκτητος Αἰγυπτίοισι. Τῶν γὰρ οὐρέων τῶν εἰρημένων τῶν ὑπὲρ Μέμφιν πόλιν κειμένων τὸ μεταξύ ἐφαίνετο μοι εἶναι κοτε κόλπος θαλάσσης, ὥσπερ γε τὰ περὶ Ἰλίον καὶ Τευθρανίην καὶ Ἐφεσόν τε καὶ Μαιάνδρου πεδίον, ὥστε εἶναι ὁμικρὰ ταῦτα μεγάλοις συμβαλέειν· τῶν γὰρ ταῦτα τὰ χωρία προσωσάντων ποταμῶν ἐνὶ τῶν στομάτων τοῦ Νείλου, ἐόντος πενταστόμου, οὐδεὶς αὐτὸν πλῆθεος περὶ ἄξιος συμβληθῆναι ἐστί. (2) Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ποταμοί, οὗ κατὰ τὸν Νείλον ἐόντες μεγάλα, οἵτινες ἔργα ἀποδεξάμενοι μεγάλα εἰσὶ τῶν ἐγὼ φράσαι ἔγω οὐνόματα καὶ ἄλλων καὶ οὐκ ἥκιστα Ἀχελίου, ὃς βέων δι' Ἀκαρνανίης καὶ ἐξίεις ἐς θάλασσαν τῶν Ἐχινάδων νήσων τὰς ἡμισείας ἤδη ἡπειρον πεποιήκε.

XI. Ἔστι δὲ τῆς Ἀραβίης χώρας, Αἰγύπτου δὲ οὐ πρόσω, κόλπος θαλάσσης ἐσέχων ἐκ τῆς Ἐρυθρῆς καλυμένης θαλάσσης, μακρὸς οὕτω δὴ τι καὶ στεινὸς ὥς ἔρχομαι φράσω. (2) Μῆκος μὲν πλοῦ, ἀρξαμένου ἐκ μυχοῦ διεκπλῶσαι ἐς τὴν εὐρέαν θάλασσαν, ἡμέραι ἀναισιμούνται τεσσαράκοντα εἰρεσὶν χρωμένων· εὐρος δὲ, τῇ εὐρύτατος ἐστὶ ὁ κόλπος, ἥμισυ ἡμέρης πλοῦ. Ῥηχὴν δ' ἐν αὐτῷ καὶ ἀμπτως ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεταί. (3) Ἐτερον τοιοῦτον κόλπον καὶ τὴν Αἰγυπτον δοκέω γενέσθαι, τὸν μὲν ἐκ τῆς βορείης θαλάσσης κόλπον ἐσέχοντα ἐπ' Αἰθιοπίας, τὸν δὲ Ἀράβιον, τὸν ἔρχομαι λέγων, ἐκ τῆς νοτίης φέροντα ἐπὶ Συρίας, σχεδὸν μὲν ἀλλήλοισι συντετραίνοντας τοὺς μυχοὺς, ὀλίγον δὲ τι παραλλάσσοντας τῆς χώρας. (4) Εἰ ὦν ἐθέλῃσι ἐκτρέψαι τὸ βέηρον ὁ Νείλος ἐς τοῦτον τὸν Ἀράβιον κόλπον, τί μιν κωλύει βέοντος τούτου ἐκχωσθῆναι ἐντός γε δισμυρίων ἐτέων; ἐγὼ μὲν γὰρ ἔλπομαι γε καὶ μυρίων ἐντός χωσθῆναι ἀν' αὐτῷ γε δὴ ἐν τῷ προανασιμωμένῳ χρόνῳ πρότερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι οὐκ ἀνχωσθεῖν κόλπος καὶ πολλῶν μέζων ἐστὶ τούτου ὑπὸ τοσούτου τε ποταμοῦ καὶ οὕτω ἐργατικῷ;

XII. Τὰ περὶ Αἰγυπτον ὦν καὶ τοῖσι λέγουσι αὐτὰ πείθεμαι, καὶ αὐτὸς οὕτω κάρτα δοκέω εἶναι, ἰδὼν τε τὴν Αἰγυπτον προκειμένην τῆς ἐχομένης γῆς κογχυλία τε φαινόμενα ἐπὶ τοῖσι οὖρεσι καὶ ἀλμυρὰ ἐπανθέουσιν, ὥστε καὶ τὰς πυραμίδας δηλέεσθαι, καὶ ψάμμον μόνον Αἰγύπτου οὖρος τοῦτο τὸ ὑπὲρ Μέμφιος ἔχον. (2) Πρὸς δὲ τῇ χώρῃ οὔτε τῇ Ἀραβίᾳ προσούρω ἐούση τὴν Αἰγυπτον προσικλήν οὔτε τῇ Αἰθιῳ, οὐ μὴν οὐδὲ τῇ Συρίᾳ (τῆς γὰρ Ἀραβίης τὰ παρὰ θάλασσαν Σύριοι νέμονται), ἀλλὰ μελάγγαλιόν τε καὶ κατερρηγμένην ὥστε ἐοῦσαν ἰλύν τε καὶ πρόχυσιν ἐξ Αἰθιοπίας κατενηνεγμένην ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ· (3) τὴν δὲ

centurum stadiorum, quænam sit longitudo a mari veraus mediterranea Thebas usque, nunc declarabo : est nempe stadiorum sexies mille centum et viginti. Thebis autem usque Elephantinen sunt mille et octingenta stadia.

X. Hujus igitur quam dixi regionis plurima pars, quemadmodum et narrarunt sacerdotes, et mihi ipsi visum erat, acquisita Ægyptiis terra est. Etenim, quod inter prædictos montes supra Memphin sitos interjectum est, id mihi visum erat olim sinus maris fuisse, quemadmodum ea quæ circa Ilium sunt et Teuthraniam, et quæ circa Ephesum et Mæandri campum, si licet parva conferre cum magnis : nam neuter eorum fluviorum, quorum ex proluvie hæc loca enata sunt, ne cum uno quidem ex Nili ostiis, quæ numero quinque sunt, magnitudinem si species, meretur comparari. (2) Sunt vero etiam alii fluvii, magnitudine cum Nilo neutiquam conferendi, qui tamen res maximas efficiunt : quorum ego nomina edere possum, quum aliorum, tum maxime Acheloi ; qui Acarnaniam perfluens, ibique in mare se exonerans, Echinadum jam dimidiam partem ex insulis fecit continentem.

XI. Est autem in Arabia, haud procul ab Ægypto, maris sinus, ex Rubro quod vocatur mari in terram pertinens, ita longus et angustus, uti dicturus sum. (2) Longitudo navigationis, si ab intimo sinus recessu proficiscaris navi remis agitata, donec in mare apertum perveneris, tanta est ut dies in ea consumantur quadraginta : latitudo autem, ubi latissimus sinus, dimidii unius diei navigatio. Obtinet autem in illo quotidie fluxus maris et refluxus. (3) Alium igitur similem fere huic sinum olim Ægyptum fuisse existimo, e septentrionali mari versus Æthiopiam influentem, sicut Arabius ille, de quo dicturus sum, ex australi mari Syriam versus tendit ; ambo propemodum sibi invicem recessus suos perforantes, exiguo terre spatio interjecto. (4) Quodsi igitur Nilus in hunc Arabium sinum voluerit alveum suum avertere, quid impedit quominus hic sinus intra viginti annorum millia ingesto limo compleatur ? Ego quidem arbitror, etiam intra decem millia annorum posse compleri. Cur igitur intra temporis spatium, quod ante meam ætatem effluxit, sinus multo etiam major quam hic non potuerit compleri a fluvio tam ingente tamque valido ?

XII. Itaque hæc, quæ de Ægypto retuli, et his qui ea referunt credo, et ipse per me ita se habere existimo ; quum et prominere videam Ægyptum ultra terram continentem, et conchylia videam reperiri in montibus, et salsuginem ubique efflorescere, ita ut ab ea etiam pyramides corrodantur, et eum solummodo montem Ægypti, qui supra Memphin est, arena oblectum : (2) ad hæc nec finitimæ regioni Arabicæ similem Ægyptum videmus, nec Libycæ, nec vero etiam Syriacæ ; (nam Arabicæ partem secundum mare porrectam Syrii tenent) ; sed nigram terram atque confractam, utpote limum et proluviem ex Æthiopia a fluvio delatam : (3) contra, Libycæ solum scimus rubicun-

Λιβύην ἰδμεν ἐρυθροτέρην τε γῆν καὶ ὑποψαμμοτέρην, τὴν δὲ Ἀραβίην τε καὶ Συρίην ἀργιλωδεστέραν τε καὶ ὑπόπετρον ἐοῦσαν.

XIII. Ἐλεγον δὲ καὶ τὸδε μοι μέγα τεκμήριον περὶ τῆς χώρας ταύτης οἱ ἱρέες, ὡς ἐπὶ Μοίριος βασιλείος, ὅπως ἔλθοι ὁ ποταμὸς ἐπ' ὀκτὼ πῆχας τὸ ἐλάχιστον, ἄρδεσκε Αἴγυπτον τὴν ἐνερθε Μέμφιος· καὶ Μοίρι οὕτως ἦν ἔτεα εἰναχόσια τετελευτηκότι, ὅτε τῶν ἱρέων ταῦτα ἐγὼ ἤκουον. (2) Νῦν δέ, ἢν μὴ ἐπ' ἑκααίδεκα ἢ πεν-
10 τεκαίδεκα πῆχας ἀναβῇ τὸ ἐλάχιστον ὁ ποταμὸς, οὐκ ὑπερβαίνει ἐς τὴν χώραν. (3) Δοκέουσι τέ μοι Αἰγυπτίων οἱ ἐνερθε τῆς λίμνης τῆς Μοίριος οἰκούντες τὰ τε ἄλλα χωρία καὶ τὸ καλεούμενον Δέλτα, ἢν οὕτω ἡ χώρα αὕτη κατὰ λόγον ἐπιδιδῶ ἐς ὕψος καὶ τὸ ὁμοῖον ἀπο-
15 διδῶ ἐς αὐτῆσιν, μὴ κατακλύζοντες αὐτὴν τοῦ Νεῖλου πείσεσθαι τὸν πάντα χρόνον τὸν ἐπιλοιπον Αἰγύπτιοι τό κοτε αὐτοὶ Ἑλληνας ἔφασαν πείσεσθαι. (4) Πυθόμενοι γὰρ ὡς ὕεται πᾶσα ἡ χώρα τῶν Ἑλλήνων, ἀλλ' οὐ ποταμοῖσι ἄρδεται κατὰ περ ἢ σφετέρῃ, ἔφασαν
20 Ἑλληνας ψευσθέντας κοτὲ ἐλπίδος μεγάλης κακῶς πεινῆσαι. Τὸ δὲ ἔπος τοῦτο ἐθέλει λέγειν ὅς, εἰ μὴ ἐθέλησει σφι ὕειν ὁ θεὸς, ἀλλ' αὐχμῶ διαγρᾶσθαι, λιμῶ οἱ Ἑλληνες αἰρεθήσονται· οὐ γὰρ δὴ σφί ἐστι ὕδατος οὐδεμία ἄλλη ἀποστροφή ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διὸς μῶνον.

XIV. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς Ἑλληνας Αἰγυπτίοισι ὁρθῶς ἔχοντα εἴρηται. Φέρε δὲ νῦν καὶ αὐτοῖσι Αἰγυπτίοισι ὡς ἔχει φράσω. Εἴ σφι ἐθέλοι, ὥς καὶ πρότερον εἶπα, ἡ χώρα ἡ ἐνερθε Μέμφιος (αὕτη γὰρ ἐστὶ ἡ αὐξανομένη) κατὰ λόγον τοῦ παροισχομένου χρόνου ἐς ὕψος αὐξάνε-
30 σθαι, ἄλλο τι ἢ οἱ ταύτη οἰκούντες Αἰγυπτίων πεινήσουσι, εἰ μήτε γε ὕστατ' σφι ἡ χώρα μήτε ὁ ποταμὸς οἷός τ' ἔσται ἐς τὰς ἀρούρας ὑπερβαίνειν; (2) Ἡ γὰρ δὴ νῦν γε οὗτοι ἀπονητότατα καρπὸν κομίζονται ἐκ γῆς τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων ἀπάντων καὶ τῶν λοιπῶν Αἰ-
35 γυπτίων· οἱ οὕτε ἀρότρῳ ἀναρρηγνύντες αὐλακὰς ἔχουσι πόνους οὔτε σκάλλοντες οὔτε ἄλλο ἐργαζόμενοι οὐδὲν τῶν ὅλλοι ἀνθρώποι περὶ λήϊον πονέουσι, ἀλλ' ἐπεὶ σφι ὁ ποταμὸς αὐτόματος ἐπελθὼν ἄρσῃ τὰς ἀρούρας, ἄρσας δὲ ἀπολίπη ὀπίσω, τότε σπείρας ἕκαστος τὴν
40 ἐσωτοῦ ἀρουραν ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν ὕς, ἐπεὶ δὲ καταπατήσῃ τῇσι ὕσι τὸ σπέρμα, ἀμῆτον τὸ ἀπὸ τούτου μένει, ἀποδινῆσας δὲ τῇσι ὕσι τὸν σίτον οὕτω κομίζε-
ται.

XV. Εἰ ὦν βουλόμεθα γνώμῃσι τῇσι Ἰώνων χρᾶ-
45 σθαι τὰ περὶ Αἴγυπτον, οἱ φασὶ τὸ Δέλτα μῶνον εἶναι Αἴγυπτον, ἀπὸ Περσέος καλευμένης σκοπιῆς λέγοντες τὸ παρὰ θάλασσαν εἶναι αὐτῆς μέχρι Ταριχείων τῶν Πηλουσιακίων, τῇ δὴ τεσσεράκοντά εἰσι σχοῖνοι, τὸ δὲ ἀπὸ θαλάσσης λεγόντων ἐς μεσόγειαν τείνειν αὐτὴν μέ-
50 χρι Κερκασώρου πόλιος, κατ' ἣν σχίζεται ὁ Νεῖλος ἐς τε Πηλούσιον ῥέων καὶ ἐς Κάνωβον, τὰ δὲ ἄλλα λεγόντων τῆς Αἰγύπτου τὰ μὲν Λιβύης τὰ δὲ Ἀραβίης εἶναι, ἀποδεικνύομεν ἂν τούτῳ τῷ λόγῳ χρεώμενοι Αἰγυπτίοισι οὐκ ἐοῦσαν πρότερον χώραν. (2) Ἦδη γάρ

dum esse et arenosius, Arabiæ vero et Syriæ magis argil-
losum petrosumque.

XIII. Magnum vero etiam hoc mihi documentum memorarunt sacerdotes, ex quo de huius terræ natura possit judicari : scilicet regnante Mœride, quando fluvius ad octo minimum cubitos auctus erat, irrigabat Ægyptum quæ infra Memphin est : a Mœridis autem obitu usque ad id tempus, quo ego hoc e sacerdotibus audiui, nondum effluerant anni nongenti. (2) Nunc vero, nisi ad sedecim, aut ad quindecim minimum, cubitos augeatur fluvius, in terram non exundat. (3) Videnturque mihi ex Ægyptiis hi qui infra Mœridem lacum quum alia loca, tum Delta quod vocatur, incolunt, si pro eadem portione paulatim exaltabitur ea terra, et magis proinde magisque augebitur; videntur, inquam, mihi Ægyptiis, quum terram eorum non amplius inundare Nilus poterit, tunc per omne reliquum ævum idem passuri esse, quod ipsi aiebant Græcos aliquando passuros. (4) Nam quum audissent, universam Græcorum terram pluvia irrigari, non fluvii, quemadmodum Ægyptus; dixerunt, fore ut Græci aliquando, magna spe frustrati, misere esuriant. Quod verbum eo valebat, si quando ipsis deus nolverit pluere, sed siccitate immittere, fame pressum iri Græcos; nec enim aliud illis esse refugium unde aquam petant, nisi a solo Jove.

XIV. Et hoc quidem, ad Græcos spectans, recte dixere Ægyptiis. Age vero, ipsorum etiam Ægyptiorum quenam conditio sit, dicam. Si acciderit, quod paulo ante dixi, ut regio infra Memphin sita (hæc est enim quæ augetur) eadem ratione, qua præterito tempore, in altitudinem augeatur, quid aliud eveniet, nisi ut fame premantur Ægyptii regionem illam incolentes, quandoquidem nec pluvia irrigabitur illorum terra, nec fluvius poterit arva inundare? (2) Nam profecto nunc quidem hi, præ aliis hominibus cunctis, et præ reliquis Ægyptiis, minimo labore fructum e terra percipiunt : qui neque aratro sulcos findendo, nec terram fodiendo molestiam habent, nec opus ullum faciunt eorum, quibus alii omnes homines circa segetem multo cum labore occupantur : sed, postquam fluvius sponte accedens arva inundavit, et irrigata rursus reliquit, semen quicunque in arvom suum spargit, tum sues in illud immittit; deinde, conculcato a suis semine, messis tempus exspectat : denique, postquam persues [ni potius, per boves] frumentum extrivit, ita illud domum comportat.

XV. Quodsi igitur Ionum de Ægypto sequi vellemus sententiam, qui Delta solum aiunt esse Ægyptum, quam secundum mare a Persei quæ vocatur specula usque ad Pelusiacas Taricheas porrigi dicunt, qua sunt quadraginta schoeni; a mari vero versus mediterranea pertinere Ægyptum aiunt usque ad Cercasorum oppidum, ad quod scinditur Nilus, partim Pelusium versus fluens, partim Canobum; reliquos autem omnes Ægypti tractus, alios Libyæ esse aiunt, alios Arabiæ : hac, inquam, ratione utendo demonstrare possemus, nullam olim terram habuisse Ægyptios; (2) quandoquidem Delta hoc, ut ipsi adfirmant Ægyptiis, utique

σφι τό γε Δέλτα, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Αἰγύπτιοι καὶ ἔμοι δοκεῖ, ἐστὶ κατάρρυτον τε καὶ νωστί ὡς λόγῳ εἶπαι ἀναπερηνός. Εἰ τοίνυν σφι χώρα γε μηδεμία ὑπῆρχε, τί περιεργάζοντο δοκόντες πρώτοι ἀνθρώπων γεγονέναι; οὐδὲ ἔδες σφέας ἐξ διαπίσαν τῶν παιδίων ἵναί, τίνα γλῶσσαν πρώτην ἀπήσουςι. (3) Ἄλλ' οὔτε Αἰγυπτίους δοκέω ἅμα τῷ Δέλτα τῷ ὑπ' Ἰώνων καλυμένῳ γενέσθαι, αἰεὶ τε εἶναι ἐξ οὗ ἀνθρώπων γένος ἐγένετο, προϊούσης δὲ τῆς χώρας πολλοὺς μὲν τοὺς ὑπολειπομένους αὐτῶν γενέσθαι, πολλοὺς δὲ τοὺς ὑποκαταβαίνοντας. Τὸ δ' ὧν πάλαι αἰ Θῆβαι Αἰγυπτὸς ἐκαλέετο, τῆς τὸ περίμετρον στάδιοι εἰσι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακισχίλιοι.

XVI. Εἰ ὧν ἡμεῖς ὁρθῶς περὶ αὐτῶν γινώσκουμεν, Ἰωνες οὐκ εὖ φρονέουσι περὶ Αἰγύπτου· εἰ δὲ ὁρθή ἐστι ἡ τῶν Ἰώνων γνώμη, Ἑλληνας τε καὶ αὐτοὺς Ἰωνας ἀποδείκνυμι οὐκ ἐπισταμένους λογιζέσθαι, οἳ φασὶν τρία μόρια εἶναι γῆν πᾶσαν, Εὐρώπην τε καὶ Ἀσίην καὶ Λιβύην· τέταρτον γὰρ σφέας δεῖ προσλογίζεσθαι Αἰγύπτου τὸ Δέλτα, εἰ μήτε γέ ἐστι τῆς Ἀσίας μήτε τῆς Λιβύης. (2) Οὐ γὰρ δὴ ὁ Νεῖλος γέ ἐστι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ὁ τὴν Ἀσίην οὐρίζων τῆς Λιβύης· τοῦ Δέλτα δὲ τούτου κατὰ τὸ δεῦν περιρρήγνυται ὁ Νεῖλος, ὥστε ἐν τῷ μεταξὺ Ἀσίας τε καὶ Λιβύης γίνοιτ' ἄν.

XVII. Καὶ τὴν μὲν Ἰώνων γνώμην ἀπίμεν, ἡμεῖς δὲ ὧδε κη περὶ τούτων λέγομεν, Αἰγυπτὸν μὲν πᾶσαν εἶναι ταύτην τὴν ὑπ' Αἰγυπτίων οἰκούμενην κατὰ περ Κιλικίην τὴν ὑπὸ Κιλικίων καὶ Ἀσσυρίην τὴν ὑπ' Ἀσσυρίων, οὐρίσμα δὲ Ἀσίῃ καὶ Λιβύῃ οἰδαμεν οὐδὲν ἔον ὁρθῷ λόγῳ εἰ μὴ τοὺς Αἰγυπτίων οὐρους. (2) Εἰ δὲ τῷ ὑπ' Ἑλλήνων νεομισμένῳ χρῆσόμεθα, νομιόμεν Αἰγυπτὸν πᾶσαν ἀρξάμενην ἀπὸ Καταδούπων τε καὶ Ἑλεφαντίνης πόλιος διχᾶ διαίρεσθαι καὶ αὐφοτέρων τῶν ἐπωνυμιῶν ἐξέσθαι· τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς εἶναι τῆς Λιβύης, τὰ δὲ τῆς Ἀσίας. (3) Ὁ γὰρ δὴ Νεῖλος ἀρξάμενος ἐκ τῶν Καταδούπων βρεῖ μέσσην Αἰγυπτὸν σχίζων ἐς θάλασσαν. Μέχρι μὲν νυν Κερκασώρου πόλιος βρεῖ εἰς ἑὸν ὁ Νεῖλος, τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς πόλιος σχίζεται τριφασίας ὁδοῦς. (4) Καὶ ἡ μὲν πρὸς ἡῶν τράπεται, τὸ καλεῖται Πηλούσιον στόμα, ἡ δὲ ἐτέρη τῶν ὁδῶν πρὸς ἐσπέρην ἔχει· τοῦτο δὲ Κανωβικὸν στόμα κέκληται. Ἡ δὲ δὴ ἰθὺς τῶν ὁδῶν τῷ Νεῖλῳ ἐστὶ ἥδε· ἀνωθεν φερόμενος ἐς τὸ δεῦν τοῦ Δέλτα ἀπικνέεται, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου σχίζων μέσον τὸ Δέλτα ἐς θάλασσαν ἐξίει, οὔτε ἑλαχίστην μοῖραν τῶ ὕδατος παρεχόμενος ταύτῃ οὔτε ἥκιστα οὐνομαστήν· τὸ καλεῖται Σεβεννυτικὸν στόμα. (5) Ἔστι δὲ καὶ ἕτερα διτράσια στόματα ἀπὸ τοῦ Σεβεννυτικοῦ ἀποσχισθέντα, φέροντα ἐς θάλασσαν· τοῖσι οὐνόματα κέεται τάδε, τῷ μὲν Σαΐτικὸν αὐτῶν, τῷ δὲ Μενδήσιον. Τὸ δὲ Βολβίτινον στόμα καὶ τὸ Βουκολικὸν οὐκ ἰθαγενέα στόματ' ἐστὶ, ἀλλ' ὀρυκτά.

XVIII. Μαρτυρεῖ δέ μοι τῇ γνώμῃ, ὅτι τοσαύτῃ ἐστὶ Αἰγυπτὸς δὴν τινὰ ἐγὼ ἀποδείκνυμι τῷ λόγῳ, καὶ τὸ Ἀμμωνος χρηστήριον γεγόνει· τὸ ἐγὼ τῆς ἔμενου-

mibi videtur, adluta terra est, et, verbo ut dicam, nuper enata. Quodsi igitur nulla olim fuit Ægyptiorum terra, quas tandem nugæ egerunt, primos se hominum fuisse existimantes? Nec vero oportebat eos experimentum facere in puerulis, quemnam sermonem primum essent emissuri. (3) Ego vero existimo, Ægyptios non simul cum Delta, quod Iones vocant, originem cepisse, quin potius semper exstilis, ex quo hominum exstitit genus; postquam vero proluviione aucta fuit eorum terra, multos quidem eorum in pristinis sedibus mansisse, alios vero paulatim versus inferiora descendisse. Olim igitur Thebæ (Thebais) Ægyptus nominabatur; cuius est circuitus sexies mille centum et viginti stadiorum.

XVI. Quodsi igitur nos recte de his statuimus, Iones non recte de Ægypto sentiunt: Sin vera est Ionum sententia, demonstrabo equidem, Græcos et ipsos Ionas nescire computare numeros. Nam quum tres esse dicant universæ terræ partes, Europam, Asiam, et Libyam; oportebat sane his quartam adnumerare, Delta Ægyptiacum; si quidem (ut iidem hi aiunt) nec Asiæ illud est, nec Libyæ. (2) Nam, secundum hanc utique rationem, non Nilus est qui Asiam a Libya disternit: sed, quum circa apicem hujus Delta in duas partes frangatur Nilus, consequens est ut inter Asiam et Libyam medium Delta sit interjectum.

XVII. Sed Ionum omittamus opinionem; nos vero de his ita statuimus: Ægyptum dicimus esse universam hanc regionem ab Ægyptiis habitatam, quemadmodum Ciliciam quæ a Cilicibus, et Assyriam quæ ab Assyriis. Limitem vero qui Asiam a Libya disternit, rectam si sequamur rationem, nullum alium novimus nisi Ægyptiorum fines. (2) Sin ea ratione utamur, quam Græci sequuntur, statuemus Ægyptum universam, initium sumentem a Catadupis [Catarrhactæ minore] et Elephantine oppido, in duas secari partes, et utrumque nomen participare; alteram enim ejus partem Africæ esse, alteram Asiæ. (3) Nilus enim postquam ad Catadupa Ægyptum primum intravit, mediam illam dividens fluit in mare. Usque ad Cercasorum igitur oppidum nonnisi uno alveo fluit: ab hoc vero oppido tres in vias scinditur, (4) quarum una orientem versus tendit, quod Pelusium ostium vocatur; altera via occidentem versus tendens, Canobicum nominatur ostium. Quæ autem Nili via recta progreditur, hæc est: postquam e superiore regione delatus ad apicem illius Delta pervenit, inde medium Delta scindens in mare undas suas exonerat, nec minimam aquarum portionem, nec minime notabilem, huic viæ tribuens: quæ Sebennyticum ostium vocatur. (5) Sunt vero etiam duo alia ostia a Sebennytico dirempta et per se in mare exeuntia: quorum alterum Saiticum, alterum nominatur Mendesium. Bolbitinum vero ostium et Bucolicum, non nativa sunt ostia, sed manu effossa.

XVIII. Confirmatur autem mea sententia, tantam esse Ægyptum quantam ego ratione demonstravi, effato etiam quod Ammonis oraculum edidit; quod effatum ego tum

τοῦ γνώμης ὕστερον περὶ Αἴγυπτον ἐπιθύμην. (2) Οἱ γὰρ δὴ ἐκ Μαρῆς τε πόλιος καὶ Ἀπιδος οἰκόντες Αἰγύπτου τὰ πρόσουρα Λιβύῃ, αὐτοὶ τε δοκούντες εἶναι Λίβυες καὶ οὐκ Αἰγύπτιοι, καὶ ἀγρόμενοι τῇ περὶ τὰ ἱρὰ
 5 θρησκυίῃ, βουλόμενοι θηλέων βοῶν μὴ ἔργεσθαι, ἐπεμψαν ἐς Ἀμμωνὰ φάμενοι οὐδὲν σφίσι τε καὶ Αἰγυπτίοις κοινὸν εἶναι· οἰκέειν τε γὰρ ἔξω τοῦ Δέλτα καὶ οὐκ ὁμολογέειν αὐτοῖσι, βούλεσθαι τε πάντων σφίσι ἐξεῖναι γεέσθαι. (3) Ὁ δὲ θεὸς σφρας οὐκ ἔα ποιεῖν ταῦτα,
 10 φὰς Αἴγυπτον εἶναι ταύτην τὴν ὁ Νεῖλος ἐπιὼν ἄρδει, καὶ Αἰγυπτίους εἶναι τούτους οἱ ἐνερθε Ἐλεφαντίνης πόλιος οἰκόντες ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τούτου πίνουσι. Οὕτω σφι ταῦτα ἐχρήσθη.

XIX. Ἐτέρχεται δὲ ὁ Νεῖλος, ἐπεὰν πληθύνῃ, οὐ
 15 μόνον τὸ Δέλτα, ἀλλὰ καὶ τοῦ Λιβυκοῦ τε λεγομένου χώρου εἶναι καὶ τοῦ Ἀραβίου, ἐνισχυῇ καὶ ἐπὶ δύο ἡμερέων ἑκατέρωθι δδόν, καὶ πλεῖν ἐτι τούτου καὶ ἔλασσον. (2) Τοῦ ποταμοῦ δὲ φύσις περί οὔτε τι τῶν ἱρώων οὔτε ἄλλου οὐδενὸς παραλαβείν ἐδυνάσθη. Πρῶτον
 20 μος δὲ ἔα τάδε παρ' αὐτῶν πυθέσθαι, ὅ τι κατέρχεται μὲν ὁ Νεῖλος πληθύνει ἀπὸ τροπέων τῶν θερινέων ἀρξαίμενος ἐπ' ἑκατὸν ἡμέρας, πελάσας δ' ἐς τὸν ἀριθμὸν τούτων τῶν ἡμερέων ὅπισω ἀπέρχεται, ἀπολείπων τὸ βέθρον, ὥστε βραχὺς τὸν χειμῶνα ἅπαντα διατελεί
 25 ἔων μέχρι οὗ αὐτὶς τροπέων τῶν θερινέων. (3) Τούτων ὦν περί οὐδενὸς οὐδὲν ὁδὸς τ' ἐγεγόνμην παραλαβείν παρὰ τῶν Αἰγυπτίων, ἱστορέων αὐτοὺς ἦντινα δύναμιν ἔχει ὁ Νεῖλος τὰ ἐμπάλιν πεφυκεῖναι τῶν ἄλλων ποταμῶν. Ταῦτά τε δὴ τὰ λελεγμένα βουλόμενος εἰδέναι
 30 ἱστόρεον, καὶ ὅτι αὔρας ἀποπνεούσας μόνους πάντων ποταμῶν οὐ παρέχεται.

XX. Ἀλλ' Ἐλλήνων μὲν τινες ἐπίσημοι βουλόμενοι γενέσθαι σοφῆν ἔλεξαν περὶ τοῦ ὕδατος τούτου τριφασίας ὁδοὺς, τῶν τὰς μὲν δύο τῶν ὁδῶν οὐδ' ἀξίῳ μνη-
 35 σθῆναι εἰ μὴ ὅσον σημήναι βουλόμενος μῶνον. (2) Τῶν ἡ ἐτέρῃ μὲν λέγει τοὺς ἐτησίαις ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύνει τὸν ποταμὸν, κωλύοντας ἐς θάλασσαν ἐκρέειν τὸν Νεῖλον. Πολλάκις δὲ ἐτησίαι μὲν οὐκ ὦν ἐπνευσαν, ὁ δὲ Νεῖλος τῷτο ἐργάζεται. Πρὸς δὲ, εἰ ἐτησίαι αἵτιοι
 40 ἔσαν, χρῆν καὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, ὅσοι τοῖσι ἐτησίῃσι ἀντίοι βέουσι, ὁμοίως πάσχειν καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ Νεῖλῳ, καὶ μᾶλλον ἐτι τοσούτῳ ὅσω ἐλάσσονες ἔοντες ἀσθενέστερα τὰ ρεύματα παρέχονται. (3) Εἰσι δὲ πολλοὶ μὲν ἐν τῇ Συρίῃ ποταμοὶ, πολλοὶ δὲ ἐν τῇ Λι-
 45 βύῃ, οἱ οὐδὲν τοιοῦτο πάσχουσι ὅσον τι καὶ ὁ Νεῖλος.

XXI. Ἡ δ' ἐτέρη ἀνεπιστημονεστέρη μὲν ἐστὶ τῆς λελεγμένης, λόγῳ δὲ εἴπων θωμασιωτέρη· ἡ λέγει ἀπὸ τοῦ Ὀκεανοῦ βέοντα αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι, τὸν δ' Ὀκεανὸν γῆν περὶ πᾶσαν βέειν.

XXII. Ἡ δὲ τρίτη τῶν ὁδῶν πολλὸν ἐπιεικεστάτη εἶναι μάλιστα ἐφυσται. Λέγει γὰρ δὴ οὐδ' αὐτὴ οὐδὲν, φαμένη τὸν Νεῖλον βέειν ἀπὸ τηκομένης χιόνος, ὅς βέει μὲν ἐκ Λιβύης διὰ μέσων Αἰθιοπῶν, ἐκδιδότ' δὲ ἐς Αἴγυπτον. (1) Κῶς ὦν δῆτα βέει ἂν ἀπὸ χιόνος, ἀπὸ

demum cognovi, postquam meam de Ægypto sententiam mecum jam constitutam habueram. (2) Scilicet Maræ oppidi et Apidis incolæ, quorum ager Libyæ est confinis, ipsi sese Libyes existimantes esse, non Ægyptios; quum ægre ferrent caerimonias sacrorum quæ in Ægypto observantur, cuperentque non prohiberi esu boum feminarum; ad Ammonem miserunt, dicentes, sibi nihil cum Ægyptiis esse commune; habitare enim extra Delta, nec sibi cum illis convenire, [sive, nec eadem, qua illos, lingua uti], postulareque ut sibi liceat omni genere carniū vesci. (3) Hoc vero eos deus vetuit facere, dicens, Ægyptum esse hanc terram quam Nilus affluens irriget; et Ægyptios esse hos, qui infra Elephantinen urbem habitantes, ex hoc fluvio bibant. Hoc illis oraculum editum est.

XIX. Inundat autem Nilus, ubi justum augmentum cepit, non modo Delta, verum etiam eas regiones, quæ vel Libyæ dicuntur esse, vel Arabiæ, et quidem alicubi ad bidui utrimque viam, alibi etiam amplius, alibi minus. (2) De natura autem hujus fluvii nec a sacerdotibus, nec ab alio quocquam discere quidquam potui. Cupidus autem eram ex illis cognoscere, cur Nilus descendat augmentum capiens inde a solstitio æstivo ad centum dies, dein, expleto fere hoc numero dierum, retro cedat, diminuta paulatim aquæ copia ita ut constanter per totam hiemem brevis sit, donec redeat æstivum solstitium. (3) De his igitur nihil quidquam potui comperire ab Ægyptiis, quum ex eis quaererem, quamnam vim habeat Nilus, quod natura contraria esset atque reliqui fluvii. Hæc igitur, quæ dixi, cognoscere cupiens, sciscitatus sum, tum vero etiam, cur unus omnium fluviorum nullas efflantes auras præberet.

XX. Græcorum vero nonnulli, insignes esse cupientes sapientiæ nomine, triplices vias explicandæ fluvii hujus nature inierunt: quarum viarum duas ne commemorare quidem operæ pretium duco, nisi quod nude significare eas volo. (2) Nempe earum altera [quæ Thaletem auctorem habet] ait, ventos etesias efficere ut augeatur flumen, prohibentes Nilum quominus in mare influat. At sæpius accidisse novimus, ut non flarent etesiae, et idem tamen fecerit Nilus. Ad hæc, si etesiae in causa essent, oporteret ut aliis etiam fluviiis, qui adversus etesias fluunt, idem quod Nilo et eodem modo accideret; atque eo etiam magis, quo minores sunt illi, adeoque cursum habent debiliorem. (3) Sunt autem in Syria multi fluvii, sunt item in Libya, quibus nihil tale accidit quale Nilo.

XXI. Altera via [Hecataei] inscitior est quidem, quam prædicta, sed (ut ita dicam) mirabilior: ait enim, eo id facere Nilum, quod ab Oceano fluat; Oceanum autem totam circumfluere terram.

XXII. Jam tertia illarum viarum [Anaxagoræ] quum maxime speciosa sit, maxime omnium a vero aberrat. Nam et hæc nihil dicit, quum ait, e liquefacta nive fluere Nilum; qui quidem ex Libya per mediam fuit Æthiopiam, ac tum demum Ægyptum intrat. (2) Quo igitur pacto e nive

τῶν θερμωτάτων τόπων ῥέων ἐς τὰ ψυχρότερα; τῶν τὰ πολλὰ ἔστι ἀνδρὶ γε λογίεσθαι τοιούτων περὶ ὧν τε εἶναι, ὥς οὐδὲ οἶκος ἀπὸ χιόνος μιν ῥέειν. (3) Πρῶτον μὲν καὶ μέγιστον μαρτύριον οἱ ἀνεμοὶ παρέχονται πνέοντες ἀπὸ τῶν χωρῶν τούτων θερμοὶ· δεύτερον δὲ, ὅτι ἀνομβρός ἡ χώρα καὶ ἀκρύσταλλος διατελεῖ ἐούσα, ἐπὶ δὲ χιόνι πεσοῦσα πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ὕσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι, ὥστε εἰ ἐχιόνιζε, ὕετο ἂν ταῦτα τὰ χωρία. (4) Τρίτα δὲ οἱ ἀνθρώποι ὑπὸ τοῦ καύματος μέλανες εἶναι· ἱκτῖνοι δὲ καὶ χελιδόνες δι' ἔτεος εἶναι οὐκ ἀπολείπουσι, γέραναι δὲ φεύγουσαι τὸν χειμῶνα τὸν ἐν τῇ Σκυθικῇ χώρῃ γινόμενον φοιτέουσι ἐς χειμασθῆν ἐς τοὺς τόπους τούτους. (5) Εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε καὶ ὁσόντων ταύτην τὴν χώραν δι' ἧς τε ῥέει καὶ ἐκ τῆς ἀρχεται ῥέων ὁ Νεῖλος, ἦν ἂν τούτων οὐδὲν, ὥς ἡ ἀνάγκη ἐλέγχει.

XXIII. Ὁ δὲ περὶ τοῦ Ὀκεανοῦ λέξας ἐς ἀφανὲς τὸν μῦθον ἀνενείκας οὐκ ἔχει ἐλεγχόν· οὐ γάρ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν Ὀκεανὸν εἶναι, Ὅμηρον δὲ ἢ τινα τῶν πρότερον γενομένων ποιητῶν δοκέω τὸ οὐνομα εὐρόντα ἐς τὴν ποιήσιν ἐσενεῖκασθαι.

XXIV. Εἰ δὲ δεῖ μεμψάμενον γνώμας τὰς προκειμένης αὐτὸν περὶ τῶν ἀφανῶν γνώμην ἀποδείξασθαι, φράσω διότι μοι δοκεῖ πλῆθυνεσθαι ὁ Νεῖλος τοῦ θέρος. Τὴν χειμερινὴν ὥρην ἀπελαυνόμενος ὁ ἥλιος ἐκ τῆς ἀρχαίης διεξόδου ὑπὸ τῶν χειμῶνων ἐρχεται τῆς Λιβύης τὰ ἄνω. (2) Ὡς μὲν νυν ἐν ἐλαχίστῳ δηλῶσαι, πᾶν εἴρηται· τῆς γὰρ ἂν ἀγχοτάτω ἢ χώρας οὗτος ὁ θεὸς καὶ κατ' ἦντινα, ταύτην οἶκος οὐψὲν τε ὑδάτων μάλιστα καὶ τὰ ἐγγύρια βρέματα μαραίνεισθαι τῶν ποταμῶν.

XXV. Ὡς δὲ ἐν πλεονί λόγῳ δηλῶσαι, ὧδε ἔχει. Διεξιὼν τῆς Λιβύης τὰ ἄνω ὁ ἥλιος τὰδε ποιεῖ· ἅτε διὰ παντὸς τοῦ χρόνου αἰθρίου τε εἶναι τοῦ ἥερος τοῦ κατὰ ταῦτα τὰ χωρία καὶ ἀλεινῆς τῆς χώρας εἰσσης, οὐκ εἶναι ἀνέμων ψυχρῶν, διεξιὼν ποιεῖ οἷον περ καὶ τὸ θέρος ἔωθε ποιεῖν ἰὼν τὸ μέσον τοῦ οὐρανοῦ. (2) ἔλκει γὰρ ἐπ' ἐωυτὸν τὸ ὕδωρ, ἐλκύσας δὲ ἀπωθεῖ ἐς τὰ ἄνω χωρία, ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ ἀνεμοὶ καὶ διασκιδνάντες τήκουσιν· καὶ εἰσι οἰκώτους οἱ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας πνέοντες, ὅ τε νότος καὶ ὁ λίψ, ἀνέμων πολλὸν τῶν πάντων ὑετώτατοι. (3) Δοκεῖ δὲ μοι οὐδὲ πᾶν τὸ ὕδωρ τὸ ἐπέτεον ἐκάστοτε ἀποπέμπεσθαι τοῦ Νεῖλου ὁ ἥλιος, ἀλλὰ καὶ ὑπολείπεσθαι περὶ ἐωυτόν. Πρὴν γινόμενου δὲ τοῦ χειμῶνος ἀπέρχεται ὁ ἥλιος ἐς μέσον τὸν οὐρανὸν ὀπίσω, καὶ τὸ ἐνθεῦτεν ἦδη ὁμοίως ἀπὸ πάντων ἔλκει τῶν ποταμῶν. (4) Τίως δὲ οἱ μὲν ὁμβρίου ὕδατος συμμιτομένην πολλοὺς αὐτοῖσι, ἅτε ὑομένης τε τῆς χώρας καὶ κεχαρδωμένης, ῥέουσι μεγάλοι· τοῦ δὲ θέρος τῶν τε ὁμβρίων ἐπιλειπόντων αὐτοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐλκόμενοι ἀσθενέες εἰσὶ. (5) Ὁ δὲ Νεῖλος ἐὼν ἀνομβρός, ἐλκόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου, μόνος ποταμῶν τούτων τὸν χρόνον οἰκώτως αὐτὸς ἐωυτοῦ ῥέει πολλῷ ὑποδεέστερος ἢ τοῦ θέρος· τότε μὲν γὰρ μετὰ

fluat, qui e calidissimis locis fluit in frigidiora? Quorum rerum pleraque sunt ejusmodi, ut homini, qui quidem judicare de talibus rebus valet, nullo modo probabile videatur Nilum fluere ex nive. (3) Primum quidem et maximum documentum exhibent venti, qui ex illis locis calidi perflant. Deinde hoc, quod constanter illa regio absque imbris et absque glacie est: postquam autem nix decidit, omnino necesse est ut intra quinque dies pluatur; quare, si ningeret in illis regionibus, plueret etiam. (4) Tertium documentum sunt homines, ab aestu nigri: tum quod milvi et hirundines non desinunt istic peregrinae esse; grues vero, hiemem Scythicae terrae fugientes, in hac loca tamquam in hiberna confugiunt. (5) Quodsi ergo ningeret, vel quantulumcumque, in hac regione per quam fluit et ubi initium capit Nilus, nihil horum esset futurum, quemadmodum necessitas arguit.

XXIII. Qui vero de Oceano dixit, is quum rem, de qua quaeritur, in obscurum rejecerit, refutari non meretur. Ego enim fluvium Oceanum nullum novi: Homerum vero, aut alium ex antiquioribus poetis, puto invenisse nomen, et in poesin introduxisse.

XXIV. Jam si, improbatas sententiis quae ab aliis sunt propositae, nunc meam de rebus tam oculis deheo declarare, dicam qua de causa fieri mihi videatur, ut aestate Nilus augeatur. Hiberno tempore sol, a priore cursu per hiemes depulsus, per superiora Libyae transit. (2) Ita brevissimis verbis res tota declarata est: cui enim regioni proximus est hic deus, et supra quam ille transit, eam consentaneum est maxime sitire et aquae inopiam pati, adeoque maxime exsiccari fluviorum scaturigines quae sunt in ea regione.

XXV. Ut vero pluribus verbis rem declararem, ita se habet. Sol, per superiora Libyae transiens, facit hocce: quum in illis locis constanter serenus sit aer, quumque calida sit ipsa regio, nec venti frigidi; per ea loca transiens sol facit idem, quod aestate facere consuevit, quando per medium caelum transit. (2) Scilicet attrahit ad se aquam, attrahitque in superiora loca dispellit, quam suscipientes venti dissipantesque liquefaciunt; ex quo consequitur ut venti ex illa regione flantes, Notus et Africus, omnium ventorum maxime sint pluvii. (3) Videtur autem mihi sol ne omnem quidem Nili aquam, quam quotannis attrahit, semper demittere, sed partem etiam circum se retinere. Mitescente vero hieme, redit sol in medium caelum, et ab eo inde tempore pariter ex omnibus fluminibus aquam attrahit. (4) Ante id tempus igitur, quum multa de caelo aqua fluviis misceatur, quippe imbris perfusa terra, torrentibusque excavata, grandes illi fluunt: aestate vero, quum imbres eos deficiunt et sol aquam fluviorum attrahit, fluunt tenues. (5) Quare consentaneum est ut Nilus, quum imbris non augeatur, aqua vero ejus a sole attrahatur, solus fluviorum per hiemem multo tenuior fluat quam aestate: aestate enim

πάντων τῶν ὑδάτων ἴσον ἔλκεται, τὸν δὲ χειμῶνα μόνος πιέζεται. Οὕτω τὸν ἥλιον νενομίκα τούτων αἴτιον εἶναι.

XXVI. Αἴτιος δὲ οὗτος οὗτος κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν
 5 καὶ τὸν ἥερα ξηρὸν τὸν ταύτη εἶναι, διακαίων τὴν διεξοδὸν αὐτοῦ· οὕτω τῆς Λιβύης τὰ ἄνω θέρος αἰεὶ κατέχει. (2) Εἰ δὲ ἡ στάσις ἡλακτο τῶν ὠρέων, καὶ τοῦ οὐρανοῦ τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμῶν ἐστῆσι, ταύτη μὲν τοῦ νότου ἦν ἡ στάσις καὶ τῆς μεσαμβρίας, τῇ δὲ ὁ
 10 νότος νῦν ἔστηκε, ταύτη δὲ ὁ βορέης, εἰ ταῦτα οὕτω εἶχε, ὁ ἥλιος ἂν ἀπελαυνόμενος ἐκ μέσου τοῦ οὐρανοῦ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ βορέως ἦεν τὰ ἄνω τῆς Εὐρώπης κατὰ περ νῦν τῆς Λιβύης ἔρχεται, διεξιόντα δ' ἂν μιν διὰ πάσης Εὐρώπης ἔλπομαι ποιεῖν ἂν τὸν
 15 Ἴστρον τὰ περ νῦν ἐργάζεται τὸν Νεῖλον.

XXVII. Τῆς αὐρῆς δὲ περί, ὅτι οὐκ ἀποπνέει, τήνδε ἔχω γνώμην, ὡς κάρτα ἀπὸ θερμῶν γωρέων οὐκ οἴκος ἐστὶ οὐδὲν ἀποπνέειν, αὐρῇ δὲ ἀπὸ ψυχροῦ τινὸς φιλέει πνέειν.

XXVIII. Ταῦτα μὲν νῦν ἔστω ὡς ἐστὶ τε καὶ ὡς ἀρχὴν ἐγένετο· τοῦ δὲ Νεῖλου τὰς πηγὰς οὕτε Αἰγυπτίων οὕτε Λιβύων οὕτε Ἑλλήνων τῶν ἐμοὶ ἀπικομένων ἐς λόγους οὐδεὶς ὑπέσχετο εἰδέναι, εἰ μὴ ἐν Αἰγύπτῳ ἐν Σαῖ πολὶ ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱρῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίων.
 25 (3) Οὗτος δ' ἐμοίγε παίζειν ἐδόκεε φάμενος εἰδέναι ἀτρεκέως. Ἐλεγε δὲ ὧδε, εἶναι δύο οὖρα ἐς ὅζῳ τὰς κορυφὰς ἀπηγμένα, μεταξὺ Συήνης τε πόλιος κείμενα τῆς Θηβαίδος καὶ Ἐλεφαντίνης, οὐνόματα δὲ εἶναι τοῖσι οὖρεσι τῷ μὲν Κρώφι, τῷ δὲ Μῶφι. (3) τὰς ὧν
 30 δὴ πηγὰς τοῦ Νεῖλου εἰσὺς ἀδύσσους ἐκ τοῦ μέσου τῶν οὐρέων τούτων ῥεῖν, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ ὕδατος ἐπ' Αἰγύπτου ῥεῖν καὶ πρὸς βορέην ἄνεμον, τὸ δ' ἕτερον ἥμισυ ἐπ' Αἰθιοπίας τε καὶ νότου. (4) Ὡς δὲ ἄβυσσοί εἰσι αἱ πηγαί, ἐς διάπειραν ἐφ' οὗτου Ψαμίτιχον
 35 Αἰγύπτου βασιλεῖα ἀπικέσθαι· πολλῶν γὰρ αὐτὸν χιλιάδων ὀργυείων πλεζάμενον κάλον κατεῖναι τυχὴ καὶ οὐκ ἐξικέσθαι ἐς βυσσόν. (5) Οὕτω μὲν δὴ ὁ γραμματιστὴς, εἰ ἄρα ταῦτα γενόμενα ἔλεγε, ἀπέφαινε, ὡς ἐμὲ κατανοεῖν, δίνας τινὰς ταύτῃ εἰσὺς ἰσχυρὰς καὶ πα-
 40 λήροισιν, οἷα δὲ ἐμβάλλοντος τοῦ ὕδατος τοῖσι οὖρεσι, μὴ δύνασθαι κατιεμένην καταπειρητήρην ἐς βυσσὸν ἵεναι.

XXIX. Ἄλλου δὲ οὐδενὸς οὐδὲν ἐδυνάμην πυνθῆσθαι, ἀλλὰ τοσόνδε μὲν ἄλλο ἐπὶ μακρότατον ἐπυθόμην, μέ-
 45 χρι μὲν Ἐλεφαντίνης πόλιος αὐτόπτης ἔλθων, τὸ δ' ἀπὸ τούτου ἀκοῇ ἤδη ιστορέων. (2) Ἀπ' Ἐλεφαντίνης πόλιος ἄνω ἰόντι ἀναντές ἐστὶ χωρίον· ταύτῃ ὧν δεῖ τὸ πλοῖον διαδῆσαντας ἀμφοτέρωθεν κατὰ περ βοῦν πορεύεσθαι· ἦν δὲ ἀποραγῇ, τὸ πλοῖον οἴχεται φερόμενον
 50 ὑπ' ἰσχύος τοῦ ῥόου. Τὸ δὲ χωρίον τοῦτο ἐστὶ ἐπ' ἡμέρας τέσσαρας πλῆος, σχολιὸς δὲ ταύτῃ κατὰ περ ὁ Μαϊάνδρος ἐστὶ ὁ Νεῖλος· σχοῖνοι δὲ δωδεκά εἰσι οὗτοι τοὺς δεῖ τούτῳ τῷ τρόπῳ διεκπλῶσαι. (3) Καὶ ἐπει-

pariter atque aliae omnes aquae attrahitur, hieme vero solus hoc patitur. Ita equidem mihi persuasi, solem esse huius rei causam.

XXVI. Est autem, ut mea fert opinio, idem sol etiam causa, quae ut aer ibi siccus sit efficit, omnia qua transit exurens : unde fit, ut superiora Libyae perpetuo aestu preman-
 (2) Quodsi permutteretur statio plagarum; si in ea caeli parte, qua nunc stat Boreas et hiems, foret Notus et meri-
 dies; contra, ubi nunc Notus, ibi Boreas staret : haec si ita haberent, sol ab hieme et Borea e medio caelo depulsus, transiturus esset superiora Europae, quemadmodum nunc transit superiora Libyae. Quodsi ergo per Europam omnem transiret, existimo eum Istro flumini idem esse facturum quod nunc Nilo facit.

XXVII. De aura vero, quod ex Nilo non perflat, haec est mea sententia : nullo modo esse consentaneum ut e calidis locis aura perflat : aura enim e frigido aliquo spirat.

XXVIII. Sed sint haec uti sunt, utque a principio fuerunt. Fontes vero Nili nemo neque Aegyptiorum, nec Liby-
 byum, nec Graecorum, quibuscum ego sermones miscui, se scire professus est, nisi in Aegypto, in Sai oppido, scriba-
 rerum pretiosarum quae Minervae consecratae sunt. (2) At is ludere mihi visus est, dicens accurate se nosse. Dixit
 autem hoc modo : esse duos montes, cacuminibus in acutum desinentibus, inter Syenen Thebaidis oppidum et inter
 Elephantinen sitos; quorum alter Crophi, alter Mophi nominetur. (3) E medio horum montium fluere Nili fontes,
 fundum nullum habentes; et dimidium quidem aquarum versus Aegyptum et septemtrionem fluere, alterum dimi-
 dium versus Aethiopiam et meridiem. (4) Quod autem fundo careant hi fontes, id experimento cognovisse, aiebat,
 Psamnitichum Aegypti regem; etenim funem eo loci demis-
 sisse, multa millia orgyiarum continentem, neque ad fundum pervenisse. (5) Ita scriba ille, si modo vera sunt quae
 dixit, declaravit; ut equidem intelligo, esse hic validi quidam gurgites et aquarum reperussio, quae quia videntur
 montibus illidantur, descendere in fundum non posse demissam bolidem.

XXIX. Ex alio vero nemine nihil quidquam potui comperire. Sed haec certe alia, quae ad superiorem Aegyptum spectant, quoad longissime potui, exquirendo cognovi; quum
 usque ad Elephantinen oppidum ipse spectator accesserim, ulteriora vero auditu acceperim. (2) Ab Elephantine oppi-
 do superiora petenti acclivis locus est. Eo igitur loco navi utrimque, veluti bove, alligata oportet iter facere : quod-
 si rumpatur funis, retrogreditur navigium, vi fluminis abreptum. Est autem ille locus quattuor dierum navigatio;
 et tortuosus ibi Nilus est, quemadmodum Maeander : schoeni autem sunt duodecim, per quos isto modo navigare

5 τεν ἀπῆλθαι ἐς πεδίον λεῖον, ἐν τῷ νῆσον περιρρέει δὲ Νεῖλος· Ταχομψὺ οὖνομα αὐτῇ ἐστί. Οἰκέουσι δὲ τὰ ἀπ' Ἑλεφαντίνης ἄνω Αἰθίοπες ἥθη, καὶ τῆς νήσου τὸ ἥμισυ, τὸ δὲ ἥμισυ Αἰγύπτιοι. (4) Ἐγεται δὲ τῆς νήσου λίμνη μεγάλη, τὴν περίῃ νομάδες Αἰθίοπες νέμονται· τὴν διεκπλώσας ἐκ τοῦ Νεῖλου τὸ ῥέεθρον ἤξει, τὸ ἐς τὴν λίμνην ταύτην ἐκδιδοῖ. Καὶ ἐπείτεν ἀποβάς παρὰ τὸν ποταμὸν ὁδοπορίην ποιῆσαι ἡμερέων τεσσαράκοντα· σκοπελοὶ τε γὰρ ἐν τῷ Νείλῳ ὀξέες ἀνέχουσι.

10 καὶ χοιράδες πολλαὶ εἰσι, δι' ὧν οὐκ οἶά τε ἐστι πλώειν. (5) Διεξελθὼν δὲ ἐν τῇσι τεσσαράκοντα ἡμέρησι τοῦτο τὸ χωρίον, αὐτὶς ἐς ἔτερον πλοῖον ἐμβὰς δωδεκά ἡμέρας πλώσει, καὶ ἐπείτεν ἤξει ἐς πόλιν μεγάλην τῇ οὖνομά ἐστι Μερὸν· λέγεται δὲ αὕτη ἡ πόλις εἶναι μητρόπολις τῶν ἄλλων Αἰθίοπων. (6) Οἱ δ' ἐν ταύτῃ Δία θεῶν καὶ Διόνυσον μόνους σέβονται, τοὺς τε μεγάλως τιμέουσι, καὶ σφι μαντήιον Διὸς κατέστηκε. Στρατεύονται δ' ἐπέαν σφας ὁ θεὸς οὗτος κελεύῃ διὰ θεσπισμάτων, καὶ τῇ ἂν κελεύῃ, ἐκέισε.

20 XXX. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς πόλεως πλώων ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἄλλω ἤξει ἐς τοὺς αὐτομολοὺς ἐν ὅσῳ περ ἐξ Ἑλεφαντίνης ἦλθες ἐς τὴν μητρόπολιν τὴν Αἰθίοπων. Τοῖσι δὲ αὐτομόλοισι τούτοις οὖνομά ἐστι Ἀσμάχ, δύνανται δὲ τοῦτο τὸ ἔπος κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν οἱ

25 ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς παριστάμενοι βασιλεῖ. (2) Ἀπέστησαν δὲ αὐτὰ τέσσαρες καὶ εἰκοσι μυριάδες Αἰγυπτίων τῶν μαχίμων ἐς τοὺς Αἰθίопας τούτους δι' αἰτίην τοιγύδε. Ἐπὶ Ψαμμίτιχου βασιλέως φυλακὰ κατέστασαν ἐν τε Ἑλεφαντίνῃ πόλει πρὸς Αἰθίοπων καὶ ἐν Δάρνησι

30 τῇσι Πηλουσίῃσι ἄλλῃ πρὸς Ἀραβίων καὶ Σύρων, καὶ ἐν Μαρῇ πρὸς Λιβύης ἄλλῃ. (3) Ἐτι δὲ ἐπ' ἐμεῦ καὶ Περσέων κατὰ ταῦτα αἱ φυλακαὶ ἔχουσι ὥς καὶ ἐπὶ Ψαμμίτιχου ἔσαν· καὶ γὰρ ἐν Ἑλεφαντίνῃ Πέρσαι φρουρέουσι καὶ ἐν Δάρνησι. Τοὺς ὧν δὴ Αἰγυπτίους

35 τρία ἔτεα φρουρήσαντας ἀπίλκε οὐδεὶς τῆς φρουρῆς· οἱ δὲ βουλευσάμενοι καὶ κοινῷ λόγῳ χρυσάμενοι πάντες ἀπὸ τοῦ Ψαμμίτιχου ἀποστάντες ἦσαν ἐς Αἰθιοπίην. (4) Ψαμμίτιχος δὲ πυθόμενος ἐδόικε· ὥς δὲ κατελαβε, ἐδόετο πολλὰ λέγων, καὶ σφας θεοὺς πατρώϊους ἀπολιπεῖν οὐκ ἔα καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας. Τῶν δὲ τίνα λέγεται δεῖξαντα τὸ αἰδοῖον εἶπαι, ἐνθα ἂν τοῦτο ᾗ,

40 ἐσεσθαι αὐτοῖσι ἐνθαῦτα καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας. (5) Οὗτοι ἐπείτε ἐς Αἰθιοπίην ἀπίκοντο, διδοῦσι σφέας αὐτοῦς τῷ Αἰθίοπων βασιλεῖ. Ὁ δὲ σφας τῷδε ἀντιδωρέεται· ἔσαν οἱ διάφοροί τινες γεγονότες τῶν Αἰθίοπων· τούτους ἐκέλευε ἐξελόντας τὴν ἐκείνων γῆν οἰκέειν. Τούτων δὲ ἑσποικισθέντων ἐς τοὺς Αἰθίопας ἡμερώτεροι γεγόνασι Αἰθίοπες, ᾗδεα μαθόντες Αἰγύπτια.

XXXI. Μέχρι μὲν νυν τεσσέρων μηνῶν πλόου καὶ

60 ὁδοῦ γινώσκεται ὁ Νεῖλος πάρεξ τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ ρεύματος· τοσοῦτοι γὰρ συμβαλλομένῳ μῆνες εὐρίσκονται ἀναισιμούμενοι ἐξ Ἑλεφαντίνης πορευομένῳ ἐς τοὺς αὐτομολοὺς τούτους. Ῥεῖι δὲ ἀπ' ἐσπέρης τε καὶ ἡ-

quæ essent in Protei manibus, regis Ægyptii. (3) At
Græci, ab his se rideri existimantes, ea causa obsedis-
se urbem, donec cepissent. Capta urbe, quum nusquam
Helena reperiretur, et eandem rem, quam antea, audiverant,
experirentur Græci; sic deinde fidem priori sermoni ad-
hibentes, Menelaum ipsum ad Proteum miserunt.

CXIX. Menelaus ubi in Ægyptum pervenit, adverso
fluvio Memphim navigavit, ibique exposita rei veritate,
insignibus donis hospitalibus exceptus est, et Helenam illa-
sam recepit, insuperque opes suas omnes. (2) Verumtamen
Menelaus, quamquam hæc omnia consecutus, inique cum
Ægyptiis egit. Nam quum proficisci vellet, nec per ventos
posset, longiore interposita mora, extremum rem adgressus
est impiam et nefariam : duos puerulos sumsit hominum
indigenarum, eosque placandis ventis immolavit. (3)
Deinde postquam evulgatum est facinus, invisus Ægyptiis,
et ab eis exagitatus, profugit cum suis navibus, Libyam
versus iter intendens. Inde vero quonam pervenerit, non
amplius dicere potuerunt Ægyptii : ista vero, quæ dixi,
partim sciscitando se cognovisse aiebant, partim apud se
gesta accurate cognita habere.

CXX. Ταῦτα μὲν Αἰγυπτίων οἱ ἱερεῖς ἔλεγον· ἐγὼ δὲ τῷ λόγῳ τῷ περὶ Ἑλένης λεγθέντι καὶ αὐτὸς προστίθεμαι, τὰδε ἐπιλεγόμενος, εἰ ἦν Ἑλένη ἐν Ἰλίῳ, ἀποδοθῆναι ἂν αὐτὴν τοῖσι Ἑλλήσι ἥτοι ἐκόντος γε ἢ ἀκόντος Ἀλεξάνδρου. Οὐ γὰρ δὴ οὕτω γε φρενοβλαβὴς ἦν ὁ Πριάμος, οὐδὲ οἱ ἄλλοι οἱ προσήκοντες αὐτῷ, ὥστε τοῖσι σφετέροισι σώμασι καὶ τοῖσι τέκνοισι καὶ τῇ πόλει κινδυνεύειν ἐβούλοντο, ὅπως Ἀλέξανδρος Ἑλένη συνοική. (2) Εἰ δέ τοι καὶ ἐν τοῖσι πρώτοις χρόνοις ταῦτα ἐγίνουσιν, ἐπεὶ πολλοὶ μὲν τῶν ἄλλων Τρώων, δόκτε συμίσχουσιν τοῖσι Ἑλλήσι, ἀπώλλυντο, αὐτοῦ δὲ Πριάμου οὐκ ἔστι δτε οὐ δύο ἢ τρεῖς ἢ καὶ ἔτι πλεονες τῶν παίδων μάχης γινομένης ἀπέθνησκον, εἰ γὰρ τι τοῖσι ἐποποιοῖσι χρεώμενον λέγειν, τούτων δὲ τοιούτων συμβαινόντων ἐγὼ μὲν ἔλπομαι, εἰ καὶ αὐτὸς Πριάμος συνοίκαε Ἑλένη, ἀποδοῦναι ἂν αὐτὴν τοῖσι Ἀχαιοῖσι, μέλλοντά γε δὴ τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγῆσθαι. (3) Οὐ μὲν οὐδὲ ἡ βασιλῆϊς ἐς Ἀλέξανδρον περιῆτε, ὥστε γέροντος Πριάμου ἑόντος ἐπ' ἐκείνῳ τὰ πρῆγματα εἶναι, ἀλλ' Ἐκτωρ καὶ πρεσβύτερος καὶ ἀνὴρ ἐκείνου μᾶλλον ἔων ἔμελλε αὐτὴν Πριάμου ἀποθνήσκοντος παραλάβησθαι, τὸν οὐ προσῆκε ἀδικέοντι τῷ ἀδελφεῷ ἐπιτρέπειν, καὶ ταῦτα μεγάλων κακῶν δι' αὐτὸν συμβαινόντων ἰδίῃ τε αὐτῷ καὶ τοῖσι ἄλλοις πᾶσι Τρωσί. (4) Ἀλλ' οὐ γὰρ εἶχον Ἑλένην ἀποδοῦναι, οὐδὲ λέγουσι αὐτοῖσι τὴν ἀλήθειαν ἐπίστευσον οἱ Ἑλληνες, ὡς μὲν ἐγὼ γνῶμην ἀποφαίνομαι, τοῦ δαιμονίου παρασκευάζοντος ὅπως πανωλεθρίῳ ἀπολόμενοι καταρᾶνές τοῦτο τοῖσι ἀνθρώποις ποιήσωσι, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαί εἰσι καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν. Καὶ ταῦτα μὲν τῇ ἐμοὶ δοκεῖ εἶρηται.

CXXI. Πρωτεύς δὲ ἐκδέξασθαι τὴν βασιλῆϊν Ῥαμψίνιτον ἔλεγον, δὲ μνημόσυνα ἔλιπετο τὰ προύλακα τὰ πρὸς ἐσπέρην τετραμμένα τοῦ Ἡρακλείου, ἀντίους δὲ τῶν προύλακων ἔστησε ἀνδριάντας δύο, ἑόντας τὸ μέγεθος πέντε καὶ εἴκοσι πηγέων, τῶν Αἰγυπτίων τὸν μὲν πρὸς βορέεω ἐστειῶτα καλεῦσι θέρος, τὸν δὲ πρὸς νότον χειμῶνα· (2) καὶ τὸν μὲν καλεῦσι θέρος, τοῦτον μὲν προσκυνέουσι τε καὶ εὖ ποιεῦσι, τὸν δὲ χειμῶνα καλεῦμενον τὰ ἔμπαλιν τούτων ἔρδουσι. (1.) Πλοῦτον δὲ τούτῳ τῷ βασιλεῖ γενέσθαι ἀργύρου μέγαν, τὸν οὐδένα τῶν ὑστερον ἐπιτραφέντων βασιλέων δύνασθαι ὑπερβαλέσθαι οὐδ' ἐγγὺς ἔλθειν. (3) Βουλόμενον δὲ αὐτὸν ἐν ἀσφαλείῃ τὰ χρήματα θησαυρίζειν οἰκοδομεῖσθαι οἶκημα λίθινον, τοῦ τῶν τοίχων ἕνα ἐς τὸ ἔξω μέρος τῆς οἰκίας ἔχειν. Τὸν δὲ ἐργαζόμενον ἐπιβουλεύοντα τὰδε μηχανᾶσθαι, τῶν λίθων παρασκευάσασθαι ἕνα ἐκίρετον εἶναι ἐκ τοῦ τοίχου ῥηϊδίως καὶ ὑπὸ δύο ἀνδρῶν καὶ ὑπ' ἑνός. (4) Ὡς δὲ ἐπετελέσθη τὸ οἶκημα, τὸν μὲν βασιλέα θησαυρίσαι τὰ χρήματα ἐν αὐτῷ, χρόνου δὲ περιούτος τὸν οἰκοδόμον περὶ τελευτῇ τοῦ βίου ἑόντα ἀνακαλέσασθαι τοὺς παῖδας (εἶναι γὰρ αὐτῷ δύο), τοῦτοι δὲ ἀπηγρᾶσθαι ὡς ἐκείνων προσορέων, ὅπως βίον ἀρθρον ἔχωσι, τεχνάσαιτο οἰκο-

CXX. Hac mihi Ægyptiorum dixerunt sacerdotes : narrationi autem, quam de Helena fecerunt, ego etiam ipse adsentior, hæcce mecum reputans : si in Ilio fuisset Helena, reddituros eam Græcis fuisse Trojanos, sive volente Alexandro, sive nolente. Nam profecto non ita mente caplus erat Priamus, neque cæteri illius propinqui, ut suis ipsorum capitibus et liberis et universa urbe voluissent periclitari, quo Alexander Helenam haberet uxorem. (2) Quod si etiam initio ita secum statuissent, tamen deinde, postquam et aliorum Trojanorum complures, quoties cum Græcis congressi sunt, perierunt, et ex ipsius Priami filiis quolibet in prælio (si quidem epicorum poetarum narrationi fides habenda) duo aut tres aut etiam plures occubuerunt, his ita comparatis, puto equidem, si vel ipse Priamus Helenam duxisset uxorem, redditurum eam fuisse Græcis hac conditione, ut presentibus malis liberaretur. (3) Porro ne regnum quidem ad Alexandrum erat redituum, ut quum senex esset Priamus, rerum summa penes illum fuerit : sed Hector, et ætate major et longe illo vir fortior, in regnum mortuo Priamo erat successurus; quem non est consentaneum indulgere voluisse fratri injuste agentī, quum præsertim illius causa gravissima mala et privatim ipsum, et publice Trojanos omnes premerent. (4) Sed enim non potuerant illi Helenam reddere, et vera dicentibus fidem non adhibuerant Græci : idque (ut dicam quod sentio) factum est divino numine ita moderante, ut illi, internecone pereuntes, testatum facerent hominibus, graves injurias gravibus etiam pœnis vindicari a diis. Sed hæc quidem pro mea dixi opinione.

CXXI. Proteo in regno successisse memorarunt Rhampsinitum : qui monumenta sui reliquit propylæa templi Vulcani, occidentem spectantia. Ex adverso vero propylæorum duas posuit statuas, viginti quinque cubitorum magnitudine : quarum illam, quæ stat a septentrione, Æstatem adpellant Ægyptii; alteram, quæ ad meridiem conversa, Iliemem (2) et illam quidem, quam Æstatem vocant, adorant et donis placant; adversus illam, quæ Hiems nominatur, contrarium faciunt. (1.) Hunc regem, dixerunt, tantas opes possedisse tantamque vim argenti, ut posteriorum regum nullus, non dico superare eum opibus potuerit, sed ne prope quidem accedere. (3) Igiture in tuto reponere suas pecunias cupientem, conclave ædificandum curasse lapideum. Cujus ædificii quum unus paries extrorsum spectaret, eum cui mandatum opus erat, pecuniæ insidiantem, hocce esse machinatum : ex lapidibus unum ita parasse, ut e muro facile eximi posset a duobus aut etiam ab uno homine. (4) Absoluto ædificio, regem in illo divitias suas deposuisse. Interjecto autem tempore, quum is, qui conclave illud ædificaverat, prope vitæ finem esset, hunc advocatis ad se duobus, qui ei erant, filiis exposuisse, in ædificando regis thesauro usum se esse artificio, quo prospexisset ut opu-

δομέων τὸν θησαυρὸν τοῦ βασιλέως· (5) σαφείως δ' αὐτοῖσι πάντα ἐξηγησάμενον τὰ περὶ τὴν ἐξάιρσιν τοῦ λίθου δοῦναι τὰ μέτρα αὐτοῦ, λέγοντα ὅς ταῦτα διαφυλάσσοντας ταμίαι τῶν βασιλέως χρημάτων ἔσονται.

6 (6) Καὶ τὸν μὲν τελευτῆσαι τὸν βίον, τοὺς δὲ παῖδας αὐτοῦ οὐκ ἐς μακρὴν ἔργου ἔγχεσθαι, ἐπελθόντας δὲ ἐπὶ τὰ βασιλῆα νυκτὸς καὶ τὸν λίθον ἐπὶ τῷ οἰκοδομήματι ἀνευρόντας ῥηϊδίως μεταχειρίσασθαι καὶ τῶν χρημάτων πολλὰ ἐξενείκασθαι. (II.) Ὡς δὲ τυγεῖν τὸν βασι-

10 λέα ἀνοίξαντα τὸ οἶκημα, θωμάσαι ἰδόντα τῶν χρημάτων καταδεῖα τὰ ἀγγηρία, οὐκ ἔχειν δὲ ὄντινα ἐπαίτιται τῶν τε σημανάντων ὄντων σώων καὶ τοῦ οἰκήματος κεκληγμένου. (7) Ὡς δὲ αὐτῷ καὶ δις καὶ τρίς ἀνοίξαντι αἰεὶ ἐλάσσω φαίνεσθαι τὰ χρήματα (τοὺς γὰρ κλέπτας οὐκ ἀνίεναι κεραίζοντας), ποιῆσαι μιν τάδε, πάγας προστάζει ἐργάσασθαι, καὶ ταύτας περὶ τὰ ἀγγηρία ἐν τοῖσι τὰ χρήματα ἐνῆν στήσαι. (8) Τῶν δὲ φωρῶν ὡς περ ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνου ἔλθόντων καὶ ἐσθύντος τοῦ ἐτέρου αὐτῶν, ἐπεὶ πρὸς τὸ ἄγρος προσήλ-

20 θε, ἰθέως τῇ πάγῃ ἐνέγχεσθαι. (9) Ὡς δὲ γινώσκει αὐτὸν ἐν οἴῳ κακῷ ἦν, ἰθέως καλέειν τὸν ἀδελφεὸν καὶ δηλοῦν αὐτῷ τὰ παρόντα, καὶ κελεύειν τὴν ταχίστην ἐσθύντα ἀποταμέειν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, ὅπως μὴ αὐτὸς ὀφθαίς καὶ γνωρισθεὶς ἐς εἴη προσάπολεϊ καὶ ἐκείνῳ. (10) Τῷ δὲ δοῦναι εὖ λέγειν, καὶ ποιῆσαι μιν πεισθέντα ταῦτα, καὶ καταρμόσαντα τὸν λίθον ἀπιέναι ἐπ' οἴκου, φέροντα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀδελφεοῦ. (III.) Ὡς δὲ ἡμέρῃ ἐγένετο, ἐσελθόντα τὸν βασιλέα ἐς τὸ οἶκημα ἐκπεπληγχοὶ ὁρέοντα τὸ σῶμα τοῦ φωρὸς ἐν τῇ πάγῃ ἄνευ τῆς κεφαλῆς

30 ἐόν, τὸ δὲ οἶκημα ἀσινὲς καὶ οὔτε ἐσοδὸν οὔτε ἐξόδον οὐδεμίαν ἔχον. (11) Ἀπορεύμενον δὲ μιν τάδε ποιῆσαι· τοῦ φωρὸς τὸν νέκυν κατὰ τοῦ τείγους κατακρεμάσαι, φυλάκους δὲ αὐτοῦ καταστήσαντα ἐντειλάσθαι σφι, τὸν ἂν ἰδῶνται ἀποκλαύσαντα ἢ κατοικτισάμενον, συλλα-

35 βόντας ἀγειν μὲν ἐκωτοῦ. (12) Ἀνακρεμαζόμενον δὲ τοῦ νέκους τὴν μητέρα δεινῶς φέρειν, λόγους δὲ πρὸς τὸν περιέοντα παῖδα ποιευμένην προστάσσειν αὐτῷ, δευρὶ τρόπῳ δύναται, μηχανᾶσθαι ὅπως τὸ σῶμα τοῦ ἀδελφεοῦ καταλύσας κομιέει· εἰ δὲ τούτων ἀμελήσει, δια-

40 πελῆειν αὐτὴν ὡς ἐλθούσα πρὸς τὸν βασιλέα μηνύσει αὐτὸν ἔχοντα τὰ χρήματα. (IV.) Ὡς δὲ χαλεπῶς ἐλαμβάνετο ἡ μήτηρ τοῦ περιέοντος παιδὸς καὶ πολλὰ πρὸς αὐτὴν λέγων οὐκ ἐπειθε, ἐπιτεχνήσασθαι τοιάδε μιν, ὄνους κατασκευασάμενον καὶ ἀσκούς πλῆσαντα οἴνου

45 ἐπιθεῖναι ἐπὶ τῶν ὄνων, καὶ ἐπειτεν ἐλαύνειν αὐτούς· (13) ὥς δὲ κατὰ τοὺς φυλάσσοντας ἦν τὸν κρεμαζόμενον νέκυν, ἐπισπᾶσαντα τῶν ἀσκῶν δύο ἢ τρεῖς ποδεῶνας αὐτὸν λύνειν ἀπαμείβους· ὥς δὲ ἔρρεε ὁ οἶνος, τὴν κεφαλὴν μιν κόπτεσθαι μεγάλα βῶντα ὡς οὐκ ἔχοντα

50 πρὸς ὁκοῖον τῶν ὄνων πρῶτον τράπηται. (14) Τοὺς δὲ φυλάκους ὡς ἰδέειν πολὺν ῥέοντα τὸν οἶνον, συντρέχειν ἐς τὴν ὁδὸν ἀγγηρία ἔχοντας, καὶ τὸν ἐκχευόμενον οἶνον συγκομίζειν ἐν κέρδεϊ ποιευμένους· τὸν δὲ διαλοιδορῆσθαι πᾶσι ὁρῆν προσκυβέμενον, παραμυθευμένων

lentam haberent rem familiarem. (5) Perspicue igitur illos docuisse quo pacto eximi lapis posset, et mensuras illis tradidisse, quas si observassent, futuros eos aiebat esse regiarum opum dispensatores. (6) Hoc igitur vita functo, filios haud multo post operi admovisse manus: noctu ad regiam accedentes, lapidem in aedificio a se inventum facili opera tractasse, multumque pecuniae extulisse. (II) Quum forte dein conclave rex aperuisset, videretque diminutas in vasis pecunias, miratum esse; nec vero quem culparet habuisse, quum sigilla januae salva fuissent, et aedificium clausum. (7) Ubi autem iterum et tertio aperiens, constanter minui vidit pecunias (nec enim spoliare desissse fures), hocce eum fecisse: laqueos confici jussisse, eosque circa vasa, in quibus inerant pecuniae, collocari. (8) Ventitasse dein, ut antea, fures: quorum quum irrepsisset aller, et ad vas accessisset, continuo hunc laqueo esse captum. (9) Eundem vero, videntem quo in malo esset, protinus vocato fratri significasse quid accidisset, jussisseque eum ut continuo ipse irreperet, sibi que caput abscinderet; ne, sese conspecto, agnitoque quis esset, ille simul male esset periturus. (10) Et illum, probato hujus consilio, fecisse ut jusserrat frater, adaptatoque iterum lapide domum abiisse, caput fratris asportantem. (III.) Ut illuxit, ingressum regem in conclave obstupuisse, conspecto corpore furis laqueo constricti et capite carentis, quum praesertim illaesus aedificium, nullumque vel introitum vel exitum videret. (11) Itaque haerentem animo, hocce fecisse: cadaver furis ex muro suspendisse, adpositisque custodibus imperasse, ut, si quem vidissent deplorantem aut lamentantem, hunc prehensum ad se adducerent. (12) Interim suspensio furis cadavere vehementer dolentem matrem, collatis cum superstite filio sermonibus imperasse huic, ut, quoquo modo quibusve artibus posset, solvere cadaver fratris et sibi adferre conaretur; adjecisseque minas, eam rem si ille neglexisset, regem se adituram, ipsumque, ut qui illius pecunias habeat, delaturam. (IV.) Ita aspere a matre acceptum filium superstitem, postquam nullo pacto illam potuisset commovere, dolum excogitasse hujusmodi: instructis asinis utres imposuisse vino plenos, eosque per viam publicam agitasse; (13) quumque prope locum fuisset ubi erant cadaveris suspensi custodes, attractos duos aut tres utrum pendulos petiolos solvisse; tum, effluente vino, caput sibi pulsasse ingenti edito clamore, quasi incertum, ad quemnam ex asinis primum se converteret. (14) Custodes, multum fluere vini videntes, in viam concurrisse, vasa lenentes, effluensque vinum, ut suum in lucrum cedens, colligentes; illum autem, vehementer se iratum simulantem, maledictis eos lacerasse. Custodibus

δὲ αὐτὸν τῶν φυλάκων χρόνῳ πρὶνέσθαι προσποιέσθαι καὶ ὑπείσθαι τῆς ὀργῆς, τέλος δὲ ἐξελάσαι αὐτὸν τοὺς ὄνους ἐκ τῆς ὁδοῦ καὶ κατασκευάζειν. (15) Ὡς δὲ λόγους τε πλεῖνυα ἐγγίνεσθαι καὶ τινα καὶ σκῶψαί μιν
 5 καὶ ἐς γέλῳτα προαγαγεσθαι, ἐπιδοῦναι αὐτοῖσι τῶν ἀρκῶν ἕνα· τοὺς δὲ αὐτοῦ ὥσπερ εἶχον κατακλιθέντας πίνειν διανοέσθαι, καὶ ἐκείνους παραλαμβάνειν καὶ κελεύειν μετ' ἐσωτῶν μέιναντα συμπίνειν· τὸν δὲ πεισθῆναι τε δὴ καὶ καταμείναι. (16) Ὡς δὲ μιν παρὰ τὴν
 10 πόσιν φιλοφρόνως ἡσπάζοντο, ἐπιδοῦναι αὐτοῖσι καὶ ἄλλον τῶν ἀρκῶν· δαψυλεῖ δὲ τῷ ποτῷ χρησαμένου τοὺς φυλάκους ὑπερμεθυσοῦνται καὶ κρατηθέντας ὑπὸ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ ἐνθα περ ἔπινον κατακοιμηθῆναι. (17) Τὸν δὲ, ὡς πρόσω ἦν τῆς νυκτὸς, τό τε σῶμα τοῦ
 15 ἀδελφεοῦ καταλύσαι καὶ τῶν φυλάκων ἐπὶ λύμῃ πάντων ξυρῆσαι τὰς δεξιὰς παρηγίδας, ἐπιθέντα δὲ τὸν νέκυν ἐπὶ τοὺς ὄνους ἀπελαύνειν ἐπ' οἴκου, ἐπιτελέσαντα τῇ μητρὶ τὰ προσταχθέντα. (V.) Τὸν δὲ βασιλέα, ὡς αὐτῷ ἀπηγγέλη τοῦ φωρὸς ὁ νέκυσ ἐκκεκλεμμένος,
 20 δεινὰ ποιεῖν. (18) πάντως δὲ βουλόμενον εὐρεθῆναι, ὅστις κοτὲ εἴη ὁ ταῦτα μηχανώμενος, ποιῆσαι μιν τάδε, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστά· τὴν θυγατέρα τὴν ἐσωτοῦ κατίζειν ἐπ' οἰκήματος, ἐντειλάμενον πάντας τε ὁμοίως προσδέκεσθαι, καὶ πρὶν συγγενέσθαι, ἀναγκάζειν λέγειν αὐτῇ
 25 ὅ τι δὴ ἐν τῷ βίῳ ἐργασθαι αὐτῷ σφώτατον καὶ ἀνοσιώτατον· ἃς δ' ἂν ἀπηγγέσθαι τὰ περὶ τὸν φῶρα γεγεννημένα, τοῦτον συλλαμβάνειν καὶ μὴ ἀπιέναι ἔξω. (19) Ὡς δὲ τὴν παῖδα ποιεῖν τὰ ἐκ τοῦ πατρὸς προσταθέντα, τὸν φῶρα πυθόμενον τῶν εἵνεκεν ταῦτα
 30 ἐπρήσσετο, βουληθέντα πολυτροπίῃ τοῦ βασιλέως περιγενέσθαι ποιεῖν τάδε· νεκροῦ προσφάτου ἀποταμόντα ἐν τῷ ὥμῳ τὴν χεῖρα ἱέναι αὐτὸν ἔχοντα αὐτὴν ὑπὸ τῷ ἱματίῳ, ἐσελθόντα δὲ ὡς τοῦ βασιλέως τὴν θυγατέρα, καὶ εἰρωτεύμενον τὰ περ καὶ οἱ ἄλλοι, ἀπηγῆσθαι ὡς ἀνοσιώτατον μὲν εἶη ἐργασμένος ὅτε τοῦ
 35 ἀδελφεοῦ ἐν τῷ θησαυρῷ τοῦ βασιλέως ὑπὸ πάγης ἀλόντος ἀποτάμοι τὴν κεφαλὴν, σφώτατον δὲ ὅτι τοὺς φυλάκους καταμεθύσας καταλύσειε τοῦ ἀδελφεοῦ κρεμάμενον τὸν νέκυν. (20) Τὴν δὲ, ὡς ἤκουσε, ἄπτεσθαι αὐτοῦ· τὸν δὲ φῶρα ἐν τῷ σκότει προτείνειν αὐτῇ τοῦ
 40 νεκροῦ τὴν χεῖρα· τὴν δὲ ἐπιλαβομένην ἔχειν, νομίζουσαν αὐτοῦ ἐκείνου τῆς χειρὸς ἀντέχεσθαι· τὸν δὲ φῶρα προέμενον αὐτῇ οἴχεσθαι διὰ θυρέων φεύγοντα. (VI.) Ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἐς τὸν βασιλέα ἀγγεῖν/θαι, ἐκπεπληγῆναι μὲν ἐπὶ τῇ πολυφροσύνῃ τε καὶ τολμῇ τὰνθρώπου, τέλος δὲ διαπέμποντα ἐς πάσας τὰς πόλεις ἐπαγγέλλεσθαι ἁδείαν τε διδόντα καὶ μεγάλα ὑποδεκόμενον ἐλθόντι ἐς ὅμιν τὴν ἐσωτοῦ. (21) Τὸν δὲ φῶρα πιστεύσαντα
 50 ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, Ῥαμφίνιτον δὲ μεγάλως θομάσαι, καὶ οἱ τὴν θυγατέρα ταύτην συνοικίσαι ὡς πλεῖστα ἐπισταμένῳ ἀνθρώπων· Αἰγυπτίους μὲν γὰρ τῶν ἄλλων προκεκρίσθαι, ἐκείνους δὲ Αἰγυπτίους.

CXXII. Μετὰ δὲ ταῦτα ἔλεγον τοῦτον τὸν βασιλέα ζῶν καταβῆναι κάτω ἐς τὸν οἱ Ἕλληνες αἰδῶν

vero eum consolantibus, paulatim mitigari simulantem, ab ira remisisse, denique a media via exegisse asinos, eosque rursus instruxisse. (15) Ibi multis incidentibus sermonibus, quum unus ex custodibus facete cavillans etiam risum ei elicuisset, dono eum illis dedisse unum ex utribus : et illos e vestigio discumbentes computationi animum adplicuisse, ipsumque adsumsisse et hortatos esse, ut secum maneret compotaretque : et illum, ut erat consentaneum, morem gessisse, apudque illos mansisse. (16) Qui quum inter potandum comiter amplecterentur hominem, hunc etiam alio ex utribus illos donasse : et copioso potu utentes custodes ita fuisse inebriatos, ut somno oppressi, eodem loco ubi potaverant, obdormierint. (17) Tum vero, nocte jam multum progressa, hunc fratris corpus solvisse, et custodum dexteras genas contumeliæ causa rasisse, denique cadavere asinis imposito, mandata matris exsecutum, domum cum asinis rediisse. (V.) Regem, postquam ei renunciatum esset furto ablatum esse cadaver, ægerrime tulisse : (18) cupientemque quoquo modo reperire quis esset qui ista fuisset machinatus, hocce fecisse aiunt, mihi non credibile : filiam suam jussisse in lupanari sedere, cunctosque homines pariter admittere, sed, priusquam coirent, cogere ut dicat quisque quid sit quod et callidissimum et improbissimum in vita patraverit : quodsi quis narrasset ea quæ circa furem accidissent, hunc prehenderet, neque egredi pateretur. (19) Jussis patris quum morem gereret puella, furem hunc, postquam cognosset cuius rei causa hæc fieret, cuperetque regem superare versutia, hæcce fecisse : recens mortui hominis amputasse in humero os, eaque sub pallio abscondita ad regis filiam intrasse ; tum ab ea interrogatum sicuti alii quoque, respondiisse, improbissimum se facinus patrasse, quum fratris caput abcidisset, laqueo capti in regis thesauro ; callidissimum vero, quod inebriatis custodibus cadaver suspensum fratris solvisset. (20) Tum illam, his auditis, prehendiisse hominem : at furem illi in tenebris manum mortui porrexisse ; quam dum puella prehenderet, manum illius ipsius se tenere existimans, furem missam illi eam fecisse, et per januam egressum profugisse. (VI.) Postquam igitur et hæc regi essent renunciata, attonitum fuisse illum et versutia et audacia hominis. Ad extremum, circummissa per opida præconibus, edixisse et impunitatem se concessurum, et magna etiam dona adjecturum homini, si in conspectum suum venisset. (21) Et edicto fidem adhibentem furem, ad regem accessisse : Rhampsinitumque, magna hominis admiratione ductum, filiam ei hanc in nuptimonialium dedisse, ut hominum omnium scientissimo : Ægyptios enim omnibus aliis antecellere, ipsum vero Ægyptiis.

CXXII. Post hæc eundem regem dixerunt vivum sub terram, quo loco Græci inferos putant esse, descendisse,

νομίζουσι εἶναι, καὶ κεῖθι συγκυβεῖν τῇ Δήμητρει, καὶ τὰ μὲν νικᾶν αὐτὴν, τὰ δὲ ἐσσοῦσθαι ὑπ' αὐτῆς, καὶ μιν πάλιν ἀνω ἀπικεῖσθαι ὁῶρον ἔχοντα παρ' αὐτῆς χειρομακτρον χρύσειον. (2) Ἀπὸ δὲ τῆς Ῥαμψινίτου νίτου καταβάσιος, ὡς πάλιν ἀπείκετο, ὁρτὴν δὴ ἀνάγειν Αἰγυπτίους ἔρπασαν, τὴν καὶ ἐγὼ οἶδα ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐπιτελέοντας αὐτούς· οὐ μέντοι εἴτε δι' ἄλλο τι εἴτε διὰ ταῦτα ὁρτάζουσι ἔγω λέγειν. (3) Φᾶρος δὲ αὐτῆμερὸν ἐξηφάναντες οἱ ἱερεῖς κατ' ὧν ἐδήσαν ἑνὸς αὐτῶν μίτρη τοὺς ὀφθαλμούς, ἀγαγόντες δὲ μιν ἔχοντα τὸ φᾶρος ἐς ὁδὸν φέρουσιν ἐς ἱρὸν Δήμητρος αὐτοὶ ἀπαλλάσσονται ὅπισω. (4) τὸν δὲ ἱερέα τοῦτον καταδεδεμένον τοὺς ὀφθαλμούς λέγουσι ὑπὸ δύο λύκων ἀγεσθαι ἐς τὸ ἱρὸν τῆς Δήμητρος ἀπέχον τῆς πόλιος εἴκοσι σταδίου, καὶ αὐτὶς ὀπίσω ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἀπάγειν μιν τοὺς λύκους ἐς τὸ αὐτὸ χωρίον.

CXXIII. Τοῖσι μὲν νυν ὑπ' Αἰγυπτίων λεγομένοις ἡρώδῃ ὅτε τὰ τοιαῦτα πιθανὰ ἐστὶ· ἐμοὶ δὲ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑποκείται ὅτι τὰ λεγόμενα ὑπ' ἐκάστου στυν ἀκοῇ γράφω. Ἀρχηγετεῦσιν δὲ τῶν κατὰ Αἰγυπτίους λέγουσι Δήμητρα καὶ Διόνυσον. (2) Πρῶτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγυπτίῳ εἰσι οἱ εἰπαντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχῇ ἀθάνατος ἐστὶ, τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γινόμενον ἐσθύεται· ἐπεὶ δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χειρσάια καὶ τὰ θαλάσσια καὶ τὰ πετεινά, αὐτὶς ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσθύνειν, τὴν περιήλυσιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισηλίοις ἔτεσι. (3) Τοῦτῃ τῷ λόγῳ εἰσι οἱ Ἕλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον, ὡς ἰδίῳ ἐσωτῶν ἐόντι· τὸν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα οὐ γράφω.

CXXIV. Μέχρι μὲν νυν Ῥαμψινίτου βασιλέως εἶναι ἐν Αἰγύπτῳ πᾶσαν εὐνομήν· ἔλεγον καὶ εὐθενεῖν Αἰγυπτίους μεγάλως, μετὰ δὲ τοῦτον βασιλεύσαντά σφρων Χέοπα ἐς πᾶσαν κακότητα ἐλάσαι· κατακληθέντα γάρ μιν πάντα τὰ ἱερὰ πρῶτα μὲν σφαγὰς θυσιῶν ἀπέρχει, μετὰ δὲ ἐργάζεσθαι ἐσωτῇ καλεῖν πάντα Αἰγυπτίους. (2) Τοῖσι μὲν δὲ ἀποδεδέσθαι ἐκ τῶν λιθοτομιῶν τῶν ἐν τῇ Ἀραβίῳ οὐρεῖ, ἐκ τούτων ἔλκεν λίθους μέχρι τοῦ Νείλου· διαπεραιωθέντας δὲ τὸν ποταμὸν πλοίοις τοὺς λίθους ἑτέροις ἔταξε ἐκδέχεσθαι καὶ πρὸς τὸ Λιβυκὸν καλεούμενον οὖρος, πρὸς τοῦτο ἔλκεν. Ἐργάζοντο δὲ κατὰ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων αἰεὶ τὴν τρίμηνον ἐκάστην. (3) Χρόνον δὲ ἐγγενέσθαι τριβομένου τῷ λῆθι δέκα μὲν ἔτεα τῆς ὁδοῦ κατ' ἡν ἔλκον τοὺς λίθους, τὴν δεῖναιαν ἔργον ἔδον οὐ πολλῷ τέμῃ ἔλασσον τῆς πυραμίδος, ὡς ἐμοὶ δοκέειν (τῆς γὰρ μῆκος μὲν εἰσι πέντε στάδιοι, εὖρος δὲ δέκα ὀργυιαί, ὕψος δὲ, τῇ ὑψηλοτάτῃ ἐστὶ αὐτῇ ἐσωτῇ, ὀκτὼ ὀργυιαί, λίθου τε ξεστοῦ καὶ ζῶων ἐγγεγλυμμένον), ταύτης τε δὴ τὰ δέκα ἔτεα γενέσθαι καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου, ἐπ' οὗ ἐστᾶσι αἱ πυραμίδες, τῶν ὑπὸ γῆν οἰκημάτων, τὰς ἐποιέετο θήκας ἐσωτῇ ἐν νήσῳ, διωρυχα τοῦ Νείλου ἐσαγαγόν. (4) Τῇ δὲ πυραμίδι αὐτῇ χρόνον γενέσθαι εἴκοσι ἔτεα ποιουμένη, τῆς ἐστὶ

ibique cum Cerere alea luisse, et partim victorem, partim etiam ab illa victum fuisse; denique rursus inde reversum, munus ab eadem retulisse mantile aureum. (2) Ab hoc Rhampsinito descensu ad inferos, postquam reversus esset, festum aiebant agi ab Aegyptiis: quod festum ego quidem novi mea etiam nunc aetate ab illis agi; utrum vero hac de causa celebretur, an alia, adfirmare non possum. (3) Unus e sacerdotibus pallium induit, eodem die ab illis contextum: huic reliqui mitra obligant oculos, eumque in viam deducunt qua ad Cereris templum itur, tum ipsi retro discedunt. (4) Hunc sacerdotem, cui obstricti oculi sunt, aiunt a duobus lupis ad templum Cereris duci, quod abest ab urbe viginti stadia; rursusque eosdem lupos eum in eundem locum reducere.

CXXIII. Jam utatur his, quae Aegyptii narrant, si cui probabilia fuerint visa: mihi per totam hanc historiam propositum est, ut ea scribam quae a quibusque memorata audiui. Memorant autem Aegyptii, principatum apud inferos tenere Cererem et Bacchum. (2) Primi etiam fuerunt Aegyptii, qui hanc doctrinam traderent: esse animam hominis immortalē; intereunte vero corpore in aliud animal, quod eo ipso tempore nascatur, intrare: quando vero circuitum absolvisset per omnia terrestria animalia et marina et volucra, tum rursus in hominis corpus, quod tunc nascatur, intrare: circuitum autem illum absolvi tribus annorum millibus. (3) Hoc placito usi sunt deinde nonnulli e Graecorum philosophis, alii prius, alii posterius, tamquam suum esset inventum: quorum ego nomina, mihi quidem cognita, literis non mando.

CXXIV. Usque ad Rhampsinitum igitur valuisse, dixerunt, in Aegypto leges, et rebus omnibus egregie floruisse Aegyptum. Post hunc vero, regnum apud eos tenentem Cheopem omni nequitia esse grassatum. Clausis enim templis omnibus, primum sacrificiis prohibuisse Aegyptios; tum cunctos iussisse sibi opus facere: (2) aliis adsignatum fuisse, ut ex lapidinis quae sunt in Arabio monte, ex his lapides traherent usque ad Nilum; aliis imperatum, ut navigiis cis flumen transvectos lapides illos exciperent, et ad Libycum quem vocant traherent montem. Opus autem faciebant per vices, quolibet trimestri, centena hominum millia. (3) Tempus autem, quo ita vexatus fuerit populus, primum decem fuisse annos, per quos munierint viam qua traxerunt lapides; opus, ut mihi videtur, haud multo inferius ipsa pyramide: (est enim longitudo viae quinque stadiorum; latitudo cubitorum quadraginta; altitudo, qua est maxima, duorum et triginta cubitorum: estque ex politis lapidibus confecta, et insculptis ornata figuris:) huic igitur muniendae viae insumtos decem annos fuisse, simulque conficiendis in eo colle, in quo stant pyramides, cameris subterraneis, quas ille sibi pro sepulcro destinavit in insula, fossa ex Nilo introacta. (4) In ipsius autem pyramidis constructionem viginti annos esse insumtos. Quadrata illius forma

πανταχῇ μέτωπον ἑκαστον ὀκτὼ πλείωρα ἐούσης τετραγώνου καὶ ὕψος ἴσον, λίθου δὲ ζεστοῦ τε καὶ ἀρμωσμένου τὰ μάλιστα· οὐδεὶς τῶν λίθων τριήκοντα ποδῶν ἔλασσων.

- 6 CXXV. Ἐποικήθη δὲ ὧδε αὕτη ἡ πυραμὶς, ἀναβαθμῶν τρόπον, τὰς μετεξέτεροις κρόσσας, οἱ δὲ βιομίδας οὐνομάζουσι. (2) Τοιαύτην τὸ πρῶτον ἐπέειτε ἐποίησαν αὐτὴν, ἥειρον τοὺς ἐπιλοιπούς λίθους μηχανῇσι ξύλων βραχέων πεποιημένῃσι, χαμάθεν μὲν ἐπὶ τὸν πρῶτον στοῖχον τῶν ἀναβαθμῶν ἀείροντες· ὅπως δὲ ἄνιοι ὁ λίθος ἐπ' αὐτὸν, ἐς ἐτέραν μηχανὴν ἐτίθετο ἐστεῶσαν ἐπὶ τοῦ πρώτου στοῖχου, ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τὸν δεύτερον εἵλετο στοῖχον ἐπ' ἄλλης μηχανῆς. (3) ὅσοι γὰρ δὴ στοῖχοι ἔσαν τῶν ἀναβαθμῶν, τσαῦται καὶ μηχαναὶ ἔσαν, εἴτε καὶ τὴν αὐτὴν μηχανὴν ἐούσαν μίαν τε καὶ εὐβάστακτον μετεφόρεον ἐπὶ στοῖχον ἑκαστον, ὅπως τὸν λίθον ἐξέλκοιεν· λελέγθω γὰρ ἡμῖν ἐπ' ἀμρότερα, κατὰ περ λέγεται. (4) Ἐξεποικήθη δ' ὧν τὰ ἀνώτατα αὐτῆς πρῶτα, μετὰ δὲ τὰ ἐχόμενα τούτων 20 ἐξεποιεῖον, τελευταία δὲ αὐτῆς τὰ ἐπίγεια καὶ τὰ κατωτάτω ἐξεποίησαν. (5) Σοσφύονται δὲ διὰ γραμμάτων Αἰγυπτίων ἐν τῇ πυραμίδι ὅσα ἔς τε συρμαίνην καὶ κρόμμυα καὶ σκόροδα ἀναισιμώθῃ τοῖσι ἐργαζομένοισι· καὶ ὡς ἐμὲ εὖ μεμνησθαι τὰ ὁ ἐρμηνεύς μοι 25 ἐπιλεγόμενος τὰ γράμματα ἔφη, ἐξακόσια καὶ χίλια τάλαντα ἀργυρίου τετελέσθαι. (6) Εἰ δ' ἐστὶ οὕτως ἔχοντα ταῦτα, κόσα οἶκος ἄλλα δεῖσθαι μνησθαι ἔστι ἐς τε σίδηρον τῷ ἐργάζοντο, καὶ σιτία καὶ ἐσθῆτα τοῖσι ἐργαζομένοισι; ὅκοτε χρόνον μὲν οἰκοδόμουν τὰ ἔργα 30 τὸν εἰρημένον, ἄλλον δὲ, ὡς ἐγὼ δοκέω, ἐν τῷ τοὺς λίθους ἑταμνον καὶ ἦγον καὶ τὸ ὑπὸ γῆν ὄρυγμα ἐργάζοντο, οὐκ ὀλίγον χρόνον.

- CXXVI. Ἐς τοῦτο δὲ ἔλθειν Χέοπα κακότητος ὥστε χρημάτων δεόμενον τὴν θυγατέρα τὴν ἐωυτοῦ 35 κατίσταναι ἐπ' οἰκῆματος πορτεῖσθαι πρήσσεσθαι ἀργύριον ὁκοσυνδῆ τι· οὐ γὰρ δὴ τούτο γέ ἐλεγον· τὴν δὲ τὰ τε ὑπὸ τοῦ πατρὸς ταχθέντα πρήσσεσθαι, ἰδίῃ δὲ καὶ αὐτὴν διανοηθῆναι μνημῆϊον καταλιπέσθαι, καὶ τοῦ ἐσιόντος πρὸς αὐτὴν ἑκάστου δέεσθαι ὅπως ἂν αὐτῇ 40 ἓνα λίθον ἐν τοῖσι ἔργοις ὤρειοτο. (2) Ἐκ τούτων δὲ τῶν λίθων ἔφασαν τὴν πυραμίδα οἰκοδομηθῆναι τὴν ἐν μέσῳ τῶν τριῶν ἐσθκυῖαν, ἔμπροσθε τῆς μεγάλης πυραμίδος, τῆς ἐστὶ τῷ κῶλον ἑκαστον ὁλου καὶ ἡμίσεος πλείωρου.

- 45 CXXVII. Βασιλεῦσαι δὲ τὸν Χέοπα τοῦτον Αἰγύπτιοι ἔλεγον πεντήκοντα ἔτη, τελευτήσαντος δὲ τούτου ἐκδέξασθαι τὴν βασιλικὴν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Χερρήνα· καὶ τοῦτον δὲ τῷ αὐτῷ τρόπῳ διαχρᾶσθαι τῷ ἐτέρῳ τὰ τε ἄλλα καὶ πυραμίδα ποιῆσαι, ἐς μὲν 50 τὰ ἐκείνου μέτρα οὐκ ἀνήκουσαν· ταῦτα γὰρ ὧν καὶ ἡμεῖς ἐμετρήσαμεν· (2) οὔτε γὰρ ὕπαισι οἰκῆματα ὑπὸ γῆν, οὔτε ἐκ τοῦ Νεῖλου διώρυγῃ ἤκει ἐς αὐτὴν ὥσπερ ἐς τὴν ἐτέραν ῥέουσα· δι' οἰκοδομημένου δὲ αὐλῶνος ἔσω νῆσον περιρρέει, ἐν τῇ αὐτὸν λέγουσι

est; latus quodque octingentos metitur pedes: altitudo ejusdem est mensura: lapis politus et quam accuratissime coagmentatus; nullus ex lapidibus minor triginta pedibus.

CXXV. Est autem sic constructa haec pyramis: statim in modum graduum quibus scalae adscenduntur, quos gradus alii pinnae, alii arulas vocant. (2) Talem postquam primum eam fecerunt, in altum tollebant reliquos lapides machinis ex brevibus lignis confectis, ab humo statim in primum graduum ordinem eos tollentes: quo ubi pervenit lapis, alii machinae imponebatur, quae in primo graduum ordine stabat, et ab hoc ordine in secundum attrahebatur ordinem super alia machina; (3) nam quot erant graduum ordines, tot quoque machinae erant: sive etiam una eademque machina fuit portatu facilis, quam ex uno ordine in alterum promovebant, quoties lapidem in altum tollere vellent: nam in utramque partem, quemadmodum traditur, dictum a nobis esto. (4) Perfici autem coeptum est opus a summo; dein inferiora paulatim absolverunt; et ad extremum imam partem et terrae proximam perfecerunt. (5) Scripto autem in pyramide consignatum est literis Aegyptiis, quantum in raphanos, in cepas et in allia fuerit impensum, quibus usi sunt hi qui opus fecerunt: et recte memini quae mihi dixit interpres, quum scriptum legeret, summam fuisse mille et sexcentorum talentorum argenti. (6) Quodsi ita est, quanta putabimus impensa fuisse alia, in ferrum, quo usi sint ad opus faciendum, tum in cibaria, et in vestimenta operariorum? quandoquidem tantum temporis, quantum dixi, faciendo operi insumserunt, nec minus multum temporis, ut ego arbitror, caedendis lapidibus, eisdemque promovendis, et fossae subterraneae conficiendae.

CXXVI. Eo autem flagitii processisse Cheopem dixerunt, ut, quum pecuniis indigeret, filiam etiam suam in lupanari jussisset considerare, et pecunia summam quantamcumque posset conficere. Quantum sit, quod illa hoc modo collegit, non memoratur: sed hoc memorant, collegisse illam non modo pecuniam a patre imperatam; verum etiam quum suo nomine privatim cuperet monumentum relinquere, ab unoquoque qui ad eam intrasset postulasse, ut unum lapidem, ad opus faciendum idoneum, sibi conferret: (2) ex illisque lapidibus, dixerunt, exstructam esse pyramidem quae in medio stat trium, ante magnam pyramidem; ejus quodque latus est longitudine pedum centum et quinquaginta.

CXXVII. Cheopem hunc dixere Aegyptii regnasse annos quinquaginta; eique defuncto successisse in regnum fratrem ejus Chephrenem. Hunc quum in aliis rebus eodem instituto usum esse atque fratrem, tum etiam pyramidem exstruxisse. Et haec quidem pyramis mensuram prioris illius non exaequat; (nam mensuras etiam nos exegimus:) (2) neque enim cameras habet subterraneas, nec fossa ex Nilo derivata in hanc inferne iussit, sicut in illam, in qua Nilus per canalem murario opere constructum insulam cir-

κείσθαι Χέοπα. (3) Ὑποδείμας δὲ τὸν πρῶτον δόμον
 λίθου Αἰθιοπικοῦ ποικίλου, τεσσεράκοντα πόδας ὑπο-
 βὰς τῆς ἐτέρης τοῦτο μέγας, ἐχομένην τῆς μεγάλης
 οἰκοδόμησε. Ἐστᾶσι δὲ ἐπὶ λόφου τοῦ αὐτοῦ ἀμφο-
 5 τεραι, μάλιστα ἑς ἑκάτον πόδας ὑψηλοῦ. Βασιλεύσαι
 δὲ ἔλεγον Χερρήνα ἑξ καὶ πεντήκοντα ἔτεα.

CXXVIII. Ταῦτα ἑξ τε καὶ ἑκάτον λογίζονται
 ἔτεα, ἐν τοῖσι Αἰγυπτίοισι τε πᾶσαν εἶναι κακότητα
 καὶ τὰ ἱρὰ χρόνου τσοῦτου κατακληθέντα οὐκ ἀνοι-
 10 γῆναι. Τούτους ὑπὸ μίσους οὐ κάρτα ἐθέλουσι Αἰ-
 γύπτιοι οὐνομάζειν, ἀλλὰ καὶ τὰς πυραμίδας κα-
 λεῦσι ποιμένος Φιλίτιος, ὃς τοῦτον τὸν χρόνον ἐνεμε-
 κτήνα κατὰ ταῦτα τὰ χωρία.

CXXIX. Μετὰ δὲ τοῦτον βασιλεύσαι Αἰγύπτου
 15 Μυκερίνον ἔλεγον Χέοπος παῖδα, τῇ τὰ μὲν τοῦ πα-
 τρός ἔργα ἀπαδεῖν, τὸν δὲ τὰ τε ἱρὰ ἀνοίξει καὶ τὸν
 λήν τετραμμένον ἐς τὸ ἔργον κακοῦ ἀνεῖναι πρὸς ἔργα
 τε καὶ θυσίας, δίκας δὲ πρὶ πάντων βασιλείων δικαιο-
 πᾶτας κρίνειν. (2) Κατὰ τοῦτο μὲν νυν τὸ ἔργον
 20 ἀπάντων ὅσοι ἔτι βασιλεῖς ἐγένοντο Αἰγυπτίων αἰ-
 νέουσι μάλιστα τοῦτον· τὰ τε ἄλλα γὰρ μιν κρίνειν εὖ,
 καὶ ὅττι καὶ τῷ ἐπιμεμεμένῳ ἐκ τῆς δίκης παρ' ἑω-
 τοῦ διδόντα ἄλλα ἀποπιμπλάναι αὐτοῦ τὸν θυμόν. (3)
 Ἔοντι δὲ ἡπίῳ τῷ Μυκερίνῳ κατὰ τοὺς πολιήτας καὶ
 25 ταῦτα ἐπιτρεῖναι πρῶτον κακῶν ἄρξαι τὴν θυγατέρα
 ἀποθανοῦσαν αὐτοῦ, τὸ μούνον οἱ εἶναι ἐν τοῖσι οἰκίοισι
 τέκνον. (4) Τὸν δὲ ὑπεραγῆσαντά τε τῷ περιπε-
 πτώκεε πρήγματι, καὶ βουλόμενον περισσώτερόν τι τῶν
 ἄλλων θάψαι τὴν θυγατέρα, ποιήσασθαι βούν ἑλάνην
 30 κοίλῃν, καὶ ἔπειτεν καταχρυσώσαντά μιν ταύτην ἔσω
 ἐν αὐτῇ θάψαι ταύτην δὲ τὴν ἀποθανοῦσαν θυγα-
 τέρα.

CXXX. Αὕτη ὣν ἡ βοῦς γῇ οὐκ ἐκρύφθη, ἀλλ' ἐτι
 καὶ ἐς ἐμὲ ἦν φανερὴ, ἐν Σαί μὲν πόλει ἐῴσα, κειμένη
 35 δὲ ἐν τοῖσι βασιλῆσιν ἐν οἰκίῳ αὐτῇ ἡσυχάσκειν. Θυμῆ-
 ματα δὲ παρ' αὐτῇ παντοῖα καταγίζουσι ἀνὰ πᾶσαν
 ἡμέρην, νύκτα δὲ ἐκάστην πάννυχος λύγρος παρακαίε-
 ται. (2) Ἀγχοῦ δὲ τῆς βοῦς ταύτης ἐν ἄλλῳ οἰκίῳ
 40 εἰκόνες τῶν παλλακῶν τῶν Μυκερίνου ἐστᾶσι, ὡς
 ἔλεγον οἱ ἐν Σαί πόλει ἱρέες· ἐστᾶσι μὲν γὰρ ξύλινοι
 κολοσσοί, ἐοῦσαι ἀριθμὸν ὡς εἰκοσι μάλιστα κη, γυμναὶ
 ἐργασμέναι· αἵτινες μέντοι εἰσὶ, οὐκ ἔγωγε εἶπαι πλὴν ἢ
 τὰ λεγόμενα.

CXXXI. Οἱ δὲ τινες λέγουσι περὶ τῆς βοῦς ταύτης
 45 καὶ τὴν κολοσσὴν τὸνδε τὸν λόγον, ὡς Μυκερίνος ἡρώσθη
 τῆς ἐωυτοῦ θυγατρὸς καὶ ἔπειτεν ἐμίγη οἱ ἀκούσθη·
 μετὰ δὲ λέγουσι ὡς ἡ παῖς ἀπήγξατο ὑπ' ἄγεος, ὃ δὲ
 μιν εὖ παρ' ἐν τῇ βοῇ ταύτῃ, ἣ δὲ μήτηρ αὐτῆς τῶν ἀμ-
 50 ριπόλων τῶν προδοῦσέων τὴν θυγατέρα τῷ πατρὶ ἀπέ-
 ταμε τὰς χεῖρας, καὶ νῦν τὰς εἰκόνας αὐτέων εἶναι
 πεπονθυίας τὰ περ αἱ ζωαὶ ἔπαθον. (2) Ταῦτα δὲ λέ-
 γουσι φλυαρέοντες, ὡς ἐγὼ δοκέω, τὰ τε ἄλλα καὶ ὅττι
 καὶ τὰ περὶ τὰς χεῖρας τῶν κολοσσῶν· ταῦτα γὰρ ὦν
 καὶ ἡμεῖς ὠρέομεν, ὅτι ὑπὸ χρόνον τὰς χεῖρας ἀποθε-

cumluit, in qua sepultum Cheopem aiunt. (3) Extruxit au-
 tem hanc, magnæ pyramidi proximam, quadraginta pedi-
 bus illa minorem : primus lapidum ordo Æthiopico lapide
 variegato substructus. Ambæ super eodem stant clivo,
 centum fere pedes in altitudinem eminente. Regnas-
 autem Chephrenem aiunt annos sex et quinquaginta.

CXXVIII. Hos centum et sex annos numerant Ægypti,
 quibus per Ægyptum omne genus malorum invaluerit,
 clausaque templa per tantum temporis spatium non fue-
 rint aperta. Istorumque regum odio nomen etiam eorum
 nolunt fere memorare; sed pyramides etiam illas vocant
 pastoris Philitis, qui per id tempus in illis locis pecora sua
 pavit.

CXXIX. Post hunc regnas- in Ægypto dicebant Myce-
 rinum Cheopis filium. Huic patris displicuisse facta : ita-
 que et templa eum aperuisse, et populo, extremis malis
 vexato, indulsisse; ut suis quisque negotiis et sacris ope-
 ram daret : jusque etiam illis acquisisse regum omnium
 dixisse. (2) Hac quidem ex parte summis eum laudibus
 supra omnes, quotquot Ægypti reges unquam fuere, ex-
 tollunt : nam et aliquin ex æquo judicasse causas, et
 si quis de sententia ab illo lata esset conquestus, ei de suo
 ultro donare solitum, quo iram illius mitigaret. (3) Ita
 quum mitis adversus cives esset Mycerinus, talibusque
 uteretur institutis; primam ei calamitatem accidisse mortem
 filiae, quam unicam domi sobolem habebat. (4) Ea cala-
 mitate in quam inciderat vehementer adfectum, quum
 vellet excellentiori quadam ratione sepelire filiam, conti-
 nendam curasse bovem ligneam, intus cavam, extrinsecus
 inauratam, in eaque defunctam hanc filiam sepelivisse.

CXXX. Bos ista non sub terra est condita, sed mea
 adhuc ætate in propatulo erat, in Sai oppido in regia po-
 sita, eleganti in conclavi : et quotidie apud illam suffi-
 menta cujusque generis adolentur, et singulis noctibus per-
 nox ardet lucerna. (2) Prope bovem illam, in alio con-
 clavi, stant imagines pellicum Mycerini, ut dicebant qui
 in Sai oppido sunt sacerdotes : stant certe ibi lignei colossi,
 forma muliebri, numero fere viginti, nudis corporibus :
 quænam autem illæ sint, dicere non possum, nisi quæ nar-
 rantur.

CXXXI. Sunt autem qui de bove illa et de colossis istis
 hæc narrant : Mycerinum amore filiae suæ captum, vim ei
 intulisse; eoque facto puellam præ dolore vitam finisse sus-
 pendio, patrem vero in illa bove eam sepelisse; matrem
 autem famulis, quæ patri filiam prodidissent, manus præ-
 cidisse, et nunc imaginibus illarum idem accidisse quod
 ipsæ vivæ passæ essent. (2) Hæc vero, ut mihi videtur,
 dicunt nugantes, quum cætera, tum hoc de manibus co-
 lossorum : hoc enim nos etiam vidimus, vetustate temporis

ἐλθῆναι, αἱ ἐν ποσὶ αὐτέων ἐφαίνοντο ἐοῦσαι ἔτι καὶ ἐς ἐμέ.

CXXXII. Ἡ δὲ βοῦς τὰ μὲν ἄλλα κατακέχρυπται φοινικέῳ ἐφματι, τὸν αὐχένα δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν φαίνει κεχρυσσωμένα παρὰ χάρτα χρυσῷ· μεταξὺ δὲ τῶν κερῶν δ τοῦ ἡλίου κύκλος μεμιμημένος ἐπεστί χρύσεος. Ἴστι δὲ ἡ βοῦς οὐκ ὀρθή, ἀλλ' ἐν γούνασι κειμένη, μέγαθος δὲ ὅση περ μεγάλης βοῦς ζωῇ. (2) Ἐκφέρεται δὲ ἐκ τοῦ οἰκῆματος ἀνὰ πάντα τὰ ἔτεα, ἐπεὶ ἀν τύ-
10 πωνται οἱ Αἰγύπτιοι τὸν οὐκ οὐνομαζόμενον θεὸν ὑπ' ἐμεῦ ἐπὶ τοιούτῳ πρῆγματι. Τότε ὦν καὶ τὴν βοῦν ἐκφέρουσι ἐς τὸ φῶς· φασὶ γάρ δὴ αὐτὴν δεηθῆναι τοῦ πατρὸς Μυκερίνου ἀποθνήσκειν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἅπασι μιν τὸν ἥλιον κατιδέειν.

15 CXXXIII. Μετὰ δὲ τῆς θυγατρὸς τὸ πάθος δευτέρα τοῦτω τῷ βασιλεῖ τάδε γενέσθαι· ἐλθεῖν οἱ μαντήιον ἐκ Βουτοῦς πόλιος ὡς μέλλοι ἐξ ἔτεα μῦθον βιοῦς τῷ ἐ-
δοῶμι τελευτήσῃν. Τὸν δὲ δεινὸν ποιησάμενον πέμ-
ψαι ἐς τὸ μαντήιον τῷ θεῷ ὀνειδισμα, ἀντιμεψόμενον
20 ὅτι δ μὲν αὐτοῦ πατὴρ καὶ πάτριος ἀποκλήτισαντες τὰ ἱρὰ καὶ θεῶν οὐ μεμνημένοι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀνθρώπους φθείροντες, ἐβίωσαν χρόνον ἐπὶ πολλόν, αὐτὸς δ' εὐσε-
βῆς ὢν μέλλοι ταχέως οὕτω τελευτήσῃν. (2) Ἐκ δὲ τοῦ χρηστηρίου αὐτῷ δευτέρα ἐλθεῖν λέγοντα τοῦτον
25 εἶνεκεν καὶ συνταχύνειν αὐτῷ τὸν βίον· οὐ γὰρ ποιῆσαι μιν τὸ χρεὼν ἦν ποιέειν· δεῖν γὰρ Αἰγύπτου κακοῦσθαι ἐπ' ἔτεα πεντήχοντά τε καὶ ἑκατὸν, καὶ τοὺς μὲν δύο τοὺς πρὸ ἐκείνου γενομένους βασιλέας μαθεῖν τοῦτο, ἐκείνους δὲ οὐ. (3) Ταῦτα ἀκούσαντα τὸν Μυκερίνον,
30 ὡς κατακεκριμένων ἦδη οἱ τούτων, λύχνα ποιησάμενον πολλὰ, ὅπως γίνοιτο νύξ, ἀνάψαντα αὐτὰ πίνειν τε καὶ εὐπαθέειν, οὔτε ἡμέρης οὔτε νυκτὸς ἀνιέντα, ἐς τε τὰ ἔλα καὶ τὰ ἄλsea πλανώμενον, καὶ ἵνα πυθθάνοιτο εἶναι ἐνηθητήρια ἐπιτηδεώτατα. (4) Ταῦτα δὲ ἐμη-
35 χανᾶτο θέλων τὸ μαντήιον ψευδόμενον ἀποδέξαι, ἵνα οἱ δυώδεκα ἔτεα ἀντ' ἐξ ἐτέων γένηται, αἱ νύκτες ἡμέραι ποιεύμεναι.

CXXXIV. Πυραμίδα δὲ καὶ οὗτος κατέλιπετο, πολ-
λὸν ἐλάττω τοῦ πατρὸς, εἴκοσι ποδῶν καταδέουσιν κοί-
40 λον ἕκαστον τριῶν πλεθρῶν ἐούσης τετραγώνου, λίθου δὲ ἐς τὸ ἥμισυ Αἰθιοπικοῦ· τὴν δὲ μετεξέτεροί φασὶ Ἑλλήνων Ῥοδῶπιος ἐταίρης γυναικὸς εἶναι, οὐκ ὀρθῶς λέγοντες. (2) Οὐδὲ ὦν οὐδὲ εἰδότες μοι φαίνονται λέγειν οὗτοι ἥτις ἦν ἡ Ῥοδῶπις· οὐ γὰρ ἂν οἱ πυραμίδα ἀνέ-
45 θεσαν ποιήσασθαι τοιαύτην ἐς τὴν ταλάντων χιλιάδας ἀναριθμητοὶ ὡς λόγῳ εἶπαι ἀναισῶμυνται· πρὸς δὲ οἱ κατ' Ἀμασιν βασιλεύοντα ἦν ἀκμάζουσα Ῥοδῶπις, ἀλλ' οὐ κατὰ τοῦτον. (3) ἔτεσι γὰρ χάρτα πολλοῖσι ὑ-
στερον τούτων τῶν βασιλέων τῶν τὰς πυραμίδας ταύτας
50 λιπομένων ἦν Ῥοδῶπις, γενεὴν μὲν ἀπὸ Θρηίκης, δοῦλη δὲ ἦν Ἰάδμονος τοῦ Ἡφαιστοπόλιος ἀνδρός Σα-
μίου, σύνδουλος δὲ Αἰσώπου τοῦ λογοποιῶ. (4) Καὶ γὰρ οὗτος Ἰάδμονος ἐγένετο, ὡς διέδεξε τῆδε οὐκ ἥκιστα·
εἰπεῖτε γὰρ πολλάκις κηρυσσόντων Δελφῶν ἐκ θεοπρο-

decidisse illis manus, quae etiam nunc ad pedes imaginum jacentes conspiciuntur.

CXXXII. Bos autem quum reliquum corpus tectum habeat purpureo pallio, collum et caput ostendit denso admodum auro inauratum : inter cornua eminet circulus solis aurea imagine figuratus. Non stat recta bos, sed genubus incumbens : magnitudo quanta magnae bovis vivae. (2) Quotannis semel extra conclave effertur : quando plangunt Aegyptii deum illum, cujus nomen in tali re edere mihi nefas est, tum bovem hanc in lucem proferunt : dicunt enim, morientem filiam orasse patrem Mycerinum, ut semel in anno solem adspicere sibi liceat.

CXXXIII. Post filiae mortem accidisse, narrarunt, eidem regi alteram calamitatem hanc : oraculi effatum ex oppido Buto ei esse adlatum, nonnisi sex adhuc annos victurum illum, septimo vitam finiturum. Tum illum, agerrime hoc ferentem, misisse ad oraculum qui contumeliosis verbis deo exprobrarent, quod pater ipsius et patruus, qui templa clausissent, deosque non curassent, atque etiam homines perdidissent, tamen longum in tempus prodixissent vitam ; ipse autem, qui deos colat, tam cito vitam esset finiturus. (2) Super hac alterum ei responsum ab oraculo esse editum : hac ipsa causa propere finiturum vitam, quod ea, quae in fatis fuissent, non fecisset ; debuisset enim Aegyptum malis vexari per annos centum et quinquaginta : et duos reges, qui ipsum antecesserint, hoc intellexisse, ipsum vero non intellexisse. (3) His auditis Mycerinum, quum sententiam contra se jam pronunciatam cognovisset, multas parari jussisse lucernas, eisque quotidie ingruente nocte accensis potasse, voluptatibusque, nec die nec nocte ulla intermissa, indulsisse, per amœna inferioris Aegypti loca alique nemora vagantem, ubicumque cognosset voluptaria esse diverticula aptissima. (4) Id eo consilio esse molitum, quo mendacii argueret oraculum, quum, loco sex annorum, duodecim sibi reliqui essent, noctibus in dies conversis.

CXXXIV. Idem Mycerinus pyramidem etiam reliquit, multo minorem ea quam pater exstruxerat, 220 quidem pedibus unoquoque quatuor laterum 280 pedes metiente : usque ad dimidiam altitudinem Aethiopicus lapis est. Hanc pyramidem Graecorum nonnulli dicunt esse Rhodopidis meretricis ; non recte memorantes. (2) Satis enim adparet, ne novisse quidem hos quænam mulier fuerit Rhodopis : alioqui ad illam non retulissent constructionem pyramidis, quæ innumeris (ut verbo dicam) talentorum millibus constiterat : ignorareque eosdem adparet, regnante Amasi floruisse Rhodopin, non hujus regis ætate. (3) Per multis enim annis post reges hos, qui istas pyramidas monumenta sui reliquerunt, vixit Rhodopis ; genere Thressa, ancilla Iadmonis Samii, Hephæstopolios filii, conserva Aesopi ejus qui fabulas fecit. (4) Nam et Aesopum Iadmoni ser-
vuisse, quum aliunde constat, tum hoc maxime, quod postquam Delphenses ex oraculi effato sæpius proclamas-

πίου δὲ βούλοιο ποινήν τῆς Αἰσώπου ψυχῆς ἀνελέσθαι, ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἔφρανε, Ἰάδμωνος δὲ παιδὸς παῖς ἄλλος Ἰάδμων ἀνείλετο. Οὕτω καὶ Αἰσώπος Ἰάδμωνος ἐγένετο.

- 6 CXXXV. Ῥοδῶπις δὲ ἐς Αἴγυπτον ἀπῆκετο Ξάν-
 7 θου τοῦ Σαμίου κομίσαντος, ἀπικουμένη δὲ κατ' ἐργα-
 8 στήν ἐλύθη χρημάτων μεγάλων ὑπ' ἀνδρὸς Μυτιληναίου
 9 Χαράξου τοῦ Σκαμανδρωνύμου παιδὸς, ἀδελφεοῦ δὲ
 10 Σαπφῶς τῆς μουσοποιού. (2) Οὗτοι δὲ ἡ Ῥοδῶπις
 11 ἡλευθερώθη, καὶ κατέμεινε τε ἐν Αἰγύπτῳ καὶ κάρτα
 12 ἐπαρρόδιτος γενομένη μεγάλη ἐκτήσατο χρήματα ὥς
 13 ἂν εἶναι Ῥοδῶπιος, ἀτὰρ οὐκ ὥς γε ἐς πυραμίδα τοιαύ-
 14 την ἐξικέσθαι. (3) Τῆς γὰρ τὴν δεκάτην τῶν χρημά-
 15 των ἰδέσθαι ἔστι ἔτι καὶ ἐς τὸδε παντὶ τῷ βουλομένῳ,
 16 οὐδὲν δεῖ μεγάλα οἱ χρήματα ἀναθεῖναι. Ἐπεθύμησε
 17 γὰρ Ῥοδῶπις μνημῆϊον ἐωυτῆς ἐν τῇ Ἑλλάδι καταλι-
 18 πέσθαι, ποιήμα ποιησαμένη τοῦτο τὸ μὴ τυγχάνει ἄλλῳ
 19 ἐξευρημένον καὶ ἀνακείμενον ἐν ἱερῷ, τοῦτο ἀναθεῖναι
 20 ἐς Δελφοῦς μνημόσυνον ἐωυτῆς. (4) Τῆς ὦν δεκάτης
 21 τῶν χρημάτων ποιησαμένη ὀφελούς βουπόρους πολλοὺς
 22 σιδηρέους, ὅσον ἐνεχώρει ἐς δεκάτη οἱ, ἀπέπεμπε ἐς
 23 Δελφοῦς· οἱ καὶ νῦν ἔτι συνενέονται, ὅτιςθε μὲν τοῦ
 24 βωμοῦ τὸν Χίον ἀνέθεσαν, ἀντίον δὲ αὐτοῦ τοῦ νηοῦ.
 25 (5) Φιλέουσι δὲ κως ἐν τῇ Ναυκρατί ἐπαρρόδιτοι γίνε-
 26 σθαι αἱ ἐταῖραι· τοῦτο μὲν γὰρ αὕτη, τῆς περὶ λέγεται
 27 ὅδε δὲ λόγος, οὕτω δὴ τὴ κλεινὴ ἐγένετο ὥς καὶ πάντες
 28 οἱ Ἕλληνες Ῥοδῶπιος τὸ οὐνομα ἐξέμαθον· τοῦτο δὲ ὕ-
 29 στερον ταύτης, τῇ οὐνομα ἦν Ἀργιδίκη, αἰοίδιμος ἀνά
 30 νεως. Χάραξος δὲ ὥς λυσάμενος Ῥοδῶπιν ἀπενό-
 31 στησε ἐς Μυτιλήνην, ἐν μέλει Σαπφῶ πολλὰ κατεκερτό-
 32 μησέ μιν. Ῥοδῶπιος μὲν νυν περὶ πέπταμαι.

- CXXXVI. Μετὰ δὲ Μυκερῖνον γενέσθαι Αἰγύπτου
 βασιλέα ἔλεγον οἱ ἱέρεις Ἀσυχίν, τὸν τὰ πρὸς ἥλιον
 33 ἀνίσχοντα ποιῆσαι τῷ Ἡρακίστῳ προπύλαια, ἔοντα
 34 πολλῶν τε καλλίστη καὶ πολλῶν μέγιστα· ἔχει μὲν γὰρ
 35 καὶ τὰ πάντα προπύλαια τύπους τε ἐγγεγλυμένους
 36 καὶ ἄλλην ὄψιν οἰκοδομημάτων μυρίην, ἐκεῖνα δὲ καὶ
 37 μακροῦ μάλιστα. (2) Ἐπὶ τοῦτου βασιλεύοντος ἔλεγον
 38 ἀμειζῆς ἐούσης πολλῆς χρημάτων γενέσθαι νόμον
 39 Αἰγυπτίοισι, ἀποδεικνύντα ἐνέχυρον τοῦ πατρὸς τὸν νέ-
 40 κουν οὕτω λαμβάνειν τὸ χρέος· (3) προστεθῆναι δὲ ἔτι
 41 τούτῳ τῷ νόμῳ τόνδε, τὸν διδόντα τὸ χρέος καὶ ἀπάστι-
 42 κρατέειν τῆς τοῦ λαμβάνοντος θήκης, τῷ δὲ ὑποτι-
 43 45 θέντι τοῦτο τὸ ἐνέχυρον τήνδε ἐπιείναι ζημίην μὴ βου-
 44 λομένην ἀποδοῦναι τὸ χρέος, μήτ' αὐτῷ ἐκείνῳ τελευ-
 45 τήσαντι εἶναι ταφῆς κυρῆσαι μήτ' ἐν ἐκείνῳ τῷ πατρῴῳ
 46 τάφῳ μήτ' ἐν ἄλλῳ μηδενί, μήτ' ἄλλον μηδέν· τὸν
 47 ἐωυτοῦ ἀπογενόμενον θάψαι. (4) Ὑπερβαλέσθαι δὲ
 48 50 βουλόμενον τοῦτον τὸν βασιλέα τοὺς πρότερον ἐωυτοῦ
 49 βασιλεῖας γενομένους Αἰγύπτου μνημόσυνον πυραμίδα
 50 λιπέσθαι ἐκ πλίνθων ποιήσαντα, ἐν τῇ γράμματα ἐν
 51 λίθῳ ἐγκεκολλημένα ἐστὶ τὰδε λέγοντα, « μὴ με κατο-
 νοσῆς πρὸς τὰς λιθίνας πυραμίδας· προέχω γὰρ αὐτέων

sent, si quis vellet pœnam repetere cadis Æsopi, nemo alius, qui illum repeteret, inventus sit, nisi Iadmonis ex filio nepos, cui et ipsi Iadmon nomen erat. Itaque Iadmonis servus Æsopus fuerat.

CXXXV. Rhodopis vero in Ægyptum venit, adducta a Xantho Samio : adducta vero ut quæstum corpore faceret, magno pretio redempta est a cive Mytilenæo Charaxo, Scamandronymi filio, fratre Sapphus poetrix. (2) Illa igitur servitute liberata Rhodopis, mansit in Ægypto : quumque venusta admodum esset, opes sibi comparavit magnas, ut quæ Rhodopidis essent, nec vero ut quæ ad pyramidem exstruendam talem sufficerent. (3) Nam, cujus opum decimam partem ad hunc usque diem conspiciere licet cui-cumque volenti, ei non adeo ingentes opes oportet tribuere. Cupiens enim Rhodopis monumentum sui in Græcia relin-quere, tale opus faciendum curavit, quale a nemine alio vel excogitatum vel in templo aliquo esset dedicatum, illudque Delphis in sui memoriam dedicavit. (4) Ex decima opum igitur suarum parte conficienda curavit com-plura, quot per decimam ei licuerat, ferrea verua assandis bobus idonea, eaque Delphos misit : quæ etiam nunc in unum coacervata conspiciuntur post aram quam Chii dedicarunt, ex adverso ipsius ædis sacræ. (5) Solent autem Naucrati versari venustæ meretrices : nam et hæc, de qua hic sermo habetur, illa celebrata est, ut Græcis omnibus in-notuerit Rhodopidis nomen : et post hanc alia, cui nomen Archidica, per Græciam est nobilitata ; minus tamen, quam ista, sermonibus hominum celebrata. Charaxum autem illum, qui Rhodopin servitute liberavit, Mytilenen rever-sum, multis conviciis Sappho in carminibus insectata est. Sed hæc de Rhodopide hactenus.

CXXXVI. Post Mycerinum, dixerunt sacerdotes, Ægypti regem fuisse Asychin, a quo constructa ad Vulcani templum propylæa orientem soli spectantia ; longe ea pulcherrima et longe maxima. Habent enim omnia quidem propylæa et figuras insculptas, et infinitam ædificiorum varietatem ; hæc autem, omnium maxime. (2) Hoc, aiebant, regnante, quum magna in commerciis esset inopia pecuniæ, legem la-tam esse Ægyptiis, uti, qui patris cadaver pignori daret, ei æs alienum crederetur : (3) adjectamque ei legem esse hanc, ut, qui dedisset æs alienum, is totius etiam conditorii se-pulchralis dominus esset illius qui accepisset : si quis vero, qui illud pignus dedisset, debitum solvere nollet, ei hanc irrogatam esse pœnam, ut nec ipse, quum vita functus esset, in paterno sepulcro aut in alio ullo sepeliatur, nec ei licitum quemquam suorum, qui defunctus esset, sepelire. (4) Superare autem cupientem hunc regem eos qui ante ipsum in Ægypto regnassent, monumentum sui reliquisse pyrami-dem e lateribus confectam, in qua est inscriptio lapidi insculpta, in hanc sententiam : « Ne me conferens cum la-pideis pyramidibus contemnas : tanto enim illas antecello,

τοσούτον θσον ὁ Ζεὺς τῶν ἄλλων θεῶν· κοντῷ γὰρ ὑπο-
 τύπτοντες ἐς λίμνην, ὅ τι πρόσσχοιτο τοῦ πηλοῦ τῷ
 κοντῷ, τοῦτο συλλέγοντες πλίνθους εἵρυσαν καὶ με-
 τρώπῳ τοιοῦτῳ ἐξεποίησαν. » Τοῦτον μὲν τοσαῦτα ἀπο-
 δέξασθαι.

CXXXVII. Μετὰ δὲ τοῦτον βασιλεῦσαι ἄνδρα
 τυρλὸν ἐξ Ἀνύσιος πόλιος, τῷ οὖνομα Ἀνυσιν εἶναι.
 Ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ἑλᾶσαι ἐπ' Αἴγυπτον χειρὶ
 πολλῇ Αἰθίοπας τε καὶ Σαθακῶν τὸν Αἰθίοπων βασιλέα.
 (2) Τὸν μὲν δὴ τυρλὸν τοῦτον οἴχεσθαι φεύγοντα ἐς τὰ
 ἑλα, τὸν δὲ Αἰθίοπα βασιλεύειν Αἰγύπτου ἐπ' ἕτα
 πενήκοντα, ἐν τοῖσι αὐτὸν τάδε ἀποδέξασθαι· ὅπως τῶν
 τις Αἰγυπτίων ἀμάρτοι τι, κτείνειν μὲν αὐτῶν οὐδένα
 ἐθέλειν, τὸν δὲ κατὰ μέγαθος τοῦ ἀδικήματος ἐκάστῳ
 15 δικάζειν, ἐπιτάσσοντα χρώματα χρῶν πρὸς τῇ ἐουσιῶν
 πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν ἀδικούντων. (3) Καὶ οὕτω
 ἐτι αἱ πόλεις ἐγένοντο ὑψηλότεραι· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον
 ἐχώσθησαν ὑπὸ τῶν τὰς διώρυγας ὀρυζάντων ἐπὶ Σεσω-
 στριος βασιλέος, δευτέρα δὲ ἐπὶ τοῦ Αἰθίοπος καὶ
 20 κάρτα ὑψηλὰ ἐγένοντο. (4) Ὑψηλῶν δὲ καὶ ἐτέρων
 τασσομένων ἐν τῇ Αἰγύπτῳ πόλιων, ὡς ἐμοὶ δοκέει,
 μάλιστα ἢ ἐν Βουβάστι πόλιν ἐξεχώσθη, ἐν τῇ καὶ ἱρὸν
 ἐστι Βουβάστιος ἄξιπαρηγητότατον· μέζω μὲν γὰρ ἄλλα
 καὶ πολυδαπανώτερά ἐστι ἱρὰ, ἡδονὴ δ' ἰδέσθαι οὐδὲν
 25 τούτου μάλλον. Ἡ δὲ Βούβαστις κατ' Ἑλλάδα γλωσ-
 σάν ἐστι Ἀρτεμις.

CXXXVIII. Τὸ δ' ἱρὸν αὐτῆς ὧδε ἔχει. Πλὴν τῆς
 ἐσοδοῦ τὸ ἄλλο νῆσιος ἐστὶ· ἐκ γὰρ τοῦ Νεῖλου διώρυγες
 ἐτέγουσι οὐ συμμίσγουσαι ἀλλήλησι, ἀλλ' ἄχρι τῆς ἐσό-
 30 δου τοῦ ἱροῦ ἑκατέρῃ ἐσέχει, ἡ μὲν τῇ περιρρέουσα, ἡ
 δὲ τῇ, εὖρος εἴσοδα ἑκατέρῃ ἑκατὸν ποδῶν, δένδρεσι κα-
 τάκτιος. (2) Τὰ δὲ προπύλαια ὕψος μὲν δέκα ὀργυιῶν
 ἐστὶ, τύποισι δὲ ἐξαπτήρεσι ἐσκευάσθαι ἄξιοισι λόγου.
 Ἐὸν δ' ἐν μέσῃ τῇ πόλει τὸ ἱρὸν κατορθᾷται πάντοθεν
 35 περιώντι· ἅτε γὰρ τῆς πόλιος μὲν ἐκχερωμένης ὕψῳ,
 τοῦ δ' ἱροῦ οὐ κεκινημένου ὡς ἀρχῇθεν ἐποιήθη, ἔσραπον
 ἐστὶ. (3) Περιῶν δ' αὐτὸ αἵμασι τῇ ἐγγεγλυμμένη τύ-
 ποισι, ἐστὶ δ' ἔσωθεν ἄλσος δένδρεων μεγίστων περυ-
 τευμένων περὶ νῆον μέγαν, ἐν τῷ δὴ τοῦαλαμ ἐνι· εὖρος
 40 δὲ καὶ μῆκος τοῦ ἱροῦ πάντα σταδίου ἐστὶ. (4) Κατὰ
 μὲν δὴ τὴν ἐσοδὸν ἐστρωμένη ἐστὶ δόδος λίθου ἐπὶ σταδίου
 τρεῖς μάλιστα κη, διὰ τῆς ἀγορῆς φέρουσα ἐς τὸ πρὸς
 ἡῶν, εὖρος δὲ ὡς τεσσάρων πλεόνων· τῇ δὲ καὶ τῇ τῆς
 ὁδοῦ δένδρεα οὐρανομιχέα πέφυκε· φέρει δ' ἐς Ἑρμῆω
 45 ἱρὸν. Τὸ μὲν δὴ ἱρὸν τοῦτο οὕτω ἔχει.

CXXXIX. Τέλος δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ Αἰθίοπος
 ὥς ἐλεγον γενέσθαι, ὅφιν ἐν τῷ ὕπνῳ τοιγυδε ἰδόντα
 αὐτὸν οἴχεσθαι φεύγοντα· ἐδόκεε οἱ ἄνδρα ἐπιστάνα
 συμβουλεύειν τοὺς ἱρέας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ συλλέξαντα
 50 πάντας μέσους αὐταμέειν. (2) Ἰδόντα δὲ τὴν ὄφιν
 ταύτην λέγειν αὐτὸν ὡς πρόφασιν οἱ δοκέει ταύτην τοὺς
 θεοὺς προδεικνύναι, ἵνα ἀσεβήσας περὶ τὰ ἱρὰ κακὸν τι
 πρὸς θεῶν ἢ πρὸς ἀνθρώπων λάβοι· οὐκ ὦν ποιήσεν
 ταῦτα, ἀλλὰ γὰρ οἱ ἐξεληλυθέναι τὸν χρόνον ἰκόντων

quanto reliquos deos Juppiter. Nam conto in paludis fun-
 dum subacto, quidquid luti conto adhæsit colligentes, inde
 lateres duxerunt : atque hoc modo me perfecerunt. » Hæc
 ab illo gesta.

CXXXVII. Post hunc vero regnasse virum carcum ex A-
 nysi oppido, cui nomen Anysis. Hoc regnante, ingenti ho-
 minum manu Ægyptum invasisse Æthiopes et Sabacon,
 regem Æthiopum. (2) Carcum igitur hunc fuga se in palu-
 des recepisce, Æthiopiæque in Ægypto regnasse annos
 quinquaginta; intra quos annos gesta ab eo esse hæcce :
 quoties aliquis Ægyptiorum quidpiam deliquisset, nullum
 eorum voluisse capite plectere; sed pro ratione delicti sen-
 tentiam pronunciasse, imperantem ut quisque delinquentium
 aggerem adgereret ad oppidum unde esset. (3) Atque ita
 sublimiora etiam facta sunt oppida : etenim primo adgesta
 fuerat terra ab his, qui regnante Sesostri fossas effoderant;
 dein iterum sub Æthiope admodum quidem sunt exaltata.
 (4) Præ cæteris autem oppidis Ægypti, quorum omnium
 exaltatum est solum, maxime, ut mihi videtur, adgesta terra
 est ad Bubastin urbem; in qua est etiam templum Buba-
 stidis, memoratu dignissimum. Sunt enim et alia quidem
 templa ampliora et sumtuosiora; sed adspectu nullum hoc
 jucundius. Est autem Bubastis, Græcorum sermone,
 Diana.

CXXXVIII. Cujus templum ita comparatum est. Præ-
 ter introitum, reliquum totum insula est : fosse enim ex
 Nilo adductæ non miscentur altera alteri, sed utraque
 usque ad introitum pertinet templi; altera ab uno latere,
 altera ab altero circumfluens; utraque centum pedes patens
 in latitudinem, arboribus inumbrata. (2) Propylæa ad qua-
 draginta cubitorum altitudinem surgunt, figuris sexcobi-
 libus memoratu dignis ornata. Quum sit templum in me-
 dia urbe, undique conspicitur ex toto circuitu : nam quum
 oppidi solum aggere aggesto sit exaltatum, templum autem,
 ex quo primum exstructum, non mutatum fuerit, undique
 conspectui patet. (3) Circumductus est templo murus,
 figuris insculptis : est autem intus altissimarum arborum
XIV. Ἡμέρῃ δὲ δεκάτῃ ἀπ' ἧς παρέλαβε τὸ τεῖχος τὸ ἐν Μέμφι Καμβύσης, κατίσας ἐς τὸ πρόστειον ἐπὶ 15 λῦμῃ τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων Ψαμμήνιτον, βασιλεύσαντα μῆνας ἑξ, τούτων κατίσας σὺν ἄλλοις Αἰγυπτίοις διεπειρᾶτο αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ποιῶν τοιάδε. (2) Στεῖλας αὐτοῦ τὴν θυγατέρα ἐσθῆτι δουλῇ ἐξέπεμπε ἐπ' ὕδωρ ἔχουσαν ὕδρῃον· συνέπεμπε δὲ καὶ 20 ἄλλας παρθένους ἀπολέξας ἀνδρῶν τῶν πρώτων, ὁμοίως ἐσταλμένας τῇ τοῦ βασιλέως. (3) Ὡς δὲ βοῇ τε καὶ κλαυθμῷ παρήϊσαν αἱ παρθένοι κατὰ τοὺς πατέρας, οἱ μὲν ἄλλοι πατέρες ἀνεθύνοντες τε καὶ ἀνέλκλιον δρέοντες τὰ τέκνα κεκακωμένα, ὁ δὲ Ψαμμήνιτος προῖδὼν 25 καὶ μαθὼν ἔκυψε ἐς τὴν γῆν. (4) Παρεξελθουσέων δὲ τῶν ὑδροφόρων, δευτέρᾳ οἱ τὸν παῖδα ἐπεμπε μετ' ἄλλων Αἰγυπτίων δισιγίλων τὴν αὐτὴν ἡλικίην ἔχόντων, τοὺς τε αὐχένας καλῶ δεδεμένους καὶ τὰ στόματα ἐγκεχαλνωμένους. Ἦγοντο δὲ ποινὴν τίσοντες Μυτιληναίων τοῖσι ἐν Μέμφι ἀπολομένοισι σὺν τῇ νηϊ· ταῦτα γὰρ ἐδίδαξαν οἱ βασιλεῖς δικασταί, ὑπὲρ ἀνδρὸς ἑκάστου δέκα Αἰγυπτίων τῶν πρώτων ἀνταποδλυσθαι. (5) Ὁ δὲ ἰδὼν παρεξίοντας καὶ μαθὼν τὸν 30 παῖδα ἀγόμενον ἐπὶ θάνατον, τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων τῶν περικατημένων αὐτὸν κλαιόντων καὶ δεινὰ ποιούντων, τῷτο ἐποίησε τὸ ἐπὶ τῇ θυγατρὶ. Παρελθόντων δὲ καὶ τούτων, συνήνεκε ὥστε τῶν συμποτέων οἱ ἀνδρα ἀπληκίστερον, ἐκπεπτωκότα ἐκ τῶν ἐόντων ἔχοντά τε οὐδὲν εἰ μὴ ὅσα πτωχὸς· καὶ προσαιτέοντα τὴν 40 στρατιὴν, παριέναι Ψαμμήνιτον τε τὸν Ἀμάσιος καὶ τοὺς ἐν τῷ πρόστειῳ κατημένους τῶν Αἰγυπτίων. (6) Ὁ δὲ Ψαμμήνιτος ὡς εἶδε, ἀνακλαύσας μέγα καὶ καλέσας οὐνομαστὴν τὸν ἐταῖρον ἐπλήξατο τὴν κεφαλὴν. Ἔσαν δ' ἄρα αὐτοῦ φύλακοι, οἱ τὸ ποιούμενον πᾶν ἑξ 45 ἐκείνου ἐπ' ἑκάστῃ ἐξόδῳ Καμβύσης ἐσήμαινον. (7) Θωμάσας δὲ ὁ Καμβύσης τὰ ποιούμενα, πέμψας ἄγγελον εἰρώτα αὐτὸν λέγων τάδε, « δεσπότης σε Καμβύσης, Ψαμμήνιτε, εἰροντᾷ διότι δὴ τὴν μὲν θυγατέρα δρέων κεκακωμένην καὶ τὸν παῖδα ἐπὶ θάνατον στεί- 50 χοντα οὔτε ἀνέθωσας οὔτε ἀνέκλασας, τὸν δὲ πτωχὸν οὐδ' ἐν σοὶ προσήκοντα, ὡς ἄλλων πυνθάνεται, ἐτίμη- εας. » (8) Ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἐπειρώτα, ὁ δ' ἀμείβετο τοισίδε, « ὦ παῖ Κύρου, τὰ μὲν οἰκίᾳ ἦν μέγ' οὐ κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν, τὸ δὲ τοῦ ἐταίρου πάθος ἄξιον ἦν

nesque in frusta discerptos in castellum deportant. (2) Et Ægyptii quidem, posthac obsessi oppugnatique, ad extremum in deditionem venerunt; finitimi autem Libyes, Ægypti sortem veriti, non tentato armorum periculo sese tradiderunt, tributum solvere spondentes, et dona mittentes. (3) Similiter etiam Cyrenæi et Barcaei fecerunt, eadem timentes atque Libyes. Sed Cambyses Libyæ quidem dona benigne accepit: at quæ a Cyrenæis erant missa aspernatus, puto, quod exigua essent (nam quingentas argenti libras miserant Cyrenæi); has igitur, sua manu prehensas, militibus distribuendas projecit.

XIV. Decimo die, ex quo in deditionem venerat castellum quod Memphi est, regem Ægyptiorum Psammenitum, qui sex menses regnaverat, Cambyses contumeliæ causa cum aliis Ægyptiis residere jussit in suburbio; et animum illius tentaturus, hocce facere instituit. (2) Filiam illius, servili vestitu indutam, hydriamque gestantem, aqumatum emisit, simulque cum ea alias virgines, ex principum virorum filiabus delectas, eodem cultu vestitas quo regis filia. (3) Quæ ubi ingenti cum clamore et ejulatu præteribant locum ubi considebant patres, reliqui patres, conspectis filiabus ita misere adfectis, invicem clamorem ejulatumque susulere; Psammenitus vero, ubi respiciens cognovit, in terram delixit oculos. (4) Postquam præterierant puellæ aqumatum missæ, secundo loco filium regis cum aliis bis mille ejusdem ætatis Ægyptiis præter regis oculos duci jussit, tunc circum cervicem vinctos et ora frenis coercitos. Ducebantur autem hi ita, pœnas luituri Mytilenæis illis, qui Memphi cum navî perierant: hanc enim sententiam pronuntiaverant regii iudices, ut pro unoquoque viro decem Ægyptii ex principum numero invicem perirent. (5) Et ille, etiam hos prætereuntes videus, quum ad mortem duci filium suum intelligeret, reliquis Ægyptiis, qui circum illum sedebant, flentibus et lamentantibus, idem fecit quod in filia fecerat. Denique quum et hi præterissent, accidit ut homo natu grandior, qui compotor regis olim fuerat, nunc vero bonis omnibus exciderat, nec aliud quidquam, nisi quantum mendicus, habebat, atque adeo stipem a militibus rogabat, præteriret præter Psammenitum, Amasidis filium, Ægyptiosque qui in suburbio sedebant. (6) Hunc ubi Psammenitus conspexit, ingentem in fletum erupit, et nomine compellens sodalem, caput sibi planxit. Erant autem illi custodes adpositi, qui, quidquid quaque prætereunte pompa faceret, observarent, et renunciarent Cambysi. (7) Miratus igitur Cambyses quæ ille fecerat, misso nuncio, interrogavit eum his verbis: « Dominus Cambyses ex te quærît, Psammenite, quid sit quod conspecta filia tua male adfecta, itemque conspecto filio ad supplicium prodeunte, nec clamorem nec fletum edidisti; mendicium vero illum, nihil ad te pertinentem, ut quidem ex aliis cognovit, honore hoc es persecutus. » (8) Cui ita interroganti hæc ille respondit: « O fili Cyri, domestica mala majora erant quam quæ fletum exprimerent: at sodalis hujus calamitas æcrinus meretur, quæ

δακρύων, δς ἐκ πολλῶν τε καὶ εὐδαιμόνων ἐκπεσὼν ἐς πτωχίην ἀπίχται ἐπὶ γήραος οὐδῶς. » Καὶ ταῦτα ὡς ἀπενειβέντα ὑπὸ τούτου εὖ δοκέειν οἱ εἰρῆσθαι. (9) Ὡς δὲ λέγεται ὑπ' Αἰγυπτίων, δακρύειν μὲν Κροῖσον (ἐτετεύχες γὰρ καὶ οὗτος ἐπισπόμενος Καμβύση ἐπ' Αἴγυπτον), δακρύειν δὲ Περσέων τοὺς παρόντας· αὐτῶν τε Καμβύση ἐσελθεῖν οἰκτὸν τινα, καὶ αὐτίκα κελεύειν τὸν τέ οἱ παῖδα ἐκ τῶν ἀπολλυμένων σῶζειν καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ προαστείου ἀναστῆσαντας ἄγειν παρ' ἐωυτόν.

10 XV. Τὸν μὲν δὴ παῖδα εὗρον οἱ μετιόντες οὐκέτι περισόντα, ἀλλὰ πρῶτον κατακοπέντα, αὐτὸν δὲ Ψαμμήνιτον ἀναστήσαντες ἦγον παρὰ Καμβύσεα· ἔνθα τοῦ λοιποῦ διαίτῳ ἔχων οὐδὲν βίαιον. (2) Εἰ δὲ καὶ ἡπιστήθη μὴ πολυπρημονέειν, ἀπέλαβε ἂν Αἴγυπτον

15 ὥστε ἐπιτροπέειν αὐτῆς, ἐπεὶ τιμᾶν ἐβόασι Πέρσαι τῶν βασιλείων τοὺς παῖδας· τῶν, ἣν καὶ σφρων ἀποστεῖσι, δμως τοῖσι γε παῖσι αὐτῶν ἀποδιοῦσι τὴν ἀρχήν. (3) Πολλοῖσι μὲν νυν καὶ ἄλλοισι ἐστι σταθμώσασθαι ὅτι τοῦτο οὕτω νανομῖκαςι ποιεῖιν, ἐν δὲ

20 καὶ τῷδε τῷ Αἰθῦος Ἰνάρῳ παιδί Θαννύρα, δς ἀπέλαβε τὴν οἱ δ πατὴρ εἶχε ἀρχήν, καὶ τῷ Ἀμυρταίου Πασίρι· καὶ γὰρ οὗτος ἀπέλαβε τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχήν· καίτοι Ἰνάρῳ τε καὶ Ἀμυρταίου οὐδαμοῖ καὶ Πέρσας κακὰ πλέω ἐργάσαντο. (4) Νῦν δὲ μηχανώμενος κακὰ ὁ Ψαμμήνιτος ἔλαβε τὸν μισθόν· ἀπιστάς γὰρ Αἰγυπτίους ἦλκε, ἐπεῖτε δὲ ἐπαίστως ἐγένετο ὑπὸ Καμβύσει, αἷμα ταύρου πῶν ἀπέθανε παραχρημα. Οὕτω δὴ οὗτος ἐτελεύτησε.

XVI. Καμβύσης δὲ ἐκ Μέμφιος ἀπῆκετο ἐς Σάιν πόλιν, βουλόμενος ποιῆσαι τὰ δὴ καὶ ἐποίησε. Ἐπεῖτε γὰρ ἐσῆλθε ἐς τὰ τοῦ Ἀμάσιος οἰκία, αὐτίκα ἐκέλευε ἐκ τῆς ταχῆς τὸν Ἀμάσιος νέκυν ἐκφέρειν ἔξω· ὥς δὲ ταῦτά οἱ ἐπιτελέα ἐγένετο, μαστιγῶν ἐκέλευε καὶ τὰς τρίχας ἀποτιλλεῖν καὶ κεντροῦν τε καὶ τᾶλλα

25 πάντα λυμαίνεσθαι. Ἐπεῖτε δὲ καὶ ταῦτα ἐκχυον ποιεῦντες (ὁ γὰρ δὴ νεκρὸς ἄτε τεταριγευμένος ἀντείχετε καὶ οὐδὲν διεγέετο), ἐκέλευσέ μιν ὁ Καμβύσης κατακαῦσαι, ἐντελλόμενος οὐκ ὀσῖα. (2) Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσι εἶναι τὸ πῦρ. Τὸ ὦν κατακαίειν τοὺς

40 νεκροὺς οὐδαμῶς ἐν νόμῳ οὐδετέροισι ἐστι, Πέρσῃσι μὲν δι' ὅπερ εἴρηται, θεῶν οὐ δίκαιον εἶναι λέγουσι νέμειν νεκρὸν ἀνθρώπου· Αἰγυπτίοισι δὲ νενόμισται τὸ πῦρ θηρίον εἶναι ἐμψυχον, πάντα δὲ αὐτὸ κατεσθίειν τὰ περ ἂν λάβῃ, πλησθέν δὲ αὐτὸ τῆς βορῆς συναποθνήσκειν τῷ κατεσθιμένῳ. (3) Οὐκ ὦν θηρίοισι νόμος οὐδαμῶς σφί ἐστι τὸν νέκυν διδόναι· καὶ διὰ ταῦτα τριχεύουσι, ἵνα μὴ κείμενος ὑπ' εὐλείῳν καταβρωθῇ. Οὕτω δὴ οὐδετέροισι νομιζόμενα ἐνετέλλετο ποιεῖιν ὁ Καμβύσης. (4) Ὡς μὲντοι Αἰγύπτιοι λέγουσι, οὐκ

50 Ἀμάσις ἦν δ ταῦτα παθὼν, ἀλλ' ἄλλος τῶν τις Αἰγυπτίων, ἔχων τὴν αὐτὴν ἡλικίην Ἀμάσι, τῷ λυμαινόμενῳ Πέρσαι ἐδόκεον Ἀμάσι λυμαίνεσθαι. (5) Λέγουσι γὰρ ὡς πυθόμενος ἐκ μαντηίου ὁ Ἀμάσις τὰ περὶ ἐωυτὸν ἀποθανόντα μέλαιο γίνεσθαι, οὕτω δὴ ἀερόμενος

ingentibus opibus excidit, et in senectutis limine ad mendicitatem est redactus. » Hæc quum ab eodem nuncio ad Cambysen essent relata, commode dicta ei visa esse. (9) Narrant autem Ægyptii, etiam Cræsum (nam hunc quoque secum in Ægyptum Cambyses adduxerat) et Persas, qui aderant, lacrimasse; ipsumque Cambysen misericordia quadam fuisse tactum, protinusque jussisse, ut filius ejus ex horum numero qui perire deberent eximeretur, et ipse e suburbio excitus ad se duceretur.

XV. Jam filium quidem, qui ad eum servandum missi sunt, non amplius superstitem invenerunt, ut qui primo loco fuerat cæsus: sed Psammenitum ipsum, e suburbio excitum, ad Cambysen duxerunt; apud quem ille deinde vitam egit, nullam vim passus. (2) Qui si non creditus fuisset res novas moliri, recepturus erat Ægyptum, ita ut tamquam præfectus eam esset administraturus. Nam honorare consueverunt Persæ regum filios; quibus, licet patres ab illis defecerint, reddunt regnum. (3) Id enim ita institutum eos habere, quum ex aliis multis colligi potest, tum hoc, quod Thannyræ, Inari Afri filio, paternum regnum restitutum est, pariterque Pausiridi, Amyrtæi filio, qui et ipse paternum recepit imperium; quamvis nemo plus mali Persis fecerit, quam Inarus et Amyrtæus. (4) Nunc Psammenitus, prava molitus, mercedem accepit: nam ad defectionem sollicitasse Ægyptios deprehensus est; quod quum esset compertum Cambysi, tauri sanguinem bibere coactus e vestigio mortuus est. Talem igitur ille vitæ exitum habuit.

XVI. Cambyses vero Memphis Sain urbem profectus est, ea facturus quæ etiam peregit. Nam Amasidis aedes ingressus, protinus e sepulcro proferri cadaver Amasidis jussit: eoque facto, flagellis illud cadi jussit, et capillos evelli, et stimulis pungi, et aliis modis ei insultari. Quæ quum multo cum labore fecissent ministri (nam resistebat cadaver, quippe conditum, ac nullo modo diffluebat), comburi illud Cambyses jussit, nefarium jubens facinus. (5) Etenim Persæ deum habent ignem: itaque igne comburere mortuos, utrisque nefas est: Persis quidem, eam ipsam ob causam quam memoravi, dicunt enim nefas esse, cadaver hominis offerre deo. Ægyptii vero censent vivam belluam esse ignem, quæ devoret quidquid nacta sit, tum pabulo satiata simul cum eo quod devoravit moriatur. (3) Atqui nefas illis est, bestiis tradere cadaver; ob eamque causam illud condiunt, ne in terra jacens consumatur a vermibus. Itaque, quod utrisque nefas erat, id faciendum præcepit Cambyses. (4) Quamquam, ut quidam Ægyptii aiunt, non Amasis fuit cui hoc accidit, sed alius quidam Ægyptius, ejusdem cum Amasi staturæ, quem ea contumelia adficiens Persæ, Amasidi insultare putarunt. (5) Amasin enim aiunt, quum ex oraculo cognosset quid sibi post mortem esset patiendum,

τὰ ἐπιφερόμενα τὸν μὲν ἄνθρωπον τοῦτον τὸν μαστιγω-
θέντα ἀποθανόντα ἐθαψέ ἐπὶ τῇσι θύρῃσι ἐντὸς τῆς
ἑωυτοῦ θήκης, ἑωυτὸν δὲ ἐνετείλατο τῷ παιδὶ ἐν μυγῷ
τῆς θήκης ὡς μάλιστα θῆναι. (6) Αἱ μὲν νυν ἐκ τοῦ
5 Ἀμάσιος ἐντολαὶ αὐταὶ αἱ ἐς τὴν ταρῆν τε καὶ τὸν
ἄνθρωπον ἔχουσαι οὐ μοι δοκέουσι ἀρχὴν γενέσθαι,
ἀλλῶς δ' αὐτὰ Αἰγύπτιοι σεμνοῦν.

XVII. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐβουλεύσατο
τριφασίας στρατηγίας, ἐπὶ τε Καρχηδονίους καὶ ἐπ'
10 Ἀμμωνίους καὶ ἐπὶ τοὺς μακροβίους Αἰθίοπας, οἰκημέ-
νους δὲ Λιβύης ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσῃ. (2) Βουλευομένῳ
δὲ οἱ ἔδοξε ἐπὶ μὲν Καρχηδονίους τὸν ναυτικὸν στρα-
τὸν ἀποστέλλειν, ἐπὶ δὲ Ἀμμωνίους τοῦ πεζοῦ ἀποκρί-
ναντα, ἐπὶ δὲ τοὺς Αἰθίοπας κατόπτας πρῶτον, ὁψομέ-
15 νους τε τὴν ἐν τούτοις τοῖσι Αἰθίοφι λεγομένην εἶναι
ἡλίου τράπεζαν, εἰ ἔστι ἀληθές, καὶ πρὸς ταύτῃ τὰ
ἄλλα κατοφόμενους, δῶρα δὲ τῷ λόγῳ φέροντας τῷ βα-
σιλεῖ αὐτῶν.

XVIII. Ἡ δὲ τράπεζα τοῦ ἡλίου τοιγάρ τις λέγεται
20 εἶναι. Λειμών ἐστι ἐν τῇ προαστείῳ ἐπίπλεος κρεῶν
ἐφθῶν πάντων τῶν τετραπόδων, ἐς τὸν τὰς μὲν νύκτας
ἐπιτηδεύοντας τίθενται τὰ κρέα τοὺς ἐν τελείῃ ἐκάστους
έόντας τῶν ἀστῶν, τὰς δὲ ἡμέρας δαίνυσθαι προσιόντα
τὸν βουλούμενον φάναι δὲ τοὺς ἐπιγυρίους ταῦτα τὴν
25 γῆν αὐτὴν ἀναδίδοναι ἐκάστοτε. Ἡ μὲν δὲ τράπεζα
τοῦ ἡλίου καλεωμένη λέγεται εἶναι τοιγάρ.

XIX. Καμβύσης δὲ ὡς ἔδοξε πέμπειν τοὺς κατασχό-
πους, αὐτίκα μετετέμπετο ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος τῶν
Ἰχθυοφάγων ἀνδρῶν τοὺς ἐπισταμένους τὴν Αἰθιοπίδα
30 γλῶσσαν. (2) Ἐν ᾧ δὲ τούτους μετήϊσαν, ἐν τούτῳ
ἔκλειψε ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα πλῶειν τὸν ναυτικὸν στρα-
τὸν. Φοίνικες δὲ οὐκ ἔφασαν ποιήσιν ταῦτα· ὀρκιοῖσί
τε γὰρ μεγάλοις ἐνδεδέσθαι, καὶ οὐκ ἂν ποιεῖν ὅσα
ἐπὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἑωυτῶν στρατευόμενοι. (3) Φοί-
35 νίκων δὲ οὐ βουλομένων οἱ λοιποὶ οὐκ ἀξιόμαχοι ἐγί-
νοντο. Καρχηδόνιοι μὲν νυν οὕτω δουλοσύνην διέ-
φυγον πρὸς Περσέων· Καμβύσης γὰρ βίην οὐκ ἐδικαίου
προσφέρειν Φοίνιξι, ὅτι σφέας τε αὐτοὺς ἐδεδώκεσαν
Πέρσῃσι καὶ πᾶς ἐκ Φοινίκων ἤρτητο ὁ ναυτικὸς στρα-
40 τός. Δόντες δὲ καὶ Κύπριοι σφέας αὐτοὺς Πέρσῃσι
ἐστρατεύοντο ἐπ' Αἴγυπτον.

XX. Ἐπεὶ δὲ τῷ Καμβύσῃ ἐκ τῆς Ἐλεφαντίνης
ἀπίκοντο οἱ Ἰχθυοφάγοι, ἔπειπε αὐτοὺς ἐς τοὺς Αἰθιο-
πας ἐντεταλμένους τε τὰ λέγειν χρῆν, καὶ δῶρα φέρον-
45 τας πορφυρέον τε εἶμα καὶ χρύσειον στρεπτὸν περιαι-
χένιον καὶ ψέλια καὶ μύρου ἀλάσαστρον καὶ φοινικίου
οἴνου κάδον. (2) Οἱ δὲ Αἰθίοπες οὗτοι, ἐς τοὺς ἀπέ-
πεμπε δὲ Καμβύσης, λέγονται εἶναι μέγιστοι καὶ καλ-
λιστοὶ ἀνθρώπων πάντων· νόμοισι δὲ καὶ ἄλλοις χρᾶ-
50 σθαι αὐτοὺς φασὶ χειρωσιμένοις τῶν ἄλλων ἀνθρώ-
πων, καὶ ὅτι καὶ κατὰ τὴν βασιλῆϊν τοιγάρ τὸν ἂν
τῶν ἀστῶν κρίνωσι μέγιστόν τε εἶναι καὶ κατὰ τὸ μέ-
γαθος ἔχειν τὴν ἰσχυρὴν, τοῦτον ἀξιοῦσι βασιλεύειν.

XXI. Ἐς τούτους δὲ ὦν τοὺς ἄνδρας ὡς ἀπίκοντο

quo evaderet imminentem sortem, hominem hunc, qui nunc
flagellis cæsus est, tunc temporis mortuum, suq in sepulcro
prope januam sepeliise, mandasse autem filio, ut ipsum
in imo sepulcri recessu deponeret. (6) At mihi quidem
videtur, mandatum tale, ad suam sepulturam et ad homi-
nem istum pertinens, nullum omnino dedisse Amasin, sed
falso hæc jactari ab Ægyptiis.

XVII. Post hæc Cambyses triplicem meditatus est expe-
ditionem; unam adversus Carthaginienses, alteram adver-
sus Ammonios, tertiam adversus Macrobios (*id est*, Longæ-
vos) Æthiopes, ad australe mare Libycum incolentes. (2)
Instituta deliberatione placuit ei, adversus Carthaginienses
navalem exercitum mittere; adversus Ammonios terres-
trium copiarum partem; ad Æthiops vero primum specu-
latores, qui et Solis mensam, quæ in horum Æthiopum
terra esse dicebatur, viderent an revera esset, et relinqua
quoque præter hanc explorarent; in speciem autem dona
ferrent regi eorum.

XVIII. Illa Solis mensa fertur esse hujusmodi. Pratum
est in suburbio, coctis carnibus quadrupedum omnis generis
repletum: eas carnes, aiunt, noctu ex instituto ibi deponi
ab omnibus qui in dignitate essent civibus, interdiu autem
accedere quemque qui vellet, eisque vesci; dicere autem
indigenas, ipsam terram illas quaque nocte progignere.
Talis igitur esse fertur illa Solis quæ vocatur mensa.

XIX. Ut vero speculatores mittere Cambyses constituit,
statim ex Elephantine urbe homines arcessivit de Ichthyophagorum
genere, qui Æthiopiam linguam callerent. (2) Interim vero, dum hi
arcesserentur, navalem exercitum ad-
versus Carthaginem jussit navigare. At Phœnices id se
facturos negarunt: magnis quippe juramentis sese teneri,
et nefas esse facturos, si contra suam sobolem militarent.
(3) Nolentibus autem Phœnicibus, reliqui pares non erant
viribus: atque ita Carthaginienses servitutem, quæ il-
lis a Persis imminebat, effugerunt. Etenim vim adferre
Phœnicibus æquum non censuit Cambyses, ut qui se ultro
Persis tradidissent, et e quibus penderent universæ ipsius
copiæ navales. Præter Phœnices, Cyprii quoque Persis
sese tradiderant, et expeditionis in Ægyptum susceptæ
erant socii.

XX. Postquam ad Cambysen ex Elephantine advenerunt
Ichthyophagi, misit eos ad Æthiops, edoctos quid dice-
rent, et dona ferentes, purpureum amiculum, et aureum
torquem armillasque, et unguenti alabastrum, et palmei
vini cadum. (2) Dicuntur autem Æthiopes hi, ad quos
misit Cambyses, et statura maximi et pulcerrimi esse ho-
minum omnium; et quum aliis institutis uti diversis ab cete-
rorum hominum institutis, tum hoc ad regiam dignitatem
spectante: quemcumque civium statim maximum judicant
et corporis viribus pro ratione præstantem, hunc regem
esse æquum censent.

XXI. Ad hos igitur homines ubi advenerunt Ichthyo-

οἱ Ἰχθυοφάγοι, διδόντες τὰ δῶρα τῷ βασιλεῖ αὐτῶν
 λέγοντα ἅδε, « βασιλεὺς ὁ Περσέων Καμβύσης, βουλόμενος φίλος τοι καὶ ζείνους γενέσθαι, ἡμέας τε ἀπέπεμψε
 ἐς λόγους τοι ἐλθεῖν κελεύων, καὶ δῶρα ταῦτά τοι διδοῖ
 5 τοῖσι καὶ αὐτὸς ἀμύλλιστα ἤδεται χρεώμενος. » (2) Ὁ δὲ Αἰθίοψ μαθὼν ὅτι κατόπται ἤκοιεν, λέγει πρὸς αὐ-
 τοὺς τοιαῦτα, « οὔτε ὁ Περσέων βασιλεὺς δῶρα ὑμέας
 ἐπέμψε φέροντας προτιμῶν πολλοῦ ἐμοὶ ζείνους γενέ-
 σθαι, οὔτε ὑμεῖς λέγετε ἀληθῆς (ἤκετε γὰρ κατόπται
 10 τῆς ἐμῆς ἀρχῆς), οὔτε ἐκεῖνος ἀνὴρ ἐστὶ δίκαιος· εἰ γὰρ
 ἦν δίκαιος, οὐτ' ἂν ἐπεθύμησε χώρης ἄλλης ἢ τῆς
 ἑωυτοῦ, οὐτ' ἂν ἐς δουλοσύνην ἀνθρώπους ἤγε ὑπ' ὧν
 μηδὲν ἠδίκηται. (3) Νῦν δὲ αὐτῷ τόξον τὸδε διδόντες
 τάδε ἔπεα λέγετε, Βασιλεὺς ὁ Αἰθίοπων συμβουλεύει
 15 τῷ Περσέων βασιλεῖ, ἐπεὶ αὐτῷ εὐπετέως ἔλκωσι τὰ
 τόξα Πέρσαι ἐόντα μεγάβει τοσαῦτα, τότε ἐπ' Αἰθίο-
 πας τοὺς μακροβίους πληθεῖ υπερβαλλόμενον στρατεύε-
 σθαι· μέχρι δὲ τούτου θεοῖσι εἰδέναι χάριν, οἳ οὐκ ἐπὶ
 νόον τράπουσι Αἰθίοπων παισὶ γῆν ἄλλην προσκτάσθαι
 20 τῇ ἑωυτῶν. »

XXII. Ταῦτα δὲ εἶπας καὶ ἀνέει το τὸ ξόν παρεδῶκε
 τοῖσι ἤκουσι. Λαβὼν δὲ τὸ εἶμα τὸ πορφυρεὸν εἰρώτα
 25 δ τι εἴη καὶ ὅπως πεποιημένον. Εἰπάντων δὲ τῶν
 Ἰχθυοφάγων τὴν ἀλήθειαν περὶ τῆς πορφυρῆς καὶ τῆς
 βαφῆς, δολεροῦσά μὲν τοὺς ἀνθρώπους εἶναι εἶναι, δολ-
 ερὰ δὲ αὐτῶν τὰ εἴματα. (2) Δεύτερα δὲ τὸν χρύ-
 σεον εἰρώτα στρεπτόν τὸν περιαυχένιον καὶ τὰ φέλινα
 ἐξηγεομένων δὲ τῶν Ἰχθυοφάγων τὸν κόσμον αὐτῶν,
 30 γελάσας ὁ βασιλεὺς καὶ νομίσας εἶναι σφεα πέδας εἶπε
 ὡς παρ' ἑωυτοῖσι εἰσι βρωμαλεύτερι τούτων πέδων.
 Τρίτα δὲ εἰρώτα τὸ μύρον· εἰπάντων δὲ τῆς ποιή-
 σιος πέρι καὶ ἀλείφιος, τὸν αὐτὸν λόγον τὸν καὶ περὶ
 τοῦ εἵματος εἶπε. (3) Ὡς δὲ ἐς τὸν οἶνον ἀπῆκετο καὶ
 ἐπύθετο αὐτοῦ τὴν ποιήσιν, ὑπερησθεὶς τῷ πόματι
 35 ἐπέειρετο δ τι τε σιτέεται ὁ βασιλεὺς καὶ χρόνον
 δόσον μακρότατον ἀνὴρ Πέρσης ζῶει. (4) Οἱ δὲ σι-
 τέσθαι μὲν τὸν ἄρτον εἶπαν, ἐξηγησάμενοι τῶν πυρῶν
 τὴν φύσιν, ὀγδώκοντα δ' ἔτεα ζῆς πλήρωμα ἀνδρὶ
 μακρότατον προκέεσθαι. (5) Πρὸς ταῦτα ὁ Αἰθίοψ
 40 εἶπε οὐδὲν θαμάζειν εἰ, σιτεόμενοι κόπρον ἔτεα ὀλίγα
 ζώουσι· οὐδὲ γὰρ ἂν τοσαῦτα δύνασθαι ζῶειν σφέας, εἰ
 μὴ τῷ πόματι ἀνέφερον, φράζων τοῖσι Ἰχθυοφάγοις
 τὸν οἶνον· τοῦτο γὰρ ἑωυτοὺς ὑπὸ Περσέων ἐσσοῦσθαι.

XXIII. Ἀντειρομένων δὲ τὸν βασιλέα τῶν Ἰχθυο-
 45 φάγων τῆς ζῆς καὶ διαίτης πέρι, ἔτεα μὲν ἐς εἰκοσι
 καὶ ἑκατὸν τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ἀπικνέεσθαι, ὑπερβάλ-
 λειν δὲ τινὰς καὶ ταῦτα, σίτην δὲ εἶναι κρέα ἐρβὰ
 καὶ πόμα γάλα. Θῶμα δὲ ποιούμενων τῶν κατασκόπων
 περὶ τῶν ἐτέων, ἐπὶ κρήνην σφι ἡγήσασθαι, ἀπ' ἧς
 50 λούμενοι λιπαρώτεροι ἐγίνοντο, κατὰ περ εἰ ἐλαίου
 εἶη· ὅθεν δὲ ἀπ' αὐτῆς ὡς εἰ ὶον. (2) Ἀσθενὲς δὲ τὸ
 ὕδωρ τῆς κρήνης ταύτης οὕτω δὴ τι ἔλεγον εἶναι οἱ κα-
 τάσκοποι ὅστε μηδὲν οἷον τε εἶναι ἐπ' αὐτοῦ ἐπιπλῶειν,
 μήτε ξύλον μήτε τῶν ὅσα ξύλου ἐστὶ ἐλαφρότερα, ἀλλὰ

phagi, dona porrigentes regi eorum, haec verba fecerunt :
 « Rex Persarum Cambyses, cupiens amicitiam tecum hos-
 pitiumque jungere, misit nos, jubens ut in colloquium
 tuum veniremus; et dona tibi dat haec, quarum rerum usu
 et ipse maxime delectatur. » (2) Quibus Aethiops, intelli-
 gens venire eos ut speculatores, in hunc modum respondit :
 « Neque Persarum rex eo vos misit dona ferentes, quod
 multum ei intersit ut mecum hospitium jungat; nec vos
 vera dicitis (venistis enim ut regi mei speculatores); nec
 ille vir justus est : nam si justus esset, non concupivisset
 aliam terram praeter suam, nec in servitutem rede-gisset
 homines, qui nulla illum injuria adfecerant. (3) Nunc illi
 arcum hunc tradite, haec verba dicentes : Rex Aethiopum
 suadet regi Persarum, ut quando ita facile arcus tendere
 hujus molis Persae potuerint, tunc adversus Macro-bios
 Aethiops copis multitudine nos superantibus moveat bel-
 lum : usque eo autem diis habeat gratiam, quod Aethiopum
 filiis non induxerint in animum, ut praeter suam terram
 acquirere cupiant aliam. »

XXII. His dictis laxavit arcum, et his qui venerant tra-
 didit. Tunc sumto purpureo amiculo quaesivit, quid es-
 set, et quonam modo factum. Cui quum Ichthyophagi
 vera divissent de purpura et de illius tinctura, dolosos esse
 hos homines, inquit, et dolosa illorum amacula. (2) Deinde
 de aureo torque collari et de armillis quaesivit; quumque de
 hoc ornatu exposuissent Ichthyophagi, ridens rex, quum
 compedes esse putasset, ait, apud ipsos validiores hisce
 compedes esse. Tertio, de unguento interrogavit; et,
 quum illi de confectione unguenti ac de ungendi ratione
 disseruissent, idem illis, quod de amiculo, respondit. (3)
 Ubi ad vinum venit, et de hujus confectione ex illis qua-
 sivit, valde delectatus potu, deinde interrogavit, quonam
 cibo utatur rex, et quodnam sit homini Persae longissimum
 vitae spatium. (4) Et illi pane vesci aiebant, naturamque
 tritici exponebant : octoginta vero annos terminum dice-
 bant esse longissimum vitae hominis propositum (5)
 Tum Aethiops respondit Ichthyophagis : nihil proinde
 mirum esse, quum stercus comedant, tam exiguum eos
 vivere annorum numerum; qui ne tot quidem annos vi-
 vere possent, nisi hocce potu sese recrearent : nempe vi-
 num dicens : hoc enim uno a Persis se superari.

XXIII. Vicissim interrogantibus regem Ichthyophagis de
 vitae spatio et de alimentorum genere; ad centum et viginti
 annos, ait, pervenire ipsorum plerosque, nonnullos vero
 etiam hunc terminum transcendere : cibum vero esse carnes
 coctas; potum, lac. Quumque mirarentur speculatores
 quod de annorum numero dixisset, ad fontem ab illo ductos
 se esse referebant, e quo loti nitidiores facti essent, quasi
 olei fons esset; odorem autem tamquam violarum spirare
 illum fontem. (2) Ita levem autem, dicebant speculatores,
 esse fontis hujus aquam, ut nihil supernatare possit, ne-
 que lignum, neque quaecumque ligno sunt leviora; sed in

πάντα σφέα χωρέειν ἐς βυσσόν. (3) Τὸ δὲ ὕδωρ τοῦτο εἴ σφί ἐστι ἀληθῶς οἷον τι λέγεται, διὰ τοῦτο ἂν εἴην, τοῦτω τὰ πάντα χρεώμενοι, μακρόβιοι. Ἀπὸ τῆς κρήνης δὲ ἀπαλλασσομένων, ἀγαγεῖν σφέας ἐς δεσμω-
 5 τήριον ἀνδρῶν, ἐνθα τοὺς πάντας ἐν πέδῳ χρυσέῃσι δεδέσθαι· ἐστὶ δὲ ἐν τούτοις τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς σπανιώτατον καὶ τιμιώτατον. Θηησάμενοι δὲ καὶ τὸ δεσμωτήριον, ἐθήησαντο καὶ τὴν τοῦ ἡλίου λεγομένην τράπεζαν.

- 10 XXIV. Μετὰ δὲ ταύτην τελευταίας ἐθήησαντο τὰς θήκας αὐτῶν, αἱ λέγονται σκευάζεσθαι ἐξ ὕδατος τρόπῳ τοιῷδε. Ἐπεὶ τὸν νεκρὸν ἰσχνήνῃσι, εἴτε δὴ κατὰ περ Αἰγύπτου, ἐνθα τοὺς πάντας ἐν πέδῳ χρυσέῃσι δεδέσθαι· ἐστὶ δὲ ἐν τούτοις τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς σπανιώτατον καὶ τιμιώτατον. Θηησάμενοι δὲ καὶ τὸ δεσμωτήριον, ἐθήησαντο καὶ τὴν τοῦ ἡλίου λεγομένην τράπεζαν.
- 15 XXIV. Μετὰ δὲ ταύτην τελευταίας ἐθήησαντο τὰς θήκας αὐτῶν, αἱ λέγονται σκευάζεσθαι ἐξ ὕδατος τρόπῳ τοιῷδε. Ἐπεὶ τὸν νεκρὸν ἰσχνήνῃσι, εἴτε δὴ κατὰ περ Αἰγύπτου, ἐνθα τοὺς πάντας ἐν πέδῳ χρυσέῃσι δεδέσθαι· ἐστὶ δὲ ἐν τούτοις τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς σπανιώτατον καὶ τιμιώτατον. Θηησάμενοι δὲ καὶ τὸ δεσμωτήριον, ἐθήησαντο καὶ τὴν τοῦ ἡλίου λεγομένην τράπεζαν.
- 20 XXIV. Μετὰ δὲ ταύτην τελευταίας ἐθήησαντο τὰς θήκας αὐτῶν, αἱ λέγονται σκευάζεσθαι ἐξ ὕδατος τρόπῳ τοιῷδε. Ἐπεὶ τὸν νεκρὸν ἰσχνήνῃσι, εἴτε δὴ κατὰ περ Αἰγύπτου, ἐνθα τοὺς πάντας ἐν πέδῳ χρυσέῃσι δεδέσθαι· ἐστὶ δὲ ἐν τούτοις τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς σπανιώτατον καὶ τιμιώτατον. Θηησάμενοι δὲ καὶ τὸ δεσμωτήριον, ἐθήησαντο καὶ τὴν τοῦ ἡλίου λεγομένην τράπεζαν.

- XXV. Θηησάμενοι δὲ τὰ πάντα οἱ κατάσκοποι
 25 ἀπαλλάσσοντο ὁπίσω. Ἀπαγγελλάντων δὲ ταῦτα τούτων, αὐτίκα ὁ Καμβύσης ὀργὴν ποιησάμενος ἐστρατεύετο ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας, οὔτε παρασκευὴν σίτου οὐδεμίαν παραγγεῖλαι, οὔτε λόγον ἐωυτῷ δοῦς ὅτι ἐς τὰ ἔσχατα γῆς ἐμελλε στρατεύεσθαι. (2) οἷα δὲ ἐμμανὴς
 30 τοῖς ἐόντι καὶ οὐ φρενήρης, ὡς ἤκουε τῶν Ἰχθυοφάγων, ἐστρατεύετο, Ἕλληνας μὲν τοὺς παρεόντας αὐτοῦ τάξας ὑπομένειν, τὸν δὲ πεζὸν πάντα ἅμα ἀγόμενος. Ἐπειτα δὲ στρατευόμενος ἐγένετο ἐν Θήβῃσι, ἀπέκρινε τοῦ στρατοῦ ὡς πέντε μυριάδας, καὶ τούτοις μὲν ἐνε-
 35 τέλλετο Ἀμμωνίους ἐξανδραποδισαμένους τὸ χρηστήριον τὸ τοῦ Διὸς ἐμπρῆσαι, αὐτὸς δὲ τὸν λοιπὸν ἄγων στρατὸν ἦγε ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας. (3) Ἠρὶν δὲ τῆς ὁδοῦ τὸ πέμπτον μέρος διεληλυθέναι τὴν στρατιήν, αὐτίκα πάντα αὐτοὺς τὰ εἶχον σιτίων ἐχόμενα ἐπελελοίπεε,
 40 μετὰ δὲ τὰ σιτία καὶ τὰ ὑποζύγια ἐπέλιπε κατεσιόμενα. (4) Εἰ μὲν νυν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχῃ καὶ ἀπῆγε ὁπίσω τὸν στρατὸν, ἐπὶ τῇ ἀρχῇθεν γενομένην αἰμαρτάδι ἦν ἂν ἀνὴρ σοφός· νῦν δὲ οὐδέναν λόγον αἰσχυόμενος ἦγε αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω. (5) Οἱ
 45 δὲ στρατιῶται ἐως μὲν τι εἶχον ἐκ τῆς γῆς λαμβάνειν, ποιησάμενοι διεζέωον, ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν ψάμμον ἀπίκοντο, δεῖν ἔργον αὐτῶν τινὲς ἐργάσαντο· ἐκ δεκάδος γὰρ ἓνα σφῶν αὐτῶν ἀποκληρύσαντες κατέφαγον. (6) Πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης, δεῖσας τὴν ἀλλήλο-
 50 φαγίην, ἀπείκε τὸν ἐπ' Αἰθίοπας στόλον ὁπίσω ἐπορεύετο, καὶ ἀπικνέεται ἐς Θήβας πολλοὺς ἀπολέσας τοῦ στρατοῦ. Ἐκ Θηβῶν δὲ καταβάς ἐς Μέμφιν τοὺς Ἑλληνας ἀπῆκε ἀποπλῆειν. Ὁ μὲν ἐπ' Αἰθίοπας στόλος οὕτως ἐπῆρξε.

fundum abire omnia. (3) Cujus aquæ si revera ea natura est, quæ perhibetur, fuerint illi hanc ob causam longævi, quod plurimum hac aqua utuntur. A fonte discedentes, ductos se esse narrabant in locum quo victi homines custodiebantur, ibique cunctos aureis victos compedibus vidisse. Est enim apud hos Æthiopes æs metallorum omnium rarissimum et pretiosissimum. Inspecto carcere, etiam Solis mensam, quæ vocatur, spectaverunt.

XXIV. Post hanc ad extremum spectarunt sepulcra eorum, quæ e vitro perhibentur esse parata, hoc modo. Postquam arefecerunt cadaver, sive eadem ratione atque Ægyptii, sive quo alio modo, totum gypso oblinunt, et pictura ita exornant, ut speciem quam maxime similem vivo referat; deinde cavam columnam ei circumdant ex vitro (*alabastrile lapide*?) confectam, quod apud illos magna copia et manu tractabile effoditur. (2) Ita in media columna stans cadaver per eam conspicitur, nec odorem ullum spirans injucundum, nec aliud quidquam incommodi præbens: estque columna circumcirca conspicua, ut ipsum etiam cadaver omni ex parte conspicuum est. (3) Hanc columnam per anni spatium suis in aribus servant qui cognatione proximi sunt, rerum omnium primitias illi offerentes, aliaque sacra facientes: deinde ædibus elatas columnas circa urbem collocant.

XXV. Speculatores, postquam ista omnia spectarant, reversi sunt. Qui ubi hæc renunciarunt, protinus Cambyses, ira incensus, bellum inferre Æthiopibus instituit, nullo de procuranda re frumentaria mandato dato, nec secum cogitans in ultima terrarum suscipi hanc expeditionem: (2) sed, ut furiosus, nec mentis compos, simulatque Ichthyophagos audierat, ad bellum faciendum profectus est; Græcos, qui cum eo erant, in Ægypto manere iubens, peditatum vero universum secum ducens. Postquam agmine Thebas pervenit, ablegavit de exercitu circa quinquaginta hominum millia, quos jussit in servitutem redigere Ammonios, et oraculum Jovis incendere: ipse, reliquum ducens exercitum, adversus Æthiopas perrexit. (3) Sed, priusquam quintam confecisset itineris partem, primum, quicquid cibarium de frumenti genere habuerant, eos defecerat; deinde, post frumentum, etiam jumenta quæ comedi possent defecere. (4) Quæ si Cambyses intelligens mutasset sententiam, exercitumque reduxisset; erat, vel post prius admissum peccatum, vir prudens futurus: nunc, nihil secum reputans, ulterius semper progressus est. (5) At milites quam diu e terræ solo nancisci aliquid poterant, herbas radicesque comedentes vitam sustentarunt: ubi vero in arenosa pervenire, dirum facinus nonnulli eorum instituerunt; sortiti ex se ipsis, decimum quemque comederunt. (6) Qua re cognita Cambyses, veritus mutuan militum comesturam, omnia adversus Æthiopas expeditione, retrogressus est; multaque de exercitu amissis, Thebas iterum pervenit. Quumque Thebis Memphin descendisset, Græcos cum navibus domum dimisit. Talis igitur exitus fuit expeditionis adversus Æthiopas susceptæ.

XXVI. Οἱ δ' αὐτῶν ἐπ' Ἀμμωνίους ἀποσταλέντες στρατεύεσθαι, ἐπεῖτε ὀρμηθέντες ἐκ τῶν Θηβέων ἐπορεύοντο ἔχοντες ἀγῶγους, ἀπικόμενοι μὲν φανεροί εἰσι ἐς Ὀασιν πόλιν, τὴν ἔχουσι μὲν Σάμιοι τῆς Αἰσχρινῶν νῆς φυλῆς λεγόμενοι εἶναι, ἀπέχουσι δὲ ἑπτὰ ἡμερῶν δδὸν ἀπὸ Θηβέων διὰ ψάμμου, οὐνομάζεται δὲ ὁ γῶρος οὗτος κατ' Ἑλλήνων γλῶσσαν Μακάρων νῆσας. (2) Ἐς μὲν δὴ τοῦτον τὸν γῶρον λέγεται ἀπικέσθαι τὸν στρατὸν· τὸ ἐνθεῦτεν δὲ, ὅτι μὴ αὐτοὶ Ἀμμωνίοι καὶ οἱ τούτων ἀκούσαντες, ἄλλοι οὐδένες οὐδὲν ἔχουσι εἶπαι περὶ αὐτῶν· οὔτε γὰρ ἐς τοὺς Ἀμμωνίους ἀπῆκοντο οὔτε ὀπίσω ἐνόστησαν. (3) Λέγεται δὲ τὰδε ὑπ' αὐτῶν Ἀμμωνίων· ἐπειδὴ ἐκ τῆς Ὀάσιος ταύτης ἵναι διδ' τῆς ψάμμου ἐπὶ σφείας, γενέσθαι τε αὐτοὺς μεταξὺ κου μάλιστα αὐτῶν τε καὶ τῆς Ὀάσιος, ἀριστον δὲ αἰρεομένοισι αὐτοῖσι ἐπιπνεῦσαι νότον μέγαν τε καὶ ἑξαισίον, φορέοντα δὲ θίνας τῆς ψάμμου καταχῶσαι σφεας, καὶ τρόπῳ τοιούτῳ ἀφανισθῆναι. Ἀμμωνιοὶ μὲν οὕτω λέγουσι γενέσθαι περὶ τῆς στρατιῆς ταύτης.

XXVII. Ἀπιγμένου δὲ Καμβύσεω ἐς Μέμφιν ἐφάνη Αἰγυπτίοισι ὁ Ἄπις, τὸν Ἑλλήνες Ἐπαφον καλεῦσι. ἐπιφανέας δὲ τούτου γενομένου αὐτίκα οἱ Αἰγύπτιοι εἰματὰ τε ἐφόρεον τὰ κάλλιστα καὶ ἔσαν ἐν θαλίῃσι. (2) Ἰδὼν δὲ ταῦτα τοὺς Αἰγυπτίους ποιῶντας ὁ Καμβύσης, πάγχυ σφείας καταδόξας ἐωυτοῦ κακῶς πρήξαντος χαρμόδυνα ταῦτα ποιεῖν, ἐκάλεε τοὺς ἐπιτρόπους τῆς Μέμφιος, ἀπικομένους δὲ ἐς ὅβιν εἶρετο ὅ τι πρότερον μὲν ἐόντος αὐτοῦ ἐν Μέμφι ἐποίουν τοιοῦτον οὐδὲν Αἰγύπτιοι, τότε δὲ ἐπεὶ αὐτὸς παρήϊη τῆς στρατιῆς πληθὺς τι ἀποβαλὼν. (3) Οἱ δὲ ἐφραζον ὡς σφι θεὸς εἴη φανείς διὰ χρόνου πολλοῦ ἐωθὺς ἐπιφαίνεσθαι, καὶ ὡς ἐπεὶ φανῇ, τότε πάντες οἱ Αἰγύπτιοι κεχαρηκότες ὀρτάζοιεν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Καμβύσης ἐφ' ἡμεῖς ψευδεσθαί σφεας, καὶ ὡς ψευδομένους θανάτῳ ἐξημίον.

XXVIII. Ἀποκτείνας δὲ τούτους δεύτερα τοὺς ἱρέας ἐκάλεε ἐς ὅβιν. Λεγόντων δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ τῶν ἱρέων, οὐ λήσειν ἐφ' αὐτὸν εἰ θεὸς τις χειροῦθης ἀπιγμένος εἴη Αἰγυπτίοισι. (2) Τσσαῦτα δὲ εἰπας ἐπάγειν ἐκέλευε τὸν Ἄπιν τοὺς ἱρέας. Οἱ μὲν δὴ μετήϊσαν ἀζοντες. Ὁ δὲ Ἄπις οὗτος ὁ Ἐπαφος γίνεται μόςχος ἐκ βοδὸς ἥτις οὐκέτι οἷα τε γίνεται ἐς γαστέρα ἄλλον βαλέσθαι γόνον. Αἰγύπτιοι δὲ λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν, καὶ μιν ἐκ τούτου τίττειν τὸν Ἄπιν. (3) Ἐχει δὲ ὁ μόςχος οὗτος ὁ Ἄπις καλούμενος σημήϊα τοιάδε, ἐὼν μέλας, ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον, ἐπὶ δὲ τοῦ νότου αἰτὸν εἰκασμένον, ἐν δὲ τῇ οὐρῇ τὰς τρίχας διπλέας, ὑπὸ δὲ τῇ γλώσσῃ κύνθαρον.

XXIX. Ὡς δὲ ἤγαγον τὸν Ἄπιν οἱ ἱρέες, ὁ Καμβύσης, οἷα ἐὼν ὑπομαργότερος, σπασάμενος τὸ ἔγχειρδιον, θέλων τύψαι τὴν γαστέρα τοῦ Ἄπιος παῖεσι τὸν μηρόν· γελάσας δὲ εἶπε πρὸς τοὺς ἱρέας, « ὦ κακαὶ κε-

XXVI. Qui vero ad bellum Ammonii inferendum erant missi, hos profectos Thebis cum ducibus itineris, compertum est Oasin oppidum pervenisse, quod Samii incolunt, qui de Aeschironia tribu esse dicuntur, absuntque a Thebis septem dierum itinere per arena faciendo : nominatur autem ille locus Græco sermone Beatorum insula. (2) Hunc igitur in locum pervenisse dicitur ille exercitus : inde vero quid his acciderit, nisi quod Ammonii narrant et qui ex his audiverunt, nemo alius quidquam quod dicat habet ; neque enim ad Ammonios pervenerunt, neque domum reversi sunt. (3) Narrant autem soli Ammonii hæc : ab hac Oasi per arena adversus ipsos iter facientibus, quum jam fere in medio inter ipsos et Oasin essent, incidisse illis, dum prandium capiebant, vehementem et immanem ventum Notum, sabuli acervos secum rapientem ; quibus illi obruti, tali modo internecione periissent. Ammonii quidem hoc narrant exercitui illi accidisse.

XXVII. Quo tempore vero Memphi Cambyses pervenit, adparuerat Aegyptiis Apis, quem Epaphum Græci vocant. Qui ubi repertus est, continuo Aegyptii, vestimentis induti pulcerrimis, in lautitiis erant. (2) Quos hæc agentes conspicatus Cambyses, prorsus existimans, quod ipse male rem gessisset, eo lætos illos festa hæc celebrare, præfectos ad se vocat urbis ; ex eisque, ubi in conspectum ipsius venire, quærit, cur, se prius Memphi versante, nihil tale fecissent Aegyptii ; at nunc, quum adisset magna exercitus parte amissa. (3) Cui illi respondent, deum sibi adparuisse, qui ex multo temporis intervallo adparere identidem consuesset ; et, quando adpareat, tum universos Aegyptios læta festa celebrare. Hæc audiens Cambyses, mentiri eos, ait ; atque, ut mendaces, ultimo supplicio adfecit.

XXVIII. His occisis, dein sacerdotes in conspectum vocavit. Qui quum eadem dixissent ; intellectum sese, ait, an deus aliquis manu tractabilis advenerit Aegyptiis. (2) Quæ ubi dixit, adducere ad se Apin iussit sacerdotes : et illi abierunt adducturi. Est vero Apis hic, sive Epaphus, juvenecus ex vacca natus quæ nullum alium dehinc concipere partum potest : dicuntque Aegyptii, fulgorem de cælo in vaccam istam incumbere, ex quo illa Apin conceptum pariat. (3) Habet autem hic juvenecus, quem Apin vocant, notas hujusmodi : niger colore est ; sed in fronte habet quadratum album ; in tergo, figuram aquilæ ; in cauda, pilos duplices ; in lingua, scarabæum.

XXIX. Apin ubi adduxerunt sacerdotes, Cambyses, haud satis mentis compos homo, stricto gladio, quum ventrem Apidis vellet ferire, femur feriit ; ridensque sacerdotibus adloquens, « O prava capita ! » inquit : « tales ergo sunt

φαλαί, τοιοῦτοι θεοὶ γίνονται, ἔναιμοί τε καὶ σαρκώ-
 δεες καὶ ἐπαίνοντες σιδηρίων; ἄξιός μὲν Αἰγυπτίων οὗτός
 γε ὁ θεός· ἀτὰρ τοι ὑμεῖς γε οὐ χαίροντες γέλωτα ἐμέ
 θήσεσθε. » (2) Ταῦτα εἰπας ἐνέτειλατο τοῖσι ταῦτα
 5 πρήσσοις τοὺς μὲν ἱρέας ἀπομαστιγῶσαι, Αἰγυπτίων
 δὲ τῶν ἄλλων τὸν ἂν λάβωσι ὀρτάζοντα κτείνειν. (3) Ἡ
 ὀρτὴ μὲν δὴ διελελυτο Αἰγυπτίοισι, οἱ δὲ ἱρέες ἐδί-
 καιεῦντο, ὁ δὲ Ἄπις πεπληγμένος τὸν μηρὸν ἔφθινε
 ἐν τῷ ἱρῷ κατακείμενος. Καὶ τὸν μὲν τελευτήσαντα
 10 ἐκ τοῦ τρώματος ἔθαψαν οἱ ἱρέες λάθρῃ Καμβύσειω.

XXX. Καμβύσης δὲ, ὡς λέγουσι Αἰγύπτιοι, αὐτίκα
 διὰ τοῦτο τὸ ἀδίκημα ἐμάνη, ἐὼν οὐδὲ πρότερον φρε-
 νήρης. Καὶ πρῶτα μὲν τὴν κακῶν ξεργάσατο τὸν
 15 ἀδελφεὸν Σμέρδιν ἐόντα πατρός καὶ μητρός τῆς αὐτῆς,
 τὸν ἀπέπεμψε ἐς Πέρσας φρόνῳ ἐξ Αἰγύπτου, ὅτι τὸ
 τόξον μόνος Περσέων ὅσον τε ἐπὶ δύο δακτύλους εἴ-
 ρυσε, τὸ παρὰ τοῦ Αἰθίοπος ἦναι καὶ οἱ Ἰχθυοφάγοι·
 τῶν δὲ ἄλλων Περσέων οὐδεὶς οἷός τε γέγενετο. (2)
 Ἀποικομένου ὦν ἐς Πέρσας τοῦ Σμέρδινος ὅψιν εἶδε ὁ
 20 Καμβύσης ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε· ἔδοξε οἱ ἄγγελον ἐλ-
 θόντα ἐκ Περσέων ἀγγέλλειν ὡς ἐν τῷ θρόνῳ τῷ βασι-
 λῆϊ ἱζόμενος Σμέρδιν τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ ψάσσειε.
 (3) Πρὸς ὦν ταῦτα δέσας περὶ ἐσωτοῦ μή μιν ἀποκτεί-
 νας ὁ ἀδελφεὸς ἄρξῃ, πέμπει Πρηξάσπεα ἐς Πέρσας,
 25 ὅς οἱ ᾔνῃ Περσέων πιστότατος, ἀποκτενέοντά μιν.
 Ὁ δὲ ἀναβὰς ἐς Σῦσα ἀπέκτεινε Σμέρδιν· οἱ μὲν λέ-
 γουσι ἐπ' ἄγρην ἐξαγαγόντα, οἱ δὲ ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θά-
 λασσαν παραγαγόντα καταποντῶσαι.

XXXI. Πρῶτον μὲν δὴ λέγουσι Καμβύσης τῶν κα-
 30 κῶν ἄρξαι τοῦτο, δεύτερα δὲ ξεργάσατο τὴν ἀδελφεὴν
 ἐπιστομένην οἱ ἐς Αἴγυπτον, τῇ καὶ συνοίκεε καὶ ᾔνῃ
 οἱ ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφεῇ. (2) Ἐγγίμει δὲ αὐτὴν ὥδε·
 οὐδαμῶς γὰρ ἐώθεσαν πρότερον τῆσι ἀδελφεῇσι συνοί-
 κειν Πέρσαι. Ἠράσθη μῆτις τῶν ἀδελφεῶν Καμβύ-
 35 σης, καὶ ἔπειτεν βουλόμενος αὐτὴν γῆμαι, ὅτι οὐκ ἐω-
 θότα ἐπενόεε ποιήσῃ, εἴρετο καλέσας τοὺς βασιλῆτας
 δικαστὰς εἴ τις ἔστι κελεύων νόμος τὸν βουλόμενον
 ἀδελφεῇ συνοικεῖν. (3) Οἱ δὲ βασιλῆται δικασταὶ κε-
 κριμένοι ἄνδρες γίνονται Περσέων, ἐς οὓς ἀποθάνωσι ἢ
 40 σφί παρευρεθῇ τι ἄδικον, μέχρι τούτου· οὗτοι δὲ τοῖσι
 Πέρσῃσι δίκας διακάζουσι καὶ ἐξηγηταὶ τῶν πατρίων
 θεσμῶν γίνονται, καὶ πάντα ἐς τούτους ἀνακείται. (4)
 Εἰρομένου ὦν τοῦ Καμβύσεω, ὑπεκρίνοντο αὐτῷ οὗτοι
 καὶ δίκαια καὶ ἀσφαλέα, φάμενοι νόμον οὐδένα ἐξευρί-
 45 σκειν ὅς κελεύει ἀδελφεῇ συνοικεῖν ἀδελφεόν, ἄλλον
 μέντοι ἐξευρηκέναι νόμον, τῷ βασιλεύοντι Περσέων
 ἐξεῖναι ποιεῖν τὸ ἂν βούληται. (5) Οὕτω οὔτε τὸν
 νόμον ἔλυσαν, δέσαντες Καμβύσεα· ἵνα τε μὴ αὐτοὶ
 ἀπολῶνται τὸν νόμον περιστέλλοντες, παρεξέῃρον ἄλ-
 50 λον νόμον σύμμαχον τῷ θέλοντι γαμῆναι ἀδελφεάς.
 Τότε μὲν δὴ ὁ Καμβύσης ἐγγίμει τὴν ἐρωμένην, μετὰ
 μέντοι οὐ πολλὸν χρόνον ἔσχε ἄλλην ἀδελφεήν. Τού-
 των ὅττα τὴν νεωτέραν ἐπιστομένην οἱ ἐπ' Αἴγυπτον
 κτείνει.

dii, sanguine carneque instructi, et ferri ictum sentientes!
 Dignus profecto Aegyptiis licet deus! Ceterum vos non
 juvabit, ludibrio me habuisse. (2) His dictis, jussit hos
 quibus id negotii mandatum est, flagellis caedere sacerdo-
 tes; reliquorum vero Aegyptiorum quemcumque nacti
 fuissent festum celebrantem, occidere. (3) Ita festi dies
 finem habuere apud Aegyptios, et sacerdotes multati sunt.
 Apis vero, percussus femur, contabuit in templo jacens:
 quem, mortuum ex vulnere, sacerdotes clam rege sepeli-
 verunt.

XXX. Cambyzes vero, ut aiunt Aegyptii, e vestigio pro-
 pter iniquum illud facinus furore est correptus, quum ne
 ante id tempus quidem satis compos fuisset mentis. Et
 primum quidem, post illud, flagitium in fratrem commisit
 Smerdin, qui eodem patre eademque matre erat natus.
 Hunc ex Aegypto in Persas dimisit per invidiam, quod ar-
 cum, quem ab Aethiope datum Ichthyophagi attulerant,
 ille unus ex Persis ad duos saltem fere digitos attraxisset,
 quum reliquorum Persarum nullus id praestare potuisset.
 (2) Dein, quum in Persas reversus Smerdis esset, visum
 Cambyzes per somnum vidit hujusmodi: visus illi est
 nuncius ex Perside veniens nunciare, Smerdin in sella
 regia sedentem capite caelum tetigisse. (3) Quam ob
 causam sibi timens, ne se occiso regnum occupet frater,
 Prexaspem in Persas mittit, qui vir Persarum ei maxime
 fidus erat, dato mandato ut illum occidat. Et Prexaspes
 Susa profectus occidit Smerdin, sive venatum eductum,
 ut alii aiunt; sive, ut alii, ad Rubrum deductum mare et
 in eo demersum.

XXXI. Ab hoc facinore initium factum esse flagitiorum a
 Cambyse narrant. Alterum in sororem patravit, quae illum in
 Aegyptum erat secuta, quamque habuit uxorem, quum tam
 a patre, quam a matre, soror ejus esset. (2) In matrimonium
 autem eam tali modo duxerat, quum antea nequiquam moris
 fuisset apud Persas, sorores in matrimonium ducere. Unius
 ex sororibus suis captus erat amore: quam quum cuperet
 matrimonio sibi jungere, nossetque contra morem fore
 Persarum si id faceret, vocatos ad se regios judices inter-
 rogavit, sitne lex aliqua, jubens ut, qui vellet, in matri-
 monium duceret suam sororem? (3) Sunt autem regii
 judices probati inter Persas viri; qui eo munere funguntur
 quoad vivunt, aut usque dum injusti quidpiam in illis re-
 peritur. Hi Persis jus dicunt, et interpretes sunt patriar-
 um legum, et ad eos omnia referuntur. (4) Ad quaestio-
 nem igitur a Cambyse propositam responderunt hi ea quae
 et vera et tuta essent; dicentes, nullam se legem repe-
 rire, quae jubeat ut frater in matrimonium ducat sororem;
 aliam vero se reperisse legem, quae statuatur, licitum esse regi
 facere quicquid velit. (5) Itaque neque legem, metu Cam-
 bysis, abrogarunt; et, ne ipsi, tuentes legem, perirent,
 aliam legem invenerunt, quae illi, sorores in matrimonium
 ducere cupienti, patrocinabatur. Igitur tunc Cambyzes,
 quam amabat, duxit uxorem: nec vero multo post, aliam
 etiam sororem sibi matrimonio junxit. Et hanc natu mi-
 uxorem, quae cum in Aegyptum secuta erat, interfecit.

XXXII. Ἀμφὶ δὲ τῷ θανάτῳ αὐτῆς διῆς, ὥσπερ περὶ Σμερδίου, λέγεται λόγος. Ἕλληγες μὲν γὰρ λέγουσι Καμβύσεια συμβαλέειν σκύμνον λέοντος σκύλακι κυνός, θεωρεῖν δὲ καὶ τὴν γυναῖκα ταύτην, νικωμένου δὲ τοῦ σκύλακος ἀδελφεόν αὐτοῦ ἄλλον σκύλακα ἀπορρήξαντα τὸν δασμὸν προκαγεῖσθαι οἱ, δύο δὲ γενομένους οὕτω δὴ τοὺς σκύλακας ἐπικρατῆσαι τοῦ σκύμνου· καὶ τὸν μὲν Καμβύσεια ἤρεσθαι θεούμενον, τὴν δὲ παρήμενιν δακρύειν. (2) Καμβύσεια δὲ μαθόντα τοῦτο ἐπειρεῖσθαι διότι δακρύοι, τὴν δὲ εἶπαι ὡς ἰδοῦσα τὸν σκύλακα τῷ ἀδελφεῷ τιμωρήσαντα δακρύσειε, μνηστεισά τε Σμερδίος καὶ μαθούσα ὡς ἐκείνῳ οὐκ εἶη ὁ τιμωρήσιον. (3) Ἕλληγες μὲν δὲ διὰ τοῦτο τὸ ἔπος φασὶ αὐτὴν ἀπολέσθαι ὑπὸ Καμβύσειω, Αἰγύπτιοι δὲ ὡς τραπέζῃ περικατημένων λαβοῦσαν θριδάκα τὴν γυναῖκα περιτίλαι καὶ ἐπανεῖρεσθαι τὸν ἄνδρα κότερον περιτετιμμένη ἢ δασέα ἢ θριδάξ ἐοῦσα εἴη καλλίων, καὶ τὸν φάναι δασέα, τὴν δ' εἶπαι, « ταύτην μέντοι κοτὲ σὺ τὴν θριδάκα ἐμιμήσαιο, τὸν Κύρου οἶκον ἀποφιλώσας. » Τὸν δὲ θυμωθέντα ἐμπηδῆσαι αὐτὴ ἐχούσῃ ἐν γαστρὶ, καὶ μιν ἐκτρώσασαν ἀποθανεῖν.

XXXIII. Ταῦτα μὲν ἐς τοὺς οἰκητίους ὁ Καμβύσης ἐξεμάνη, εἴτε δὲ διὰ τὸν Ἄπιν εἴτε καὶ ἄλλως, οἷα πολλὰ ἔωθε ἀνθρώπους κακὰ καταλαμβάνειν· καὶ γὰρ τινα ἐκ γενεῆς νοῦσον μεγάλην λέγεται ἔχειν ὁ Καμβύσης, τὴν ἱρὴν οὐνομαζούσαι τινές. Οὐ νῦν τοι αἰεὶ οὐδὲν ἦν τοῦ σώματος νοῦσον μεγάλην νοσέοντος μηδὲ τὰς φρένας ὑγιαίνειν.

XXXIV. Τάδε δ' ἐς τοὺς ἄλλους Πέρσας ἐξεμάνη· λέγεται γὰρ εἶπαι αὐτὸν πρὸς Πρηξάσπεα, τὸν ἐτίμα τε μάλιστα, καὶ οἱ τὰς ἀγγελίας ἐφόρει οὗτος, τοῦτου τε ὁ παῖς οἰνοχόος ἦν τῷ Καμβύσῃ, τιμὴ δὲ καὶ αὐτῇ οὐ μικρὴ· εἶπαι δὲ λέγεται τάδε, « Πρηξάσπεες, κοῖδόν μέ τινα νομίζουσι Πέρσαι εἶναι ἄνδρα, τίνας τε λόγους περὶ ἐμέο ποιεῦνται; » (2) Τὸν δὲ εἶπαι, « ὦ δέσποτα, τὰ μὲν ἄλλα πάντα μεγάλας ἐπαινέσαι, τῇ δὲ φιλονίῃ σέ φασι πλεόνως προσκείσθαι. » Τὸν μὲν δὲ λέγειν ταῦτα περὶ Περσέων, τὸν δὲ θυμωθέντα τοιάδε ἀμείβεσθαι, « νῦν ἄρα μέ φασι Πέρσαι οἶνον προσκείμενον παραρρνεῖν καὶ οὐκ εἶναι νοήμονα· οὐδ' ἄρα σφένον οἱ πρότεροι λόγοι ἔσαν ἀληθεῖς. » (3) Πρότερον γὰρ δὴ ἄρα Περσέων οἱ συνέδρων ἐόντων καὶ Κροίσου εἶρετο Καμβύσης κοῖός τις δοκέει ἀνὴρ εἶναι πρὸς τὸν πατέρα τελέσαι Κύρον, οἱ δὲ ἀμείβοντο ὡς εἴη ἀμείνων τοῦ πατρός· τὰ τε γὰρ ἐκείνων πάντα ἔχιν αὐτὸν καὶ προσεκτῆσθαι Αἰγυπτῶν τε καὶ τὴν θάλασσαν. (4) Πέρσαι μὲν ταῦτα ἔλεγον, Κροῖσος δὲ παρεὼν τε καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ κρίσει εἶπε πρὸς τὸν Καμβύσεια τάδε, « ἐμοὶ μὲν νυν, ὦ παῖ Κύρου, οὐ δοκεῖς ὁμοῖος εἶναι τῷ πατρί· οὐ γὰρ κῶ τοί ἐστί υἱὸς οἷον σὲ ἐκείνος κατελίπετο. » Ἦσθη τε ταῦτα ἀκούσας ὁ Καμβύσης, καὶ ἐπαινέει τὴν Κροίσου κρίσιν.

XXXV. Τούτων δὲ ὧν ἐπιμνησθέντα ὀργῇ λέγειν πρὸς τὸν Πρηξάσπεα, « σὺ νυν μάθε εἰ λέγουσι Πέρσαι

XXXII. De cuius morte duplex, perinde atque de Smerdi, fama fertur. Græci quippe narrant, commisisse Cambysen, spectante uxore illa, catulum leonis cum canis catulo; qui quum a leonis catulo vinceretur, alium catulum canium, qui fuisset hujus frater, rupta catena, illi opem tulisse; atque ita canes, quum duo essent, leonem superasse. Hæc spectantem Cambysen delectatum esse; illam vero, adsidentem, fudisse lacrimas. (2) Id animadvertentem Cambysen quæsisse ex ea, cur fleret; et illam respondisse, flere se, quod catulum videns opem ferentem fratri, meminisset Smerdis, cogitassetque neminem esse qui illi esset opem laturus. (3) Hoc igitur ob dictum interfectam illam a Cambyse esse aiunt Græci. Ægyptii vero narrant, quum mensæ ambo adsiderent, mulierem sumta lactuca folia circumcîra decerpissey tum ex marito quæsissey sitne integra lactuca; an cui folia decerpta sint, pulcior? Quumque is, integram, dixisset; reposuisse illam, « Atqui tu hanc imitatus es lactucam, Cyri domum circumcidens. » Et illum, ira incensum, calce pedis ei, prægnans quum esset, insultasse; et illam abortu facto mortuum esse.

XXXIII. Ita in suos sæviit Cambyses, in furorem actus sive propter Apin nimirum, sive alio casu, quales multæ calamitates accidere hominibus solent: nam etiam a pueris gravi morbo dicitur Cambyses adfectus fuisse, quem sacrum morbum nonnulli vocant. Itaque non erat dissensaneum, ut, corpus quum gravi morbo laboraret, ne mens quidem sana esset.

XXXIV. In reliquos vero Persas hæc alia furoris edidit exempla. Prexaspem, quem maximo in honore habebat, qui nunciorum ad regem perferendorum munereungebatur, cuius etiam filius pincerna regis erat, qui et ipse hand exiguus honor est; illum igitur sic adlocutus fertur: « Dic mihi, Prexaspes; qualem me virum esse existimant Persæ? et quos de me habent sermones? » (2) Tum illum respondisse: « Domine, cætera omnia magnifice laudaris: sed vino aiunt te nimium indulgere. » Quæ quum ille de Persis dixisset, ira incensum regem hæc reposuisse: « Ergo nunc me Persæ dicunt vino deditum desipere, nec mentis esse compotem! igitur priores illorum sermones mendaces fuerunt. » (3) Superiore quippe tempore, quum adsiderent ei Persæ atque etiam Cræsus, quæsierat ex his Cambyses, qualis vir ipse videretur esse, cum patre Cyro collatus! et illi responderant, esse patre superiorem: quippe non modo possidere quæcumque Cyrus obtinuisset, sed et insuper Ægyptum et mare tenere. (4) Hæc Persæ dixerant; Cræsus vero quum adesset, nec ei placeret ista comparatio, his verbis Cambysen erat adlocutus: « Mihi quidem, o Cyro nate, non videris similis esse patri, quum filium nondum habeas qualem te ille reliquit. » Quibus auditis delectatus Cambyses erat, Cræsi que laudaverat iudicium.

XXXV. Horum igitur tunc recordatum illum, iratum dixisse Prexaspi: « Tu nunc cognosce ipse, verumne dicant

ἀληθέα, εἴτε αὐτοὶ λέγοντες ταῦτα παραφρονέουσι· εἰ μὲν γὰρ τοῦ παιδὸς τοῦ σοῦ τοῦδε ἐστῆτος ἐν τοῖσι προθύροισι βαλὼν τύχοιμι μέσης τῆς καρδίας, Πέρσαι φανέονται λέγοντες οὐδέν· ἦν δ' ἀμάρτω, φάναι
 5 Πέρσας τε λέγειν ἀληθέα καὶ ἐμέ μὴ σωφρονέειν. »
 (2) Ταῦτα δὲ εἰπαντα καὶ διατείναντα τὸ τόξον βαλέειν τὸν παῖδα, πεσόντος δὲ τοῦ παιδὸς ἀνασχίζειν αὐτὸν καλεῦειν καὶ σκέψασθαι τὸ βλήμα· ὥς δὲ ἐν τῇ καρδίῃ εὑρεθῆναι ξενόντα τὸν οἰστών, εἶπαι πρὸς τὸν πατέρα
 10 τοῦ παιδὸς γελάσαντα καὶ περιχαρέα γενόμενον, « Πρῆξασπες, ὥς μὲν ἐγὼ τε οὐ μαίνομαι Πέρσαι τε παραφρονέουσιν, ὁγλήα τοι γέγονε· νῦν δέ μοι εἰπέ, τίνα εἶδες ἤδη πάντων ἀνθρώπων οὕτω ἐπίσκοπα τοξεύοντα; » (3) Πρῆξάσπεα δὲ ὁρῶντα ἄνδρα οὐ φρενήρεα, καὶ
 15 περὶ ἑωυτῷ δειμαίνοντα, εἶπαι, « δέσποτα, οὐδ' ἂν αὐτὸν ἐγώ γε δοκίω τὸν θεὸν οὕτω ἂν καλῶς βαλέειν. » Τότε μὲν ταῦτα ἐξεργάσατο, ἐτέρωθι δὲ Περσέων ὁμοῖα τοῖσι πρῶτοισι δυώδεκα ἐπ' οὐδεμιῇ αἰτίῃ ἀξίόχρεω ἐλὼν ζώνοντα ἐπὶ κεφαλῇ κατῴρυξε.
 20 XXXVI. Ταῦτα δὲ μιν ποιεῖντα ἐδῶκαίωσε Κροῖσος ὁ Λυδὸς νουθετῆσαι τοιαῖδε τοῖσι ἔπεισι, « ὦ βασιλεῦ, μὴ πάντα ἡλικίῃ καὶ θυμῷ ἐπίτραπε, ἀλλ' ἴσχε καὶ καταλάμβανε σεωυτόν· ἀγαθόν τι πρόνοον εἶναι, σοφὸν δὲ ἡ προμηθία. (3) Σὺ δὲ κτείνεις μὲν ἄνδρας σεωυτοῦ
 25 πολιήτας ἐπ' οὐδεμιῇ αἰτίῃ ἀξίόχρεω ἐλὼν, κτείνεις δὲ παῖδας. Ἦν δὲ πολλὰ τοιαῦτα ποιήης, ὅρα δίκως μὴ σε ἀποστήσονται Πέρσαι. Ἐμοὶ δὲ πατὴρ ὁ σὸς Κύρος ἐνετέλλετο πολλὰ καλεῖν σε νουθετεῖν καὶ ὑποτίθεσθαι ὅ τι ἂν εὐρίσκω ἀγαθόν. » (3) Ὁ μὲν δὲ εὖνοιαν
 30 φαίνων συνεβούλευε οἱ ταῦτα· ὁ δ' ἀμείβετο τοισίδε, « σὺ καὶ ἐμοὶ τολμᾷ συμβουλεύειν, δε χρηστῶς μὲν τὴν σεωυτοῦ πατρίδα ἐπετρόπευσας, εὖ δὲ τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ συνεβούλευσας, καλεῖν αὐτὸν Ἀράξια ποταμὸν διαβάντα ἵνα ἐπὶ Μασσαγέτας βουλομένων ἐκείνων
 35 διαδαινέειν ἐς τὴν ἡμετέρεην, καὶ ἀπὸ μὲν σεωυτὸν ὠλεσας τῆς σεωυτοῦ πατρίδος κακῶς προστας, ἀπὸ δὲ ὠλεσας Κύρον πειθόμενόν σοι. Ἄλλ' οὔτι χαίρων, ἐπεὶ τοι καὶ πάλαι ἐς δὲ προφασίος τευ ἐδεόμην ἐπιλαβέσθαι. » (4) Ταῦτα δὲ εἶπας ἐλάμβανε τὸ τόξον ὥς
 40 κατατοξεύων αὐτόν. Κροῖσος δὲ ἀνδραμῶν ἔθεε ἔξω· ὁ δὲ ἐπεῖτε τοξεῦσαι οὐκ εἶχε, ἐνετείλατο τοῖσι θεράπουσι λαθόντας μιν ἀποκτείνειν. (5) Οἱ δὲ θεράποντες ἐπιστάμενοι τὸν τρόπον αὐτοῦ κατακρύπτουσι τὸν Κροῖσον, ἐπὶ τῷδε τῷ λόγῳ ὅστε, εἰ μὲν μεταμε-
 45 ῖ ἦσει τῷ Καμβύσῃ καὶ ἐπικτήσῃ τὸν Κροῖσον, οἱ δὲ ἐκφάναντες αὐτὸν ὄψρα λάμβοντα ζῶα γρία Κροῖσου, ἦν δὲ μὴ μεταμελῆται μηδὲ ποθέη μιν, τότε καταγρῆσθαι. (6) Ἐποθήσε τε δὴ ὁ Καμβύσης τὸν Κροῖσον οὐ πολλῷ μετέπειτεν χρόνῳ ὕστερον, καὶ οἱ θεράποντες
 50 μαθόντες τοῦτο ἀπήγγελλον αὐτῷ ὥς περιέη. (7) Καμβύσης δὲ Κροῖσῳ μὲν συνήδουσαι ἔφη περιόντι, ἀκείνους μὲν τοὺς περιποιήσαντας οὐ καταπροΐξασθαι, ἀλλ' ἀποκτενεῖν καὶ ἐποίησε ταῦτα.

XXXVII. Ὁ μὲν δὲ τοιαῦτα πολλὰ ἐς Πέρσας τε

Persæ, an istud dicentes desipiant ipsi : quodsi enim filii tui in atrio stantis, coniecta sagitta, medium feriero cor, constabit nugas dicere Persas; sin aberravero, dic vera loqui Persas, meque haud sana esse mente. » (2) His dictis, tetendisse arcum; sagittaque ferisset puerum : qui ut cecidit, secari corpus jussit, inspicique vulnus; et quum in cor intrasse sagittam esset repertum, ridens et supra modum gavisus, patri pueri hoc dixit : « Manifestum jam cognovisti, Prexaspes, non me insanire, sed desipere Persas. Nunc vero dic mihi, quemnam tu nosti hominum omnium, qui ita ad destinatum adigat sagittam? » (3) Prexaspes, furere hominem videns, sibi que timens ipsi, respondit : « Domine, equidem ne deum quidem ipsum ita dextre ferire existimo. » Tum igitur hoc fecit Cambysses : alibi vero deinde, Persarum primoribus pares duodecim, nulla idonea caussa damnatos, vivos inverso capite terra jussit defodi.

XXXVI. Quæ quum ille patret, æquum censuit Cræsus Lydus hisce illum verbis monere : « O rex, ne omnia juventuti iræque indulgeas ! sed contine atque cohibe te ipse. Bona res est providentia : et sapientis est, rectum consilium in tempore capere. (2) At tu viros occidis, cives tuos, nulla idonea caussa damnatos; idemque pueros occidis. Quodsi plura talia admiseris, vide ne a te deficiant Persæ. Mihi vero pater tuus Cyrus injunxit, sæpe multumque hortatus, ut te monerem, tibi que consilium darem, quodcunque ex tuo commodo esse reperissem. » (3) Hoc ille, benevolentiam significans, consilium Cambyssi dedit; cui his verbis rex respondit : « tu etiam mihi consilia dare audes ! qui tam præclare tuam administrasti patriam, præclareque patri meo consuluisti, suadens illi, ut trajecto Araxe adversus Massagetas duceret, quum illi in nostram terram vellent trajicere. Igitur et te ipsum perdidisti, patriæ rebus male administratis; et Cyrum perdidisti, qui tuum secutus est consilium. Sed male tibi hoc cesserit; jam pridem enim occasionem aliquam adversus te nancisci cupiebam. » (4) His dictis, arcum prehendit, sagittam in illum emissurus. At Cræsus conversus foras se proripuit. et Cambysses, quum ferire illum non potuisset, famulis imperavit ut prehensum occiderent. (5) At famuli, qui ingenium illius nossent, occulant Cræsum, hæc secum reputantes, si dati mandati pœniteret Cambysem, et desiderium Cræsi eum caperet, se producto illo præmia servati illius accepturos; sin in sententia rex persisteret, neque illum desideraret, tunc illum esse interfecturos. (6) Neque multo post (sicut illi fere existimaverant) desideravit Cambysses Cræsum; quo cognito famuli, superesse illum, regi nunciarunt. (7) Tum vero, gaudere se quidem, ait Cambysses, quod Cræsus supersit; at illos, qui eum servassent, non impune laturos, sed capite luituros. Quod et faciendum mandavit.

XXXVII. Talia igitur Cambysses multa, dum Memphi

καὶ τοὺς συμμάχους ἐξεμαίνετο, μένον ἐν Μέμφει καὶ
 θήκας τε παλαιὰς ἀνοίγων καὶ σκεπτόμενος τοὺς νεκρούς·
 ἐν δὲ δὴ καὶ ἐς τοῦ Ἡραίου τοῦ ἱερὸν ἦλθε καὶ πολλὰ
 τῷ γάλατι κατεγέλασε· ἔστι γὰρ τοῦ Ἡραίου τῷ-
 5 γάλατι τοῖσι Φοινικηίοισι Παταίοισι ἐμπερέστατον,
 τοὺς οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πλώρησι τῶν τριηρέων πε-
20 κτόνος τε οὐδὲν δέον γέγονα καὶ τῆς βασιλῆϊκῆς οὐδὲν ἔσσαν ἐστέρημαι· Σμέρδης γὰρ δὴ ἦν ὁ μάγος τὸν μοι ὁ δαίμων προέφαινε ἐν τῇ ὄψι ἐπαυαστῆσεσθαι. (5) Τὸ μὲν δὲ ἔργον ἐξέργασται μοι, καὶ Σμέρδιν τὸν Κύρου μὴκέτι ὑμῖν ἐόντα λογιζέσθε· οἱ δὲ ὑμῖν μάγοι κρα-
25 τέουσι τῶν βασιλῆϊων, τὸν τε ἔλιπον τῶν οἰκίων, καὶ ὁ ἐκείνου ἀδελφεὸς Σμέρδης. (6) Τὸν μὲν νυν μάλιστα χρὴν ἐμεῦ αἰσγρὰ πρὸς τῶν μάγων πεπονθότος τιμωρέειν ἐμοί, οὗτος μὲν ἀνοσίφ' ἰσχύϊ τετελεύτηκε ὑπὸ τῶν ἐσωτοῦ οἰκτιρωτάτων· τούτου δὲ μὴκέτι ἐόντος,
30 δευτέρα τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὦ Πέρσαι, γίνεται μοι ἀναγκασιότατον ἐντέλλεσθαι τὰ θέλω μοι γενέσθαι τελευτῶν τὸν βίον· (7) καὶ δὴ ὑμῖν τάδε ἐπισκῆπτει θεοὺς τοὺς βασιλῆϊκοὺς ἐπικαλέων, καὶ πᾶσι ὑμῖν καὶ μάλιστα Ἀχαιμενιδέων τοῖσι παρεῖσι, μὴ περιιδέειν τὴν ἡγε-
35 μονίην αὐτῆς ἐς Μήδους περιεδοῦσαν, ἀλλ' εἴτε δόλῳ ἔχουσι αὐτὴν κτησάμενοι, δόλῳ ἀπαιρεθῆναι ὑπ' ὑμῶν, εἴτε καὶ σθένει τῷ κατεργασάμενοι, σθένει κατὰ τὸ καρτερόν ἀνασώσασθαι. (8) Καὶ ταῦτα μὲν ποιῆσαι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέρει καὶ γυναῖ-
40 κές τε καὶ ποίμναι τίκτοιεν, ἐοῦσι ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐλευθέροισι· μὴ ἀνασώσασθαι δὲ τὴν ἀρχὴν μηδ' ἐπιχειρήσαι ἀνασώζειν τὰ ἐναντία τούτοις ἀρέουμαι ὑμῖν γενέσθαι, καὶ πρὸς ἔτι τούτοις τὸ τέλος Περσέων ἐκάστω ἐπιγενέσθαι ὅσον ἐμοὶ ἐπιγέγονε. »
45 Ὅλα τε εἰπας ταῦτα ὁ Καμβύσης ἀπέκλαιε πᾶσαν τὴν ἐσωτοῦ πρῆξιν.

LXVI. Πέρσαι δ' ὡς τὸν βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τὰ τε ἐσθλῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατηρέϊκοντο, καὶ οἰμωγῇ ἀρθρόνῳ διεχρίοντο. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἐσφακέλισε τὸ ὅστέον καὶ ὁ μῆρος τάχιστα ἐσάπη, ἀπῆνεκε Καμβύσεα τὸν Κύρου, βασιλεύσαντα μὲν τὰ πάντα ἑπτὰ ἔτεα καὶ μῆνας πέντε, ἅπαιδα δὲ τὸ παράπαν ἐόντα ἔρσηνος καὶ θήλεος

vulnere, resipuit; intelligensque oraculi responsum, ait: « Hic loci fatale est vitam finire Cambysem, Cyri filium. »

LXV. Neque tunc plura; sed deinde, interjectis fere viginti diebus, convocatis ad se spectatissimis qui aderant Persarum, hæc ad eos verba fecit: Eo redactus sum, o Persæ, ut rem vobis eam, quam omnium maxime occultavi, debeam aperire. (2) Quum in Ægypto essem, vidi nocturnam visionem, quam utinam numquam vidissem! Visum erat mihi, venientem domo nuncium renunciare, Smerdin, regio in solio sedentem, capite cælum tetigisse. (3) Itaque veritus, ne imperium mihi a fratre raperetur, properantiora feci quam prudentiora: nec enim naturæ hominis datum est, avertere id quod sit eventurum: ego vero fatuus Prexaspem Susa mitto, qui Smerdin interficiat. (4) Quo tanto admissio facinore, securus vitam egi, nullo pacto cogitans fore, ut, sublato Smerdi, alius quisquam hominum mihi insurgat. Sed ab ejus quod futurum erat notione prorsus aberrans, præter jus et fas fratrem occidi, et nihilo minus regno sum privatus. Smerdis enim Magus fuit, quem contra me insurrecturum esse deus insonni visio mihi significaverat. (5) Patratum igitur a me facinus est; vosque sic existimate, non amplius in vivis esse Smerdin, Cyri filium: sed Magi vobis regiam occuparunt, is quem ego procuratorem domus meæ reliqui, et frater ejus Smerdis. (6) Jam, quem maxime oportuerat vicem meam, qui hæc indigna a Magis patior, ulcisci; is nefaria corde, a proximis suis patrata, vitam finivit. Qui quum amplius non sit, secundo loco, id quod reliquum est, ut vos, Persæ, quæ nunc, quum vitam finio, mihi a vobis fieri volo, moneam summa me necessitas urget. (7) Nempe hoc vobis, deos regios obtestatus, injungo, quum in universum cunctis, tum maxime his qui ex Achæmenidum stirpe adestis, ne principatum ad Medos iterum redire patiamini; sed, sive illi dolo eum obtinuerunt, dolo eis eripialis; sin vi quadam illum sibi pararunt, vi et armis recuperetis. (8) Atque, hoc quidem si feceritis, et terra vobis fructum ferat, et uxores et greges uberem edant prolem, et libertate in omne futurum tempus fruamini! Sin non recuperaveritis principatum nec conati fueritis recuperare, contraria horum vobis ut fiant precor, et hoc amplius, ut Persarum unicuique finis vitæ, qualis mihi, eveniat. » Simul hæc locutus Cambyzes universam suam sortem depioravit.

LXVI. Tum Persæ, regem videntes edere ploratum, universi quidquid vestium habebant discerpere, immensumque edere ejulatum cæperunt. (2) Et haud multo post, carie corroso osse, et in putredinem abeunte femore, e vivis ereptus est Cambyzes, Cyri filius, postquam annos omnino septem et quinque menses regnaverat, nec ullam prolem, neque masculam, neque femineam, reliquerat.

γόνου. (3) Περσέων δὲ τοῖσι παρεοῦσι ἀπιστίη πολλή ὑπεκέχυτο τοὺς μάγους ἔχειν τὰ πρήγματα, ἀλλ' ἠπιστάτο ἐπὶ διαβολῇ εἶπαι Καμβύσεια τὰ εἶπε περὶ τοῦ Σμέρδιος θανάτου, ἵνα οἱ ἐκπολεμωθῇ πᾶν τὸ Περσικόν. (4) Οὗτοι μὲν νυν ἠπιστάτο Σμέρδιν τὸν Κύρου βασιλέα ἐνεστεῖντα· δεινῶς γὰρ καὶ ὁ Πηρξάσπης ἔξαρνος ἦν μὴ μὲν ἀποκτεῖναι Σμέρδιν· οὐ γὰρ ἦν οἱ ἀσφαλὲς Καμβύσειω τετελευτηκότος φάναι τὸν Κύρου υἱὸν ἀπολωλεκέναι αὐτοχειρήν.

10 LXVII. Ὁ δὲ δὴ μάγος τελευτήσαντος Καμβύσειω ἀδεῶς ἐβασίλευσε, ἐπιθατεύων τοῦ ὁμωνύμου Σμέρδιος τοῦ Κύρου, μῆνας ἑπτὰ τοὺς ἐπιλοίπους Καμβύση ἐς τὰ ὅκτω ἔτα τῆς πληρώσιος· ἐν τοῖσι ἀπεδέξατο ἐς τοὺς ὑπάρχους πάντας εὐεργεσίας μεγάλας, ὥστε ἀπο-
15 θανόντος αὐτοῦ πόθον ἔχειν πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ, πάρεξ αὐτῶν Περσέων. Διαπέμψας γὰρ ὁ μάγος ἐς πᾶν ἔθνος τῶν Ἰρχε, προεῖπε ἀτέλειαν εἶναι στρατηγῆς καὶ φόρου ἐπ' ἑτα τρία. Προεῖπε μὲν δὴ ταῦτα αὐτίκα ἐνιστάμενος ἐς τὴν ἀρχήν.

20 LXVIII. Ὁγδόω δὲ μηνὶ ἐγένετο κατάδηλος τρόπῳ τοιούτῳ. Ὅτανης ἦν Φαρνάσπew μὲν παῖς, γένει δὲ καὶ χρήμασι δημοῖς τῷ πρώτῳ Περσέων. Οὗτος ὁ Ὅτανης πρῶτος ὑπώπτευσεν τὸν μάγον ὡς οὐκ εἶη ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλ' ὅσπερ ἦν, τῇδε συμβαλλόμενος,
25 ὅτι τε οὐκ ἐξεφοῖτα ἐκ τῆς ἀκροπόλεως καὶ ὅτι οὐκ ἐκάλεε ἐς θῆν ἐσωτῶ οὐδένα τῶν λογιζομένων Περσέων. (2) Ὑποπτεύσας δὲ μιν ἐποίησε τάδε. Ἔσχε αὐτοῦ ὁ Καμβύσης θυγατέρα, τῇ οὐνομα ἦν Φαιδύμη· τὴν αὐτὴν δὴ ταύτην εἶχε τότε ὁ μάγος, καὶ ταύτη τε συν-
30 οῖκεε καὶ τῇσι ἄλλῃσι πάσῃσι τῇσι τοῦ Καμβύσειω γυναιξί. (3) Πέμπων δὴ ὧν ὁ Ὅτανης παρὰ ταύτην τὴν θυγατέρα ἐπυθνάνετο παρ' ὅτῳ ἀνθρώπων κοιμῶτο, εἴτε μετὰ Σμέρδιος τοῦ Κύρου εἴτε μετ' ἄλλου τευ. Ἡ δὲ οἱ ἀντιέπεμπε φαρμίην οὐ γινώσκειν·
35 οὔτε γὰρ τὸν Κύρου Σμέρδιν ιδέσθαι οὐδ' αὖ, οὔτε ὅστις εἶη ὁ συνοικεῖν αὐτῇ εἰδέναι. (4) Ἐπεμπε δεύτερα ὁ Ὅτανης λέγων, « εἰ μὴ αὐτῇ Σμέρδιν τὸν Κύρου γινώσκεις, σὺ δὲ παρ' Ἀτόσσης πυθεῖ δ' ὅτῳ τούτῳ συνοικεῖ αὐτῇ τε ἐκείνη καὶ σὺ· πάντως γὰρ δὴ
40 κου τὸν γε ἐσωτῆς ἀδελφεὸν γινώσκαι. » (5) Ἀντιπέμπει πρὸς ταῦτα ἡ θυγάτηρ, « οὔτε Ἀτόσσης δύναμαι ἐς λόγους ἔλθειν οὔτε ἄλλῃν οὐδεμίαν ιδέσθαι τῶν συγκαταμέμων γυναικῶν· ἐπεὶ γὰρ τάχιστα οὗτος ἄνθρωπος, ὅστις κοτέ ἐστι, παρέλαβε τὴν βασιληίην, δι-
45 σπειρε ἡμέας ἄλλῃν ἄλλῃ τάξας. »

LXIX. Ἀκούοντι δὲ ταῦτα τῷ Ὅτάνῃ μᾶλλον καταφαίνεται τὸ πρήγμα. Τρίτῃ δὲ ἀγγελίῃ ἐσπέμπει παρ' αὐτὴν λέγουσαν ταῦτα, « ὦ θυγάτερ, δεῖ σε γεγονυῖαν εὖ κίνδυνον ἀναλαβέσθαι τὸν ἂν ὁ πατὴρ ὑποδύ-
50 νειν κελεύη. Εἰ γὰρ δὴ μὴ ἐστὶ ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλὰ τὸν καταδόκῳ ἐγὼ, οὗτοι μιν σοὶ τε συγκοιμώμενον καὶ τὸ Περσέων κράτος ἔχοντα δεῖ χαίροντα ἀπαλλάσσειν, ἀλλὰ δοῦναι δίκην. (2) Νῦν ὧν ποίησον τάδε· ἐπεὶ σοὶ συνεῦθε καὶ μάθης αὐτὸν κατυπνωμέ-

(3) At qui aderant Persæ persuadere sibi nullo pacto potuerunt, Magos rerum esse potitos; sed Cambysen existimaverunt calumniæ causa hæc dixisse quæ de morte Smerdis dixerat, quo Persicum omne genus ad bellum adversus illum concitaretur. (4) Illi igitur existimabant, Smerdin Cyri filium regnum occupasse: nam præfracte etiam negabat Prexaspes, a se interfectum esse Smerdin; nec enim tutum ei erat, mortuo Cambyse fateri, Cyri filium ipsius manu periisse.

LXVII. Magus igitur, mortuo Cambyse, secure regnavit, usurpans cognominis Cyri filii nomen Smerdis, per septem menses, qui Cambysi ad complendum octavum annum defuerunt: intra quod tempus cunctos imperio Persarum subjectos ingentibus adfecit beneficiis, ita ut eundem mortuum desiderarent omnes Asiæ populi, ipsis Persis exceptis. Dimissis enim per omnes, quibus imperavit, populos præconibus Magus edixerat, per triennium immunes fore omnes, quum a militia, tum a tributo. Atque hoc edictum protinus promulgaverat, simulatque insurrectione facta iniit regnum.

LXVIII. At octavo mense, quisnam esset, tali modo compertum est. Fuit Otanes, Pharnaspis filius, genere et opibus par ei qui primus esset inter Persas. Hic Otanes primus suspectum habuit Magum; non esse Smerdin Cyri filium, sed eum qui erat, inde conjiciens, quod numquam ex arce egrederetur, nec ullum ex nobilibus Persis in conspectum suum vocaret. (2) Ea suspicione ductus, hocce instituit facere. Filiam ejus, cui Phælyma nomen erat, in uxoribus habuerat Cambyse: eandemque perinde tunc Magus habebat, cum eaque pariter atque cum aliis Cambysis uxoribus consuetudinem habebat. (3) Ad hanc igitur filiam suam misit Otanes, quærens ex ea, quisnam homo esset cum quo concumberet: utrum Smerdis Cyri filius, an alius quispiam? Cui illa responsum remisit, nescire se; neque enim Cyri filium Smerdin umquam vidisse, nec scire quis sit cum quo concubat. (4) Tum iterum ad eandem mittens Otanes, ait: « Si Smerdin Cyri filium non nosti, at tu ab Atossa percunctare, quonam cum viro et illa concubat et tu! nam illa utique fratrem novit suum. » (5) Respondit ad hæc filia: « Neque Atossæ ego possum in colloquium venire, neque alii ulli mulieri ex his quæ mecum hic una habitant: nam simulatque hic homo, quisquis est, occupavit regnum, disseminavit nos, alii aliam sedem assignans. »

LXIX. Hæc audienti Otani magis etiam manifesta facta res est. Itaque tertio ad illam nuncium mittit, his verbis: « Oportet te, filia, quum bene nata sis, periculum suscipere quodcumque pater te jubet. Quodsi enim hic non est Cyri filius Smerdis, sed is quem ego esse existimo; non debet ille, quod tecum concubat et Persarum teneat imperium, impune ferre, sed meritam luere pœnam. (2) Nunc igitur fac hocce: quando tecum cubuerit, tuque eum somno sopitum intellexeris, palpa ejus aures. Quodsi compertus

νον, ἄρᾶσον αὐτοῦ τὰ ὄτια· καὶ ἦν μὲν φαίνεται ἔχων ὄτια, νόμιζε σεσωτην Σμέρδι τῷ Κύρου συνοικεῖν, ἦν δὲ μὴ ἔχων, οὐδὲ τῷ μάγῳ Σμέρδι. » (3) Ἀντιπέμ-
πει πρὸς ταῦτα ἡ Φαιδύμη φαμένη κινδυνεύσειν με-
γάλως, ἦν ποιήσῃ ταῦτα· εἰ γὰρ δὴ μὴ τυγχάνει τὰ ὄτια
ἔχων, ἐπίλαμπτος δὲ ἀφάσσουσα ἔσται, εὖ εἰδέναι ὡς
ἥστωσιν μιν· ὅμως μέντοι ποιήσιν ταῦτα. (4) Ἦ
μὲν δὴ ὑπεδέξατο ταῦτα τῷ πατρὶ κατεργάσασθαι, τοῦ
δὲ μάγου τούτου τοῦ Σμέρδιος Κύρος ὁ Καμβύσεω
10 ἄρῳ τὰ ὄτια ἀπέταμε ἐπ' αἰτῇ δὴ τινι οὐ σμικρῇ.
(5) Ἦ ὢν δὴ Φαιδύμη αὕτη, ἡ τοῦ Ὀτάνου θυγάτηρ,
πάντα ἐπιτελεύσασα τὰ ὑπεδέξατο τῷ πατρὶ, ἐπεὶ τε
αὐτῆς μέρος ἐγένετο τῆς ἀτίξις παρὰ τὸν μάγον (ἐν
περιτροπῇ γὰρ δὴ αἱ γυναῖκες φοιτοῦσι τοῖσι Πέρ-
15 σῇσι), ἐλθούσα παρ' αὐτὸν εἶδε, ὑπνωμένου δὲ καρτε-
ρῶς τοῦ μάγου ἤρασε τὰ ὄτια. (6) Μαθοῦσα δὲ οὐ
χαλεπῶς, ἀλλ' εὐπετέως οὐκ ἔχοντα τὸν ἄνδρα ὄτια,
ὡς ἡμέρῃ τάχιστα ἐγεγόνει, πέμψασα ἐσήμηνε τῷ
πατρὶ τὰ γενομένα.

20 LXX. Ὁ δὲ Ὀτάνης παραλαβὼν Ἀσπαθίνην καὶ
Γωδρύην Περσέων τε πρώτους ἐόντας καὶ ἐσωτῶ ἐπι-
τρωεωτάτους ἐς πίστιν, ἀπηγγέσατο πᾶν τὸ πρῆγμα· οἱ
δὲ καὶ αὐτοὶ ἄρα ὑπόπτευσον οὕτω τοῦτο ἔχειν, ἀνεύει-
κντος δὲ τοῦ Ὀτάνου τοὺς λόγους ἐδόξαντο. (2) Καὶ
25 ἐδοξέ σφι ἕκαστον ἄνδρα Περσέων προσεταιρίσασθαι
τούτων τῷ πιστεύει μάλιστα. Ὀτάνης μὲν νυν ἐσά-
γεται Ἰνταφέρνεα, Γωδρύης δὲ Μεγάβαζον, Ἀσπαθίνης
δὲ Ὑδάρνεα. Γεγονότων δὲ τούτων ἐξ παραγίνεται
ἐς τὰ Σοῦσα Δαρείος ὁ Ὑστάσπεος ἐκ Περσέων ἥκων·
30 τούτων γὰρ δὴ ἦν οἱ ὁ πατὴρ ὕπαρχος. Ἐπεὶ ὢν
οὕτως ἀπείκετο, τοῖσι ἐξ τῶν Περσέων ἐδόξε καὶ Δαρεῖον
προσεταιρίσασθαι.

LXXI. Συνελθόντες δὲ οὗτοι ἐόντες ἐπτά ἐδίδοσαν
σφισι λόγους καὶ πίστις. Ἐπεὶ δὲ ἐς Δαρεῖον ἀπεί-
35 κετο γνωμὴν ἀποφαινέσθαι, ἔλεγε σφι τάδε, « ἐγὼ
ταῦτα ἐδόκεον μὲν αὐτοὺς μόνους ἐπίστασθαι, ὅτι τε ὁ
μάγος εἶη ὁ βασιλεύων καὶ Σμέρδις ὁ Κύρου τετελεύ-
τηκε· καὶ αὐτοῦ τούτου εἵνεκεν ἦκυ σπουδῇ ὡς συστή-
σων ἐπὶ τῷ μάγῳ θάνατον. Ἐπεὶ δὲ συνήνευκε
40 ὥστε καὶ ὑμεῖς εἰδέναι καὶ μὴ μόνον ἐμὲ, ποιέειν
αὐτίκα μοι δοκεῖ καὶ μὴ υπερβάλλεσθαι· οὐ γὰρ ἄμει-
νον. » (2) Εἶπε πρὸς ταῦτα ὁ Ὀτάνης, « ὦ παῖ Ὑστά-
σπεος, εἰς τε πατρός ἀγαθοῦ καὶ ἐκφαίνεσθαι οἴκας
σεωυτὸν ἐόντα τοῦ πατρός οὐδὲν ἔσσω· τὴν μέντοι
45 ἐπιχείρησιν ταύτην μὴ οὕτω συντάχυνε ἀβούλως, ἀλλ'
ἐπὶ τὸ σωφρονέστερον αὐτὴν λάμβανε· δεῖ γὰρ πλεῖνας
γενομένους οὕτω ἐπιχειρεῖν. » (3) Λέγει πρὸς ταῦτα
Δαρείος, « ἄνδρες οἱ παρόντες, τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ
ἐξ Ὀτάνου εἰ γρήσεσθε, ἐπίστασθε ὅτι ἀπολέεσθε κά-
50 κιστα· ἐξοίσει γάρ τις πρὸς τὸν μάγον, ἰδίῃ περιβαλ-
λόμενος ἐσωτῇ κέρδεα. (4) Μάλιστα μὲν νυν ὠφεί-
λετε ἐπ' ὑμῶν αὐτῶν βαλόμενοι ποιέειν ταῦτα· ἐπεὶ τε
δὲ ὑμῖν ἀναρᾶν ἐς πλεῖνας ἐδόξε καὶ ἐμοὶ ὑπερέ-
θεσθε, ἢ ποιέωμεν σήμερον, ἢ ἴστε ὑμῖν ὅτι ἂν ὑπερ-

fuerit aures habere, puta te cum Cyri Smerdi concumbere :
sin aures eum non habere deprehendes, magus Smerdis
est quicum concumbis. » (3) Ad hæc renunciari Phædyma
jubet, ingens se adire periculum, si id faciat. Si forte
enim aures ille non habeat, ipsa autem deprehendatur
palpans, satis se scire, fore ut ab illo trucidetur : attamen
imperata facturam. (4) Sic illa, hoc se effecturam, patri
recepit. Mago autem huic Smerdi Cyrus, Cambysis ti-
lius, tum regnans, graviozem quamdam ob culpam præ-
cidi aures jusserat. (5) Hæc igitur Phædynia, Otanis filia,
cuncta exsequens quæ patri receperat, quum ad illam re-
diisset ordo intrandi ad Magum (per vices enim apud
Persas uxores ad maritum intrant), cubiculum ingressa
cum eo concubuit : et postquam gravi somno Magus sopi-
tus erat, aures ejus palpat. (6) Utque haud ægre, sed
facillime, cognovit auribus carere hominem, simulatque
dies adfuit, ad patrem misit, remque ei significavit.

LXX. Tum Otanes, adsumpto Aspathine et Gobrya, pri-
mariis inter Persas viris, maximeque idoneis quibus fidem
haberet, totam rem his enarravit : atque hi etiam ipsi
suspicati erant, ita se rem habere. Quibus quum deinde
rationes suas exposuisset, adsentati sunt ambo. (2) Con-
stitueruntque hi tres, ut ipsorum quisque unum virum
Persam, cui maxime fidem haberet, sibi legeret socium.
Adsciscit igitur Otanes pro sua parte Intaphernem; Go-
bryas, Megabazum; Aspathines, Hydarnen. Ita quum sex
essent, advenit Susa Darius, Hystaspis filius, ex Perside
veniens, cui regioni pater ipsius erat præfectus. Qui ubi
advenit, placuit reliquis sex Persis Darium etiam socium
sibi adsciscere.

LXXI. Hi septem igitur congressi, fidem sibi dant invi-
cem, et sermones conferunt. Ubi ad Darium venit ordo
sententiæ dicendæ, ait ille : « Ego hoc solus cognitum ha-
bere putabam, regnare Magum, et vita excessisse Smerdin,
Cyri filium : atque ad hoc ipsum dedita opera huc me con-
tuli, ut mortem Mago pararem. Quandoquidem vero ac-
cidit, ut et vos rem compertam habeatis, non ego solus ;
videtur mihi res e vestigio peragenda, neque differenda :
nec enim hoc melius fuerit. » (2) Ad hæc Otanes : « O fili
Hystaspis, ait, forti viro patre genitus es ; et videris osten-
dere, te nihil esse patre inferiore. Veruntamen hanc
rem noli ita præpropere et inconsulto adgredi ; sed consi-
deratius illam capesse. Plures simul oportet, et sic
demum rem adgredi. » (3) Tum Darius : « Viri qui hic
adestis, inquit, si ea ratione utemini quæ ab Otane est
proposita, scitote pessime vos esse perituros. Deferet
enim aliquis rem ad Magum, privatim sibi lucrum quæ-
rens. (4) Debebatis quidem maxime vos soli, re inter
vos deliberata, hæc conficere : quoniam vero ad alios
plures eam referre placuit vobis et mecum quoque
communicastis, aut hoc ipso die rem exsequamur, aut
scitote, si hunc unum diem siveritis elabi, non alium

πέση ἢ νῦν ἡμέρη, ὥς οὐκ ἄλλος φθὰς ἐμεῦ κατήγορος ἔσται, ἀλλὰ σφεα αὐτὸς ἐγὼ κατέρω πρὸς τὸν μάγον. »

LXXII. Λέγει πρὸς ταῦτα Ὀτάνης, ἐπειδὴ ὦρα
 5 σπερχόμενον Δαρεῖον, « ἐπίετε ἡμέας συνταχύνειν ἀναγκάζεις καὶ υπερβάλλεσθαι οὐκ ἔξῃς, ἴθι ἐξηγήσομαι ὅτεω τρόπῳ πάριμεν ἐς τὰ βασιλῆα καὶ ἐπιχειρήσομεν αὐτοῖσι. Φυλακὰς γὰρ δὴ διεστρώσας οἰδὰς κου καὶ αὐτὸς, εἰ μὴ ἰδὼν, ἀλλ' ἀκούσας· τὰς τέω τρόπῳ
 10 περῶμεν; » (2) Ἀμείβεται Δαρεῖος τοισίδε, « Ὀτάνη, ἡ πολλὰ ἐστὶ τὰ λόγῳ μὲν οὐκ οἶα τε δηλῶσαι, ἔργῳ δέ· ἄλλα δ' ἐστὶ τὰ λόγῳ μὲν οἶα τε, ἔργῳ δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν λαμπρὸν γίνεται. (3) Ὑμεῖς δὲ ἴστε φυλακὰς τὰς κατεστρώσας εἰσάσας οὐδὲν χαλεπὰς παρελθεῖν. Τοῦτο μὲν γὰρ ἡμέων ἐόντων τοῖωνδε οὐδεὶς ὅστις οὐ παρήσει, τὰ μὲν κου καταιδέμενος ἡμέας, τὰ δὲ κου καὶ δειμαίνων· τοῦτο δὲ ἔχω αὐτὸς σκῆψιν εὐπροεπεστάτην τῇ πάριμεν, φὰς ἄρτι τε ἵκειν ἐκ Περσέων καὶ βρούλεσθαί τι ἔπος παρὰ τοῦ πατρὸς σημῆναι
 20 τῷ βασιλεῖ. (4) Ἐνθα γὰρ τι δεῖ ψεύδος λέγεσθαι, λεγέσθω. Τοῦ γὰρ αὐτοῦ γλιγόμεθα οἱ τε ψευδόμενοι καὶ οἱ τῇ ἀληθείᾳ διχρεώμενοι· οἱ μὲν γε ψεύδονται τότε ἐπὶ τῇ μελλῶσι τοῖσι ψεύδεσι πείσαντες κερδῆσεσθαι, οἱ δ' ἀληθίζονται ἵνα τι τῇ ἀληθείᾳ ἐπισπάσονται κέρδος καὶ τι μᾶλλον σφι ἐπιτράπηται. (5) Οὕτω οὐ ταῦτ' ἀσκήνους τῷτοῦ περιεχόμεθα. Εἰ δὲ μηδὲν κερδῆσεσθαι μέλλοιεν, ὁμοίως ἂν δὲ τε ἀληθιζόμενος ψευδὴς εἴη καὶ ὁ ψευδόμενος ἀληθής. (6) Ὃς ἂν μὲν νῦν τῶν πολυουρῶν ἐκὼν παρή, αὐτῷ οἱ ἄμεινον
 30 ἐς χρόνον ἔσται· ὅς δ' ἂν ἀντιβαίνειν πειρᾶται, δεικνύσθω ἐνθαῦτα ἐὼν πολέμιος, καὶ ἐπειτεν ὡσαύμενοι ἔσω ἔργου ἐγώμεθα. »

LXXIII. Λέγει Γωδρύτης μετὰ ταῦτα, « ἄνδρες φίλοι, ἡμῖν κότε κάλλιον παρέξει ἀνασώσασθαι τὴν
 35 ἀρχήν, ἢ, εἰ γε μὴ οἴοιτε ἐσόμεθα αὐτὴν ἀναλαβείναι, ἀποθανεῖν; ὅτε γε ἀργόμεθα μὲν ἐόντες Πέρσαι ὑπὸ Μήδου ἀνδρὸς μάγου, καὶ τούτου ὧτα οὐκ ἔχοντος. (2) Ὅσοι τεύμεων Καμβύση νουέοντι παρεγένοντο, πάντως κου μέμνησθε τὰ ἐπέσκηψε Πέρσῃσι τελευτῶν τὸν
 40 βίον μὴ πειρῶμενοι ἀνακταῖσθαι τὴν ἀρχήν· τὰ τότε οὐκ ἐνδεχόμεθα, ἀλλ' ἐπὶ διαβολῇ ἐδοκίμευ ἐῖπαι Καμβύσεα. (3) Νῦν ὦν τίθεμαι ψῆφον πείθεσθαι Δαρῖω καὶ μὴ διαλύεσθαι ἐκ τοῦ συλλόγου τοῦδε ἀλλ' ἢ ἰόντας ἐπὶ τὸν μάγον ἰθέως. » Ταῦτα εἶπε Γωδρύτης,
 45 καὶ πάντες ταῦτα αἶνον.

LXXIV. Ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐβουλευόντο, ἐγένετο κατὰ συντυχίην τάδε. Τοῖσι μάγοισι ἐδόξε βουλευόμενοι
 50 Προξάσπεα φίλον προσθέσθαι, ὅτι τε ἐπεπόνθειε πρὸς Καμβύσει ἀνάρσια, ὅς οἱ τὸν παῖδα τοξέυσας ἀπολὼλέκεε, καὶ διότι μόνος ἠπίστατο τὸν Σμέρδιος τοῦ Κύρου θάνατον αὐτοχειρήν μιν ἀπολέσας, πρὸς δ' ἔτι ἐόντα ἐν αἰνῇ μεγίστη τὸν Προξάσπεα ἐν Πέρσῃσι. (2) Τούτων δὲ μιν εἵνεκεν καλέσαντες φίλον προσεκτέοντο πίστι τε καταλαβόντες καὶ δοκίοισι, ἢ μὲν

accusatorem me praeveniturum esse, sed me ipsum nomina vestra ad Magum esse delaturum. »

LXXII. Ita ardentem Darium videns Otanes : « Quoniam igitur, inquit, adeo propere rem nos exsequi cogis, nec differre pateris ; age dic nobis ipse, quonam pacto intrabimus regiam, illosque adgrediemur ? Custodias enim esse dispositas tu etiam ipse (puto) nosti, si non visu, auditu certe : quas quo pacto superabimus ? » (2) Cui Darius respondit : « Multa sunt, Otanes, quæ verbis non facile est demonstrare, sed re ipsa atque opere : sunt rursus alia, verbis quidem expeditu facilia, sed unde factum nullum præclarum existit. (3) Nostis autem vos, per dispositas illas custodias non ulla posse difficultate transiri. Quum enim simul hac dignitate viri, nemo non transire nos patietur, partim reverentia nostriductus, partim forte etiam timore. Præterea vero ego ipse prætextum maxime speciosum habeo, quo intremus, dicens ex Perside me adesce, velleque quidpiam, quod a patre mihi mandatum sit, regi significare. (4) Etenim, ubi mendacium aliquod dicendum est, dicatur. Eodem enim tendimus, et mendaces, et veraces : hi falsum dicunt, quando falsa persuadendo commodum aliquod sunt percepturi ; illi vera loquuntur, ut per veritatem lucrum quoddam faciant, utque majus aliquid illis dehinc committatur. (5) Ita, diversas vias sequentibus, idem nobis finis propositus est. Si nihil commodi expectaretur ; eadem ratione alter (*homo mendax*) qui verum loquitur (*lucri causa*), mentiretur ; alter (*rerax*) qui mentitur (*commodi causa*), verum dicturus erat. (6) Quisquis ergo ex portarum custodibus ultro nos admisit, is posthac fructum facti percipiet ; qui vero se nobis opponere conabitur, is eo ipso hostis declaratus esto, nosque deinde vi penetrabimus intus, et opus adgrediemur. »

LXXIII. Post hæc Gobryas, « Umquamne, inquit, viri amici, honestius possemus recuperare imperium, aut, si recipere illud non licuerit nobis, honestius mori, quam nunc, ubi nobis, viris Persis, Medus homo Magnus imperat, isque mutilatus auribus ? (2) Et quicumque vestræ agrolanti adfuisit Cambysis, utique meministis, puto, quæ ille, quum finiret vitam, injunxit Persis imprecatusque est non connitentibus recuperare imperium : quæ nos tunc quidem non admittebamur, sed per calumniam dici a Cambyse putabamus. (3) Nunc igitur censeo, Dario esse obtemperandum, neque ex hoc cætu aliorum discedendum, nisi recta adversus Magum. « Hæc dicenti Gobryæ omnes sunt adsensi.

LXXIV. Dum hi ita deliberant, per idem tempus accidit forte hocce. Placuerat deliberantibus Magis, amicum sibi conciliare Prexaspem, tum quoniam indigna ille erat passus a Cambyse, qui filium ejus sagitta transfixum interfecerat ; tum quod unus idem mortem noverat Smerdis, Cyri filii, quippe qui sua manu eum occidisset ; præterea quod summo in honore erat apud Persas. (2) His igitur rationibus inducti, vocatum ad se Prexaspem, operam derunt ut amicum sibi adjungerent, fide data et juramentis

ἔξιν παρ' ἐωυτῷ μῆδ' ἐξοίσειν μῆδεν ἀνθρώπων τὴν ἀπὸ σφέων ἀπάτην ἐς Πέρσας γενοῦσαν, ὑπισχνέμενοι τὰ πάντα οἱ μυρία δώσειν. (3) Ὑποδοκόμενου δὲ τοῦ Πρῆξάσπεω ποιήσιν ταῦτα, ὡς ἀνέπεισάν μιν οἱ μάγοι, δευτέρα προσέφερον, αὐτοὶ μὲν φάμενοι Πέρσας πάντας συγκαλέσειν ὑπὸ τὸ βασιλῆϊον τείχος, ἐκείνους δ' ἐκέλευον ἀναβάντα ἐπὶ πύργον ἀγορεύσαι ὡς ὑπὸ τοῦ Κύρου Σμέρδιος ἀρχονται καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου. (4) Ταῦτα δὲ οὕτω ἐνετέλλοντο ὡς πιστοτάτου 10 δῆθεν ἐόντος αὐτοῦ ἐν Πέρσῃσι, καὶ πολλάκις ἀποδεχόμενον γνώμην ὡς περιεῖθ' ὁ Κύρου Σμέρδις, καὶ ἐξαρησαμένου τὸν φόνον αὐτοῦ.

LXXV. Φαμένους δὲ καὶ ταῦτα ἐτοίμου εἶναι ποιεῖν τοῦ Πρῆξάσπεω, συγκαλέσαντες Πέρσας οἱ μάγοι 1 ἀνεβίβασαν αὐτὸν ἐπὶ πύργον καὶ ἀγορεύειν ἐκέλευον. (2) Ὁ δὲ, τῶν μέντοι ἐκείνοι προσεδέοντο αὐτοῦ, τούτων μὲν ἐκὼν ἐπελήθετο, ἀρξάμενος δὲ ἀπ' Ἀχαιμέ- νεος ἐγενετὴ λόγῳ τὴν πατριὴν τὴν Κύρου, μετὰ δὲ ὡς ἐς τοῦτον κατέβη, τελευταίῳν ἔλεγε ὅσα ἀγαθὰ Κύρος 20 Πέρσας πεποιήκοι, (3) διεξελθὼν δὲ ταῦτα ἐξέφαινε τὴν ἀλήθειαν, φάμενος πρότερον μὲν κρύπτειν (οὐ γάρ οἱ εἶναι ἀσφαλὲς λέγειν τὰ γεγόμενα), ἐν δὲ τῷ πα- ρεόντι ἀναγκαίην μιν καταλαμβάνειν φαίνειν· καὶ δὴ ἔλεγε τὸν μὲν Κύρου Σμέρδιον ὡς αὐτὸς ὑπὸ Καμβύ- 25 σιλεύειν. (4) Πέρσῃσι δὲ πολλὰ ἐπαρησάμενος εἰ μὴ ἀνακτησαίαιτο ὀπίσω τὴν ἀρχὴν καὶ τοὺς μάγους τι- σαίαιτο, ἀπῆκε ἐωυτὸν ἐπὶ κεφαλὴν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω. Πρῆξάσπεος μὲν νυν ἔων τὸν πάντα χρό- 30 νον ἀνὴρ δόκιμος οὕτω ἐτελεύτησε.

LXXVI. Οἱ δὲ δὴ ἐπτά τῶν Περσέων ὡς ἐβουλεύ- σαντο αὐτίκα ἐπιχειρεῖν τοῖσι μάγοισι καὶ μὴ ὑπερ- βάλλεσθαι, ἦσαν εὐξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, τῶν περὶ Πρῆξάσπεα πρηγθέντων εἰδότες οὐδέν. Ἐν τε δὴ 35 τῇ ὁδῷ μέσῃ στείχοντες ἐγίνοντο καὶ τὰ περὶ Πρῆξά- σπεα γεγονότα ἐπυνθάνοντο. (2) Ἐνθαῦτα ἐκστάντες τῆς ὁδοῦ ἐδίδοσαν αὐτοῖς σφίσι λόγους, οἱ μὲν ἄμφι τὸν Ὀτάνεα πάγχυ κελεύοντες ὑπερβάλλεσθαι μῆδ' οἰδεόν- των τῶν πρηγμάτων ἐπιτίθεσθαι, οἱ δὲ ἄμφι τὸν Δαρεῖον 40 αὐτίκα τε ἵεναι καὶ τὰ δεδογμένα ποιεῖν μῆδ' ὑπερ- βάλλεσθαι. (3) Μιζομένων δ' αὐτῶν ἐφάνη ἱρήκων ἐπτά ζεύγεα δύο αἰγυπίων ζεύγεα διώκοντα καὶ τιλ- λοντά τε καὶ ἀμύσσοντα. Ἰδόντες δὲ ταῦτα οἱ ἐπτά τῇν τε Δαρείου πάντες αἶψαν γνώμην, καὶ ἔπειτεν 45 ἦσαν ἐπὶ τὰ βασιλῆϊα τεθαρσηχότες τοῖσι ὄρνισι.

LXXVII. Ἐπιστάσι δὲ ἐπὶ τὰς πύλας ἐγίνετο οἷον τι Δαρεῖω ἢ γνώμῃ ἔφερε· καταιδέμενοι γὰρ οἱ φύ- λακοι ἄνδρας τοὺς Περσέων πρώτους, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ὑποπτεύοντες ἐξ αὐτῶν ἔσεσθαι, παρίεσαν θείῃ πομπῇ 50 χρωμένους, οὐδ' ἐπειρώτα οὐδεῖς. (2) Ἐπεῖτε δὲ καὶ παρῆλθον ἐς τὴν αὐλὴν, ἐνέκυρσαν τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐσφέρουσι εὐνούχοισι, οἱ σφας ἰστόρεον ὅ τι θέλοντες ἤλπειν· καὶ ἅμα ἰστορόντες τούτους τοῖσι πλουροῖσι ἠπείλειον ὅτι σφέας παρῆκαν, ἴσχον τε βουλομένους

eum obstringentes, apud se habiturum nec ulli homini aperturum malam fraudem qua illi adversus Persas ute- rentur; pollicentes ei, infinitis modis cumulate se eum re- muneraturos. (3) Id quum se facturum Prexaspes rece- pisset, sicut ei persuadere conati erant Magi, secundo loco aliud ei proposuerunt: convocaturos se, aiebant, univer- sos Persas sub regiae muris, illumque jusserunt conscensa turri concionari, regi illos a Smerdi, Cyri filio, nec ab alio. (4) Hoc ei mandabant, ut qui summa fide esset apud Persas, quique saepe professus esset vivere Smerdin, Cyri filium, caedemque illius pernegasset.

LXXV. Postquam et hoc se facturum Prexaspes dixit, Magi, convocatis Persis, jusserunt eum conscendere tur- rim, et concionari. (2) At ille quidem, quæ ab his roga- tus erat, eorum ultro oblitus, exordio sumpto ab Achæ- nene, genus recensuit Cyri; et postquam ad hunc de- scendit oratio, ad extremum beneficia omnia a Cyro in Per- sas collata commemoravit. (3) Quibus expositis, aperuit veritatem, quam adhuc a se occultatam esse, ait, quum non tutum sibi fuisset, id quod factum sit edicere; in præsentia autem necessitate se cogi, ut verum declaret. Dixit igitur, se ipsum, coactum a Cambyse, Smerdin Cyri filium necasse, et Magos esse qui nunc regnum teneant. (4) Denique multa imprecaturs Persis, ut regnum recuperarent, pœnasque a Magis sumerent, de turri se præcipitem deje- cit. Hunc finem Prexaspes habuit, quum per totam vitam spectata fide vir fuisset.

LXXVI. Septem quos dixi Persæ, postquam decreverunt protinus adgredi Magos, neque rem differre, perrexerunt deos precati, prorsus ignari eorum quæ circa Prexaspen acta erant. Sed dimidium viæ progressi, rem illam com- perierunt. (2) Itaque de viâ declinantes, quid faciendum sit iterum inter se deliberant: et Otanes quidem cum sociis, omnino differendum inceptum censuit, neque in hac rerum perturbatione adgrediendum: Darius vero cum suis, protinus eundem esse et exsequendum decretum sine dilatione ulla. (3) Qui dum inter se altercantur, adparent septem accipitrum paria, insectantium duo paria vulturum, velli- cantiumque ea et fodicantium. Quibus conspectis, sep- tem viri cuncti collaudant Darii sententiam et ad regiam pergunt, hoc augurio freti.

LXXVII. Qui ubi ad portas venerunt, accidit id quod Darius pro sententia dixerat: custodes reveriti primarios ex Persis viros, ac nihil ejusmodi ab eis factum iri suspicati, transire eos passi sunt, veluti divinitus missos; neque quis- quam eos interrogavit. (2) Postquam vero in anlam progressi sunt, incidunt in eunuchos quorum minus est nuncios ad regem deferre: hique ex eis, quid velint, cujus rei caussa veniant, quærunt; simulque portæ custodibus, quod eos admiscent, minas intentant, denique progredi volentes

τοὺς ἐπτά ἐς τὸ πρόσω παρίεναι. (3) Οἱ δὲ διαχελυσάμενοι, καὶ σπασάμενοι τὰ ἐγχειρίδια, τοὺτους μὲν τοὺς ἰσχυόντας αὐτοῦ ταύτη συγκεντέουσι, αὐτοὶ δὲ ἤϊσαν δρόμῳ ἐς τὸν ἀνδρεῶνα.

5 LXXVIII. Οἱ δὲ μάγοι ἔτυχον ἀμφοτέροι τῇ νικαῦτᾳ ἔόντες τε ἔσω καὶ τὰ ἀπὸ Πηρῆσάππει γενόμενα ἐν βουλῇ ἔχοντες. Ἐπεὶ ὧν εἶδον τοὺς εὐνούχους τεθορυβημένους τε καὶ βοῶντας, ἀνά τε ἔδραμον πάλιν ἀμφοτέροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ ποιούμενον, πρὸς ἀλλήν ἐτρά-
10 τοντο. (2) Ὁ μὲν δὲ αὐτῶν φθάνει τὰ τόξα κατελόμενος, ὁ δὲ πρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο. Ἐνθαῦτα δὲ συνέμισγον ἀλλήλοισι. Τῷ μὲν δὲ τὰ τόξα ἀναλαβόντι αὐτῶν, ἔόντων τε ἀγρῶ τῶν πολεμίων καὶ προσκειμένων, ἦν χρηστὰ οὐδέν· ὁ δ' ἕτερος τῇ αἰχμῇ ἡμύνητο,
15 καὶ τοῦτο μὲν Ἀσπαθίνην παιεῖ ἐς τὸν μηρὸν, τοῦτο δὲ Ἰνταφέρνηα ἐς τὸν ὀφθαλμόν· καὶ ἑσπερήθη μὲν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐκ τοῦ τρώματος ὁ Ἰνταφέρνης, οὐ μέντοι ἀπέθανε γε. (3) Τῶν μὲν δὲ μάγων οὐτερος τρωματίζει τοὺτους· ὁ δὲ ἕτερος, ἐπεῖτε οἱ τὰ τόξα οὐδὲν
21 χρηστὰ εἴνετο, ἦν γὰρ δὴ θάλαμος ἐσέχων ἐς τὸν ἀνδρεῶνα, ἐς τοῦτον καταφύγει, θέλων αὐτοῦ προσθεῖναι τὰς θύρας· καὶ οἱ συνεσπίπτουσι τῶν ἐπτά δύο, Δαρειὸς τε καὶ Γωδρύης. Συμπλακέντος δὲ Γωδρύου τῷ μάγῳ ὁ Δαρειὸς ἐπιστεῶς ἠπόρει οἷα ἐν
25 σκότει, προμηθεόμενος μὴ πλήξῃ τὸν Γωδρύην. (4) Ὅρεόν δέ μιν ἀργὸν ἐπιστεῦτα ὁ Γωδρύης εἶρετο ὅ τι οὐ χρεῖται τῇ χειρὶ· ὁ δὲ εἶπε, « προμηθεόμενος σέο, μὴ πλήξω. » Γωδρύης δὲ ἀμείβετο, « ὦθεε καὶ δι' ἀμφοτέρων τὸ ξίφος. » Δαρειὸς δὲ πειθόμενος ὥσπερ τὸ
30 ἐγχειρίδιον καὶ ἔτυχέ κως τοῦ μάγου.

LXXIX. Ἀποκτείναντες δὲ τοὺς μάγους καὶ ἀποταμόντες αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τοὺς μὲν τρωματίας ἑωυτῶν αὐτοῦ λείπουν καὶ ἀδυνασίης εἵνεκεν καὶ φυ-
35 λαχῆς τῆς ἀκροπόλεως, οἱ δὲ πέντε αὐτῶν ἔχοντες τῶν μάγων τὰς κεφαλὰς ἔθειον ἔξω, βοῇ τε καὶ πατάγῳ χρεώμενοι, καὶ Πέρσας τοὺς ἀλλοὺς ἐπεκαλύπτοντο, ἐξηγεόμενοι τε τὸ πρήγμα καὶ δεικνύοντες τὰς κεφαλὰς· καὶ ἅμα ἔκτεινον πάντα τινα τῶν μάγων τὸν ἐν ποσὶ γινόμενον. (2) Οἱ δὲ Πέρσαι μαθόντες τὸ τε γεγονός
40 ἐκ τῶν ἐπτά καὶ τῶν μάγων τὴν ἀπάτην, ἐδικαίουν καὶ αὐτοὶ ἕτερα τοιαῦτα ποιεῖν, σπασάμενοι δὲ τὰ ἐγχειρίδια ἔκτεινον ὅκου τινὰ μάγον εὐρίσκον· εἰ δὲ μὴ νύξ ἐπελθοῦσα ἔσχε, ἔλιπον ἂν οὐδένα μάγον. (3) Ταύτην τὴν ἡμέρην θεραπεύουσι Πέρσαι κοινῇ μάλιστα
45 τῶν ἡμερέων, καὶ ἐν αὐτῇ ὁρτὴν μεγάλην ἀνάγουσι, ἥ κέκληται ὑπὸ Περσέων μαγοφονία· ἐν τῇ μάγον οὐδένα ἔξεστι φανῆναι ἐς τὸ φῶς, ἀλλὰ κατ' οἴκους ἑωυτοὺς οἱ μάγοι ἔχουσι τὴν ἡμέρην ταύτην.

LXXX. Ἐπεῖτε δὲ κατέστη ὁ θόρυβος καὶ ἐντὸς
50 πέντε ἡμερέων ἐγένετο, ἐβουλεύοντο οἱ ἐπαναστάντες τοῖσι μάγοισι περὶ τῶν πρηγμάτων πάντων, καὶ ἐλέγησαν λόγοι ἀπιστοὶ μὲν ἐνίοισι Ἑλλήνων, ἐλέγησαν δ' ὧν. (2) Ὅτάνης μὲν ἐκέλευε ἐς μέσον Πέρσῃσι καταθεῖναι τὰ πρήγματα, λέγων τάδε, « ἐμοὶ δοκέει ἕνα

septemviro prohibent. (3) At illi, sese invicem cohortati, strictis gladiis, hos qui illo ipsos loco prohibere conantur, e vestigio transfigunt, et cursu in virorum conclave contendunt.

LXXVIII. Erant forte tunc intus Magi ambo; et de his quæ a Prexaspe acta erant consultabant. Qui ubi eunuchos viderunt consternatos clamantesque, vicissim et ipsi exsiluerunt ambo; et, postquam cognoverunt quid rei esset, ad vim et impetum se convertère. (2) Alter raptim arcum capit, hastam alter prehendit: committiturque ibi pugna. Et is quidem, qui arcum sumpserat, cominus instantibus hostibus, nihil in eo praesidii invenit: alter vero, hasta se defendens, primum Aspathinen percussit in seniu, tum Intaphernem in oculum; et oculum quidem ex vulnere amisit Intaphernes, nec tamen mortuus est. (3) Dum alter ex Magis hos vulnerat, interim alter, quum ei arcus nihil prodesset, esset autem cubiculum conclavi contiguum, in hoc confugit, januam clausurus. Sed duo ex septemviris, Darius et Gobryas, simul irrumpunt, et Magum Gobryas medium corripit: quo facto collectantibus adstans Darius, ferire cunctatur, quippe in tenebris res gerebatur, cavens ne Gobryam feriat. (4) Quem ille ita otiosum videns adstantem, « Quidni manu, inquit, uteris? » cui Darius, « Tibi, ait, consulens, ne te feriam. » Et Gobryas, « Etiam per ambo adige, inquit, ferrum! » Cui parens Darius ferrum adegit, et forte fortuna Magum transiit.

LXXIX. Interfectis Magis, abscissisque eorum capitibus, duo vulnerati ex septemviris ibi relinquuntur, quum infirmitatis causa, tum arcis custodiendæ: reliqui quinque, capita Magorum gestantes, foras currunt, ingentem clamorem strepitumque cientes; convocatisque Persis, quid gestum sit, exponunt, capitaque ostendunt; simul, quicumque eis obvius sit de Magorum genere, hunc interficiunt. (2) Tum Persæ, cognita Magorum fraude et re a septemviris gesta, æquum et ipsi censuere paria facere; strictisque gladiis, ubicumque Magum quemdam offenderent, hunc trucidabant: ac, nisi superveniens nox eos inhibuisset, nullum Magum reliquum erant facturum. (3) Hunc diem publice colunt Persæ inmaxime dierum omnium, eoque die ingens celebrant festum, quod Magophonia (quasi dicas Magicidium) a Persis vocatur; quo die nulli Mago licet in publicum prodire, sed intra domos suas Magi cuncti se continent illo die.

LXXX. Sedato tumultu, quum nondum quinque dies essent præterlapsi, hi qui Magos per seditionem invaserant, de summa rerum deliberarunt: habitique sunt sermones, incredibiles quidem Græcis nonnullis, habiti tamen utique. (2) Et Otanes quidem, inperium summum Persis in medio deponendum censens, hæc verba fecit: « Mihi videtur, inquit, non amplius debere unum

μὲν ἡμέων μούναρχον μακρῆτι γενέσθαι· οὔτε γὰρ ἡδὺ οὔτε ἀγαθόν. (3) Εἰδότες μὲν γὰρ τὴν Καμβύσειω ὕβριν ἐπ' ὅσον ἐξῆλθε, μετεσχέκατε δὲ καὶ τῆς τοῦ μάγου ὕβριος. Κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτισμένον μούναρχῃ, τῇ ἐξεστὶ ἀνευθύνῳ ποιεῖν τὰ βούλεται; καὶ γὰρ ἂν τὸν ἀρίστον ἀνδρῶν πάντων σπάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν ἐκτός τῶν ἐωθότων νοημάτων στήσσει. (4) Ἐγγίνεται μὲν γὰρ οἱ ὕβρις ὑπὸ τῶν παρεόντων ἀγαθῶν, φθόνος δὲ ἀρχῇθεν ἐμφύεται ἀνθρώπῳ. Δύο δ' ἔχων ταῦτα ἔχει πᾶσαν κακότητα· τὰ μὲν γὰρ ὕβρι κεκορημένος ἔρδει πολλὰ καὶ ἀτάσθαλα, τὰ δὲ φθόνῳ. (5) Καίτοι ἀνδρα γέ τύραννον ἄσθονον ἔδεε εἶναι, ἔχοντά γε πάντα τὰ ἀγαθὰ. Τὸ δ' ὑπεναντίον τούτου ἐς τοὺς πολιήτας πέφυκε· φθονεῖ γὰρ τοῖσι ἀρίστοις περιεοῦσι τὰ καὶ ζῶουσι, γαίρει δὲ τοῖσι κακίστοις τῶν ἀσπῶν, διαβολὰς δὲ ἀρίστοις ἐνδέκεσθαι. (6) Ἀναρμοστότατον δὲ πάντων ἦν τε γὰρ αὐτὸν μετρίως θωμάζης, ἄχθεται ὅτι οὐ κάρτα θεραπεύεται, ἦν τε θεραπεία τις κάρτα, ἄχθεται ἅτε θωπὶ. Τὰ δὲ δὴ μέγιστα ἐρχομαι ἐρέων νόμιμά τε κινεῖ πατρία καὶ βιᾶται γυναῖκας κτείνει τε ἀκρίτους. (7) Πλῆθος δὲ ἄρχον πρώτα μὲν οὐνομα πάντων κάλλιστον ἔχει, ἰσονομίην, δεύτερα δὲ τούτων τῶν δ' μούναρχος ποιεῖ οὐδὲν· πάλῳ μὲν ἀρχὰς ἀργεῖ, ὑπεύθυνον δὲ ἀρχὴν ἔχει, βουλευμάτων δὲ πάντα ἐς τὸ κοινὸν ἀναφέρει. (8) Τίθεμαι ὦν γνώμην μάλιστα ἡμέας μούναρχῃν τὸ πλῆθος ἀέξειν· ἐν γὰρ τῷ πολλῷ ἐνὶ τὰ πάντα. » Ὀτάνης μὲν δὴ ταύτην γνώμην ἐσέφερε.

LXXXI. Μεγάβαζος δὲ ὀλιγαρχίᾳ ἐκέλευε ἐπιτρέπειν, λέγων τάδε, « τὰ μὲν Ὀτάνης εἶπε τυραννίδα πᾶσιν, λελέγθω καὶ μοὶ ταῦτα, τὰ δ' ἐς τὸ πλῆθος ἄνωγε φέρειν τὸ κράτος, γνώμης τῆς ἀρίστης ἡμάρτηκε· ὡμίλου γὰρ ἀρχῆς οὐδὲν ἐστὶ ἀξυνετώτερον οὐδὲ ὕβριστότερον. (2) Καίτοι τυράννον ὕβριν φεύγοντας ἀνδρας ἐς δῆμου ἀκολάστου ὕβριν πεσέειν ἐστὶ οὐδαμῶς ἀνασχέτόν. Ὁ μὲν γὰρ εἴ τι ποιεῖ, γινώσκων ποιεῖ, τῷ δὲ οὐδὲ γινώσκειν ἐνὶ κῶς γὰρ ἂν γινώσχοι δὲ οὐτ' ἐδιδάχθη οὔτε οἶδε καλὸν οὐδὲν οὐδ' οἰκίῃον, ὥθεε τε ἐμπεσῶν τὰ πράγματα ἀνευ νόου, χειμάρρῳ ποταμῷ ἔκελος; (3) Δῆμῳ μὲν νυν, οἱ Πέρσῃσι κακὸν νοέουσι, οὗτοι χάσθων, ἡμεῖς δὲ ἀνδρῶν τῶν ἀρίστων ἐπιλέξαντες διμλήν, τούτοις περιθώμεν τὸ κράτος· ἐν γὰρ δὴ τούτοις καὶ αὐτοὶ ἐνεσόμεθα, ἀρίστων τε ἀνδρῶν οἶκος ἀρίστα βουλευμάτων γίνεσθαι. » Μεγάβαζος μὲν δὴ ταύτην γνώμην ἐσέφερε.

LXXXII. Τρίτος δὲ Δαρεῖος ἀπεδείκνυτο γνώμην, λέγων, « μοὶ δὲ τὰ μὲν εἶπε Μεγάβαζος ἐς τὸ πλῆθος ἔχοντα δοκεῖ ὀρθῶς λέγειν, τὰ δ' ἐς ὀλιγαρχίαν οὐκ ὀρθῶς. (2) Τριῶν γὰρ προκειμένων, καὶ πάντων τῶν λέγω ἀρίστων ἐόντων, δῆμου τε ἀρίστου καὶ ὀλιγαρχίης καὶ μουνάρχου, πολλῷ τοῦτο πρόχειν λέγω. Ἀνδρὸς γὰρ ἐνὸς τοῦ ἀρίστου οὐδὲν ἀμεινὸν ἂν φανείη· γνώμῃ γὰρ τοιαύτῃ χρωόμενος ἐπιτροπεύει ἂν ἀμωμήτως τοῦ· λήθεος, σιγῶν τὸ ἂν βουλευμάτων ἐπὶ δυσμενέας ἀν-

e nobis summa imperii potiri: nec enim jucundum hoc fuerit, nec bonum. (3) Videtis enim, Cambysis contumelia quousque progressa sit, et Magi insolentiam estis experti. Et quo pacto bene composita res fuerit unius imperium? cui licet, nulli rationi reddende obnoxio, facere quidquid libuerit. Tale quidem imperium, si viro etiam omnium optimo committatur, extra consuetos animi sensus facile eum abripit. (4) Nam presentes opes insolentiam ei ingenerant; invidia autem principio innata est homini. Et hæc duo habens, omnem habet pravitatem: alia enim scelestia multa, insolentia repletus, faciet; alia, invidia. (5) Quamquam virum in regia dignitate constitutum oportebat utique invidia vacare, quippe bonis rebus omnibus abundantem. At contrarium huius ei accidere adversus rives solet: invidet enim optimis quibusque, quod supersint vivanque; et gaudet pessimis, horumque adversus illos calumnias facillime admittit. (6) Quod vero maxime omnium incongruum est: si modice eum admiraris, ægre fert quod non summopere colatur; si quis eum summopere colit, offenditur, adulatorem esse existimans. Denique, ut dicam quæ sunt maxima: instituta mutat patria, vim adfert mulieribus, occidit injudicatos. (7) At populi imperium, primum, nomen habet omnium honestissimum, juris æqualitatem; deinde, eorum quæ patris is qui unus imperat, nihil facit. Sorte gerit imperia et magistratus; potestatem habet rationi reddendæ obnoxiam; consilia omnia ad commune civium refert. (8) Quare sic ego censeo, misso facto unius imperio, multitudini imperium potestatemque esse permitgendam: nam in multitudine insunt omnia. » Hanc Otanes sententiam dixit.

LXXXI. Tum Megabazus, censens paucorum imperio res esse permittendas, in hunc modum est locutus: « Quæ Otanes de abolenda regia potestate dixit, eadem mihi quoque dicta sunt: quod vero ad multitudinem deferri jussit imperium, ab optima sententia aberravit. Nam inutili turba nihil est insipientius, nihilque insolentius. (2) Atqui hoc neutiquam ferendum, ut, qui regis contumeliam effugere cupimus, iidem in plebis indomitæ incidamus contumeliam. Nam ille, si quid facit, intelligit tamen quid sit quod facit: at plebi ne hoc quidem inest, ut intelligat. Quo enim pacto intelligat, quum nec didicerit nec noverit honestum aut conveniens quidquam, et deproperet negotia, cum impetu sine mente irruens, torrenti flumini similis? (3) Populari igitur statu hi utantur, qui Persis male cupiunt: nos vero optimorum virorum seligamus societatem, et his imperium deferamus; quorum nempe in numero nos quoque erimus ipsi. Optimorum autem virorum consentaneum est optima etiam esse consilia. » Hæc est sententia a Megabazo in medium proposita.

LXXXII. Tertio loco Darius dixit sententiam, his usus verbis: « Mihi vero, quæ Megabazus dixit ad multitudinem spectantia, ea recte dixisse videtur; quæ vero ad oligarchiam spectant, non recte. (2) Nam si tria proposita sint, et quodque eorum, quæ dico, in suo genere optimum, optimus status popularis, optima oligarchia, et monarchia optimus; horum trium hoc postremum reliquis longe præferendum esse autumo. Etenim unius viri imperio qui sit optimus nihil profecto melius queat reperiri: optimo quippe consilio utens, inculpatus administrabit res multitudinis, et ea ratione consilia adversus male animatos capta,

δρας οὕτω ἀλίστα. (3) Ἐν δὲ ὀλιγαρχίᾳ πολλοῖσι ἀρετὴν ἐπασκέουσι ἐς τὸ κοινὸν ἔχθρα ἴδια ἰσχυρὰ φιλεῖ ἐγγίνεσθαι· αὐτὸς γὰρ ἕκαστος βουλευόμενος κορυφαῖος εἶναι γνώμησιν τε νικᾶν ἐς ἔχθρα μέγала ἀλλήλοισι ἀπικνέονται, ἐξ ὧν στάσεις ἐγγίνονται, ἐκ δὲ τῶν στασιῶν φόνος· ἐκ δὲ τοῦ φόνου ἀπέβη ἐς μοναρχίην, καὶ ἐν τούτῳ διέδεξε ὅσων ἐστὶ τοῦτο ἀρίστον. (4) Δῆμον τε αὖ ἀρχοντος ἀδύνατα μὴ οὐ κακότητα ἐγγίνεσθαι· κακότητος τοίνυν ἐγγινομένης ἐς τὰ κοινὰ ἔχθρα μὲν οὐκ ἐγγίνεται τοῖσι κακοῖσι, φιλικὴ δὲ ἰσχυραί· οἱ γὰρ κακούντες τὰ κοινὰ συγκυψάντες ποιεῦσι τὰ ποιεῦσι. (5) Τοῦτο δὲ τοιοῦτο γίνεται ἐς δ' ἂν προστάς τις τοῦ δήμου τοὺς τοιούτους παύσῃ. Ἐκ δὲ αὐτῶν θωμάζεσθαι οὗτος δὴ ὑπὸ τοῦ δήμου, θωμαζόμενος δὲ ἂν ὧν ἐφάνη μόναρχος εἶναι καὶ ἐν τούτῳ δηλοῖ καὶ οὗτος ὡς ἡ μοναρχία κράτιστον. (6) Ἐνὶ δὲ ἐπεί πάντα συλλαβόντα εἶπαι, κόθεν ἡμῖν ἡ ἐλευθερίη ἐγένετο καὶ τευ δόντος; κότερα παρὰ δήμου ἢ ὀλιγαρχίης ἢ μοναρχοῦ; Ἐγὼ τοίνυν γνώμην ἡμέας ἐλευθερωθέντας δι' ἓνα ἄνδρα τὸ τοιοῦτο περιστέλλειν, χωρὶς τε τούτου πατριῶτος νόμους μὴ λύειν ἔχοντας· οὐ γὰρ ἄμεινον. »

LXXXIII. Γνώμαι μὲν δὴ τρεῖς αὐτὰ προεκάτο, οἱ δὲ τέσσαρες τῶν ἐπτά ἀνδρῶν προσθέντο ταύτῃ. Ὡς δὲ ἐσώθη τῇ γνώμῃ ὁ Ὀτάνης Πέρσῃσι ἰσονομίην σπεύδων ποιῆσαι, ἔλεξε ἐς μέσον αὐτοῖσι τάδε, « ἀνδρες στασιώται, ὅπλα γὰρ δὴ οἱ δεῖ ἓνα γέ τινα ἡμέων βασιλέα γενέσθαι, ἥτοι κλήρω γε λαχόντα, ἢ ἐπιτρεψάντων τῶν Περσέων πλήθει τὸν ἂν ἐκεῖνο ἔλθῃται, ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ. (2) ἐγὼ μὲν νυν ὑμῖν οὐκ ἐναγώνιεῦμαι· οὐτε γὰρ ἀρχεῖν οὐτε ἀρχεσθαι ἐθέλω· ἐπὶ τούτῳ δὲ ὑπεξίσταμαι τῆς ἀρχῆς, ἐπ' ὅ τε ὑπ' οὐδενὸς ὑμέων ἀρξομαι, οὐτε αὐτὸς ἐγὼ οὔτε οἱ ἀπ' ἐμεῦ αἰεὶ γινόμενοι. » (3) Τούτου εἰπαντος ταῦτα ὡς συνεχώρεον οἱ ἐξ ἐπὶ τούτοις, οὗτος μὲν δὴ σφι οὐκ ἐνηγωνίζετο, ἀλλ' ἐκ τοῦ μέσου κατήστο, καὶ νῦν αὕτη ἡ οἰκίη διατελέει μούνη ἐλευθερή ἐούσα Περσέων, καὶ ἀρχεται τοσαῦτα ὅσα αὐτὴ ἐθέλει, νόμους οὐκ ὑπερβαίνουσα τοὺς Περσέων.

LXXXIV. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἐπτά ἐβουλεύοντο ὡς βασιλέα δικαιοτάτα στήσονται· καὶ σφι ἔδοξε Ὀτάνῃ μὲν καὶ τοῖσι ἀπ' Ὀτάνῃ αἰεὶ γινόμενοις, ἣν ἐς ἄλλον τινὰ τῶν ἐπτά ἔλθῃ ἢ βασιλῆϊ, ἐξαιρετα δίδοσθαι ἐσθῆτά τε Μηδικὴν ἔτεος ἐκάστου καὶ τὴν πᾶσαν ζωρεὴν ἣ γίνεταί ἐν Πέρσῃσι τιμιωτάτη. (2) Τοῦδε δὲ εἰνεκεν ἐβουλεύσαντο οἱ δίδοσθαι ταῦτα, ὅτι ἐβούλευσε τε πρῶτος τὸ πρῆγμα καὶ συνέστησε αὐτούς. Ταῦτα μὲν δὴ Ὀτάνῃ ἐξαιρετα, τάδε δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐβούλευσαν, παριέναι ἐς τὰ βασιλῆϊα πάντα τὸν βουλόμενον τῶν ἐπτά ἄνευ ἑσαγγελέος, ἢ μὴ τυγχάνῃ εὐδῶν μετὰ γυναικὸς βασιλεὺς, γαμέειν δὲ μὴ ἐξείναι ἄλλοθεν τῷ βασιλεῖ ἢ ἐκ τῶν συνεπαναστάντων. (3) Περὶ δὲ τῆς βασιλῆϊας ἐβουλεύσαντο τοιόνδε· ὅτε ἂν δ' ἵππος ἡλίου ἐπανατέλλοντος πρῶτος φεγγέζηται ἐν τῷ προαστείῳ αὐτῶν ἐπιβεβηκότων, τοῦτον ἔχειν τὴν βασιλῆϊαν.

HERODOTUS.

tacita maxime habebunt. (3) In oligarchia vero, quum plures sint virtutem in commune exercentes, valide privatim inimicitiae existere amant : etenim, dum quisque cupit esse princeps, vultque ut sua sententia vincat, in magnas incidunt inimicitias : tum ex inimicitias existunt seditiones, ex seditionibus caedes, et ex caedibus ad unius imperium res redit : atque ita adparet, quanto sit hic status melior. (4) Rursus, imperante plebe, fieri non potest quin pravitas se insinuet : pravitate vero in republica gliscente, inimicitiae quidem inter pravos non existunt, sed validae amicitiae : nam, qui reipublice male faciunt, conspirantes agunt quod agunt : (5) atque hoc ita succedit, usque dum existat aliquis populi patronus, qui hisce finem imponat. Eo fit igitur, ut hunc talem miretur populus ; et mox eidem, quem populus miratur, summa imperii deferatur : atque ita rursus hic idem ostendit, unius imperium esse optimum. (6) Ut autem uno verbo omnia complectar, unde nobis libertas exstitit? quis nobis eam dedit? populusne, an oligarchia, an unus imperans? Est igitur mea haec sententia, quum per unum virum in libertatem simus vindicati, ut hanc imperii formam tueamur, adhuc patria ne aboleamus instituta bene habentia ; nec enim hoc utile nobis fuerit. »

LXXXIII. Tres igitur istae sententiae fuerunt propositae ; et reliqui quatuor ex septemviris huic postremae adhaeserunt. Ut vero succumbere suam sententiam vidit Otanes, qui juris aequitatem inter Persas studuerat stabilire, ita in collegarum medio locutus est : « Viri socii, adparet igitur necesse esse, ut unus aliquis et nobis rex creetur, sive is sorte lectus, sive Persarum populo permittamus arbitrium eligendi quem voluerit, sive qua alia ratione. (2) At equidem vobiscum in contentionem non descendam, nec enim imperare volo, nec parere imperio. Itaque hac conditione ego vobis cedo imperio, ut nullius vestrum imperio sim subiectus, nec ego ipse, nec ex meis posteris quisquam. » (3) Quae quum ille dixisset, reliqui sex postulatis ejus sunt adsensi ; et ille cum his in contentionem non descendit, sed ex eorum medio secessit. Atque ad hunc diem familia haec, una ex cunctis Persis, sui juris esse perseverat, neque paret imperio nisi quatenus vult ipsa, caeterum leges non transgrediens Persarum.

LXXXIV. Inde reliqui ex septemviris consultantes de rege aequissima conditione constituendo, decreverunt, ut Otanes, ejusque in omne futurum tempus posteris, si alii cuipiam ex septemviris regia obtingeret dignitas, eminenter praeter ceteris Medica veste quotannis, omnibusque muneribus quae apud Persas honorificentissima habentur, donaretur. (2) Haec Otani extra ordinem conferenda decreverunt eo, quod is primus rem proposuerat, et ad deliberandum illos convocaverat. In commune vero haec placuere : cuicunque ex septemviris, qui vellet, licitum fore intrare regiam sine internuncio, nisi forte cum uxore rex concumberet : praeterea, non licere regi aliunde uxorem ducere nisi ex conjuratorum familia. (3) De ratione vero constituendi regis hoc decreverunt, ut, cujus equus oriente sole prius hianitum edidisset in suburbio, ipsis insidentibus, is regnum obtineret.

LXXXV. Δαρείῳ δὲ ἦν ἵπποκόμος ἀνὴρ σοφός, τῷ οὐνομα ἦν Οἰδάρης. Πρὸς τοῦτον τὸν ἄνδρα, ἐπεῖτε διελεύθησαν, ἔλεξε Δαρεῖος τάδε· « Οἰδάρης, ἡμῖν δέδοται περὶ τῆς βασιλείης ποιεῖν κατὰ τάδε· ὅτε ἂν ὁ ἵππος πρῶτος φθάσῃται ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι αὐτῶν ἐπαναβεβηκότων, τοῦτον ἔχειν τὴν βασιλείην. Νῦν ὦν εἴ τινα ἔχεις σοφίην, μηχανῶν ὥς ἂν ἡμεῖς σχώμεν τοῦτο τὸ γέρας καὶ μὴ ἄλλος τις. » (2) Ἀμείβεται Οἰδάρης τοισίδε, « εἰ μὲν δὴ, ὡ δέσποτα, ἐν τούτῳ τοῖς 10 ἔστι ἡ βασιλεία εἶναι ἢ μὴ, θάρσσε τούτου εἵνεκεν καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν, ὥς βασιλεὺς οὐδεὶς ἄλλος πρὸ σεῦ ἔσται· τοιαῦτα ἔχω φάρμακα. » (3) Λέγει Δαρεῖος, « εἰ τίνυν τι τοιούτων ἔχεις σοφίσματα, ὥρῃ μηχανᾶσθαι καὶ μὴ ἀναβάλλεσθαι, ὥς τῆς ἐπισούσης ἡμέρης ὁ ἀγὼν 15 ἡμῖν ἔστί. » (1) Ἀκούσας ταῦτα ὁ Οἰδάρης ποιεῖ τοιόνδε. Ὡς ἐγένετο ἡ νύξ, τῶν θηλέων ἵππων μίαν, τὴν ὁ Δαρεῖος ἵππος ἔστειρε μάλιστα, ταύτην ἀγαγὼν ἐς τὸ προάστειον κατέθηκε καὶ ἐπήγαγε τὸν Δαρεῖος ἵππον, καὶ τὰ μὲν πολλὰ περιῖγε ἀγχοῦ τῇ ἵππῳ, 20 ἐγγρίμπτων τῇ θηλέῃ, τέλος δὲ ἐπῆκε ὀχεύσαι τὴν ἵππον.

LXXXVI. Ἀμ' ἡμέρῃ δὲ διαφυσκούσῃ οἱ ἔξ, κατὰ συνεθήκαντο, παρῆσαν ἐπὶ τῶν ἵππων· διεξελαυνόντων δὲ κατὰ τὸ προάστειον, ὥς κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἐγί- 25 νοντο ἵνα τῆς παροισχυμένης νυκτὸς κατεδέδετο ἡ θήλεα ἵππος, ἐνθαῦτα ὁ Δαρεῖος ἵππος προσδραμὼν ἐγρεμέτισε· ἅμα δὲ τῷ ἵππῳ τοῦτο ποιήσαντι ἀστραπή ἐξ αἰθρίης καὶ βροντὴ ἐγένετο. (2) Ἐπιγενόμενα δὲ ταῦτα τῷ Δαρεῖῳ ἐτελέωσε μιν ὥσπερ ἐκ συνθέτου τευ γενο- 30 μενα· οἱ δὲ καταθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων προσεκύενον τὸν Δαρεῖον.

LXXXVII. Οἱ μὲν δὴ φασὶ τὸν Οἰδάρη ταῦτα μηχανήσασθαι, οἱ δὲ τοιάδε (καὶ γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρα λέγεται ὑπὸ Περσέων), ὥς τῆς ἵππου ταύτης τῶν ἀρ- 35 θρῶν ἐπιψάσας τῇ χειρὶ ἔχοι αὐτὴν κρύψας ἐν τῇσι ἀναξυρίσι· ὥς δὲ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι ἀπίεσθαι μέλλειν τοὺς ἵππους τὸν Οἰδάρη τοῦτον ἐξείραντα τὴν χεῖρα πρὸς τοῦ Δαρεῖος ἵππου τοὺς μυκτῆρας προσε- νεῖχαι, τὸν δὲ αἰσθόμενον φριμάξασθαι τε καὶ χρεμε- 40 τίσαι.

LXXXVIII. Δαρεῖος τε δὴ ὁ Ὑστάσπεας βασιλεὺς ἀπεδέδεκτο, καὶ οἱ ἔσαν ἐν τῇ Ἀσίῃ πάντες κατήκοοι πλὴν Ἀραβίων, Κύρου τε καταστρεψαμένου καὶ ὕστερον αὐτὶς Καμβύσει. (2) Ἀράβιοι δὲ οὐδαμὰ κατή- 45 κουσαν ἐπὶ δουλοσύνῃ Πέρσῃσι, ἀλλὰ ξεῖνοι ἐγένοντο παρέντες Καμβύσει ἐπ' Αἴγυπτον· ἀεχόντων γὰρ Ἀραβίων οὐκ ἂν ἐσβάλοιεν Πέρσαι ἐς Αἴγυπτον. (3) Γάμοις τε τοὺς πρῶτους ἐγάμει Πέρσῃσι ὁ Δαρεῖος, Κύρου μὲν δύο θυγατέρας Ἀτοσάν τε καὶ Ἀρτυστῶνην, 60 τὴν μὲν Ἀτοσσαν προσνυμφήσαν Ἀκαμβύση τε τῷ ἀδελφεῷ καὶ αὐτὶς τῷ μάγῳ, τὴν δὲ Ἀρτυστῶνην παρθένον. (4) Ἐτέρῃν δὲ Σμερδίαν τοῦ Κύρου θυγατέρα ἔγημε, τῇ οὐνομα ἦν Πάρμις· ἔσχε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ὑστάσπεος θυγατέρα, ἣ τὸν μάγον κατὰζήλον ἐποίησε.

LXXXV. Erat Dario equorum custos, callidus homo, cui nomen Oebares. Huic homini, postquam e concilio discesserunt, dixit Darius : « Oebares, quod ad regnum spectat, hoc facere decrevimus : cuius equus inter solis ortum, nobis insidentibus, primus hinnitum ediderit, illum regem fore. Tu igitur si quod nosti artificium, machinare ut nobis obtingat hæc dignitas, non alii cuipiam. » (2) Cui Oebares respondit : « Si in hoc situm est, here, ut tu rex sis aut non sis, confide huius rei causa, et bono animo esto : nec enim alius præ te rex erit ; talia habeo medicamenta. » (3) Reponit Darius : « Quodsi ergo tale quoddam habes commentum, adest tempus quo illud pares, nec differas ; in crastinum enim certamen nobis est propositum. » (4) Quibus auditis, hæc facit Oebares. Ut ingruit nox, ex equabus unam, quam præ cæteris amabat Darii equus, in suburbium ductam adligat ; dein adductum Darii equum aliquamdiu circa illam circumducit, paulatim adpropinquans equæ ; ad extremum, ut illam ineat, admittit.

LXXXV. Simul atque dies illuxit, aderant sex viri equis insidentes, sicut inter eos convenerat. Qui dum per suburbium veluntur, ubi ad eum locum venerunt quo proxima nocte adligata fuerat equa, ibi adcurrrens Darii equus hinnitum edidit : et eodem temporis momento fulgur atque tonitru sereno de caelo exstitit. (2) Atque hæc, Dario veluti ex composito quodam supervenientia, auspiciū consummarunt : et reliqui quinque, ex equis desilientes, ut regem Darium adoraverunt.

LXXXVII. De Oebare duplex apud Persas fama fertur ; aliis id eum, quod dixi, fecisse narrantibus ; aliis hocce : genitalia equæ illius sua eum manu attreclasse, manumque in bracciis occultasse ; deinde, quum oriente sole in eo essent equi ut procederent, Oebarem hunc exsertam manum naribus equi Darii admovisse ; moxque hunc, ad odoris sensum, infremuisse hinnitumque edidisse.

LXXXVIII. Darius igitur, Hystaspis filius, rex renunciatus est : omnesque Asiæ populi, Arabibus exceptis, imperio ejus paruerunt, a Cyro primo subacti, ac dein rursus a Cambyse. (2) Arabes vero nunquam a Persis in servitutem sunt redacti, sed hospites erant et amici, qui Cambysis transitum in Ægyptum præstiterunt ; nam invitis Arabibus nunquam in Ægyptum penetrare Persæ potuissent. (3) Matrimonioque Darius iniit nobilissima inter Persas, cum duabus Cyri filiabus, Atossa et Artystone ; quarum illa quidem ante Cambysis uxor fuerat, fratris sui, deinde rursus Magi ; Artystone vero virgo erat : (4) præterea Smerdis filiam, Cyri filii, uxorem duxit, cui nomen erat Parmys : habuitque etiam Otanis filiam, quæ Magnum prodiderat. Quumque jam omni ex parte stabi-

Δυνάμιός τε πάντα οἱ ἐπίμπλατο. Πρῶτον μὲν νυν τύπον ποιησάμενος λίθινον ἔστησε· ζῶν δὲ οἱ ἐντὶν ἀνὴρ ἱππεύς, ἐπέγραψε δὲ γράμματα λέγοντα ταδε, « Δαρείος ὁ Ὑστάσπεος σὺν τε τοῦ ἱπποῦ τῇ ἀρετῇ » (τὸ οὖνομα λέγων) καὶ Οἰεάρους τοῦ ἱπποκόμου ἐκτίσαστο τὴν Περσέων βασιληίην. »

LXXXIX. Ποιήσας δὲ ταῦτα ἐν Πέρσῃ ἀρχὰς κατεστήσατο εἴκοσι, τὰς αὐτοὶ καλεῖσι σατραπείας· καταστήσας δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ ἄρχοντας ἐπιστήσας
10 ἐτάξατο φόρους οἱ προσιέναι κατ' ἔθνεά τε καὶ πρὸς τοῖσι ἔθνεσι τοὺς πλησιοχώρους προστάσσων, καὶ ὑπερβαίνων τοὺς προσεχέας, τὰ ἑκαστέρω ἄλλοισι ἄλλα ἔθνεα νέμων. (2) Ἀρχὰς δὲ καὶ φόρων πρόσδοον τὴν ἐπέτεον κατὰ τὰδε διεῖλε· τοῖσι μὲν αὐτῶν ἀργύριον
15 ἀπαγινέουσι εἰρητο Βαβυλωνίων σταθμὸν τάλαντον ἀπαγινέειν, τοῖσι δὲ χρυσίον ἀπαγινέουσι Εὐβοϊκόν· τὸ δὲ Βαβυλωνίων τάλαντον δύναται Εὐβοϊδᾶς ἐβδομήκοντα μνᾶς. (3) Ἐπὶ γὰρ Κύρου ἄρχοντος καὶ αὐτὶς Καμβύσεω ἦν κατεστηκὸς οὐδὲν φόρου πέρι, ἀλλὰ δῶρα
20 ἀγίνεον· διὰ δὲ ταῦτην τὴν ἐπίταξιν τοῦ φόρου καὶ παραπλήσια ταύτῃ ἄλλα λέγουσι Πέρσαι ὡς Δαρείος μὲν ἦν κάπηλος, Καμβύσης δὲ δεσπότης, Κύρος δὲ πατήρ, ὁ μὲν ὅτι ἐκαπήλευε πάντα τὰ πρήγματα, ὁ δὲ ὅτι χαλεπὸς τε ἦν καὶ ὀλιγώρος, ὁ δὲ ὅτι ἡπιός τε καὶ ἀγαθός
25 σφι πάντα ἐμηχανήσατο.

XC. Ἀπὸ μὲν δὴ Ἰώνων καὶ Μαγνήτων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ καὶ Αἰολέων καὶ Καρῶν καὶ Λυκίων καὶ Μιυέων καὶ Παμφύλων (εἷς γὰρ ἦν οἱ τεταγμένος φόρος οὗτος) προσήϊε τετρακόσια τάλαντα ἀργυρίου.
CXXII. Sic causa mortis Polycratis duplici modo traditur : licetque cuilibet eam, quam voluerit, probare. (2) Orœtes igitur, Magnesiæ residens ad Mæandrum fluvium sitæ, Myrsum Gygæ filium, Lydum hominem, Samum misit, nuncium ferentem : nam cognovit Polycratis animum. (3) Etenim Polycrates primus fuit, quem novimus, ex Græcis, qui maris obtinere imperium molitus sit ; Minoem si excipias Cnossium, et si quis alius ante hunc mari dominatus est. Ex hominum quidem, quæ vocatur, ætate primus Polycrates est, qui magnam spem habuerit fore ut Ionie et insularum obtineat imperium. (4) Hoc eum animo agitare intelligens Orœtes, misso nuncio, hæc ei dixit : « Orœtes Polycrati hæc dicit. Intellexi te magnas res moliri, nec vero pro talibus consiliis satis instructum esse pecunia. Nunc tu, si hocce feceris, et tuas res augebis, et me quoque servabis. Mortem mihi meditatur Cambyses, et hoc satis pro certo mihi renunciatur. (5) Tu ergo et me ipsum fac ex hac terra educas, et pecunias meas exportes ; et hanc quidem partem tu tene, partem me patere habere harum pecuniarum ope universæ Græciæ obtinebis imperium. Quodsi pecuniarum causa fidem mihi non habueris, mitte qui tibi erit fidissimus, cui ego monstrabo. »

CXXIII. His auditis gavisus Polycrates accepit conditionem ; quumque pecuniarum admodum esset cupidus, misit primum speculandi causa Mæandrium, Mæandrii filium, ex civium numero, qui scriba ejus erat ; eundem qui haud multo post ornata omnia exhedra Polycratis, spectatu utique digna, in Junonis templo dedicavit. (2) Orœtes postquam cognovit exspectari speculatorem, hoc egit : cistas octo lapidibus complevit, valde brevi spatio excepto circa oras, super lapides vero aurum coniecit : tum obligatas cistas in parato habuit. Et Mæandrius ubi advenit spectavitque, renunciavit Polycrati.

CXXIV. Tum ille, quantumvis dehortantibus vatibus, atque etiam amicis, ipse eo proficisci paravit. Adhuc filia ejus per quietem tale viderat insomnium : visus ei erat pater in aere sublimis esse, et lavari a Jove, inungi vero a sole. (2) Hoc quum ei oblatum esset visum, quovis modo contendebat, ne ad Orœtem pater proficisceretur : atque etiam, dum ille actuariam navem conscendebat, ominosis illum verbis est prosecuta. (3) Tum ille ei minatus est, quando salvus rediisset, bene multos annos illam virginem mansuram : et illa precata est, ut rata hæc fiant ;

ἐπιτελέα ταῦτα γενέσθαι βούλεσθαι γὰρ παρβενεῦεσθαι πλεῖον χρόνον ἢ τοῦ πατρὸς ἐστερῆσθαι.

CXXV. Πολυκράτης δὲ πάσης συμβουλῆς ἀλογήσας ἔπλωε παρὰ τὸν Ὀροίτεα, ἅμα ἀγόμενος ἄλλους τε πολλοὺς τῶν ἑταίρων, ἐν δὲ δὴ καὶ Δημοκλῆδα τὸν Καλλιφῶντος Κροτωνιήτην ἄνδρα, ἱητρὸν τε ἐόντα καὶ τὴν τέγνην ἀσκέοντα ἀρίστα τῶν κατ' ἐωυτόν. (2) Ἀπικόμενος δὲ ἐς τὴν Μαγνησίαν ὁ Πολυκράτης διεφθάρη κακῶς, οὔτε ἐωυτοῦ ἀξίως οὔτε τῶν ἐωυτοῦ προσημάτων· ὅτι γὰρ μὴ οἱ Συρηκοσίῳ γενόμενοι τύραννοι, οὐδὲ εἷς τῶν ἄλλων Ἑλληνικῶν τυράννων ἀξίος ἐστὶ Πολυκράτει μεγαλοπρέπειαν συμβληθῆναι. (3) Ἀποκτείνας δὲ μιν οὐκ ἀξίως ἀπρηγῆσις Ὀροίτης ἀνεσταύρωσε· τῶν δὲ οἱ ἐπομένων ὅσοι μὲν ἔσαν Σάμιοι, ἀπῆκε, κελεύων σφᾶς ἐνωτῶ χάριν εἶδέναι ἐόντας ἐλευθέρους, ὅσοι δὲ ἔσαν ξεινοὶ τε καὶ δοῦλοι τῶν ἐπομένων, ἐν ἀνδραποδῶν λόγῳ ποιούμενος εἶχε. (4) Πολυκράτης δὲ ἀνακρεμάμενος ἐπετέλεε πᾶσαν τὴν ὅσιν τῆς θυγατρὸς· ἐλοῦτο μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὅπως υἱοί, ἐχρίετο δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἀνείς αὐτὸς ἐκ τοῦ σώματος ἱμάδα. (5) Πολυκράτης μὲν δὴ αἱ πολλαὶ εὐτυχίαι ἐς τοῦτο ἐτελέτησαν, τῇ οἱ Ἀμασις ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς προεμαντεύσατο.

CXXVI. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ Ὀροίτεα Πολυκράτης τίσις μετῆλθεν. Μετὰ γὰρ τὸν Καμβύσει μῆναιον καὶ τῶν μάγων τὴν βασιλῆην μένων ἐν τῇ Σάρδισι Ὀροίτης ὠφέλεε μὲν οὐδὲν Πέρσας ὑπὸ Μήδων ἀπαρρηγμένους τὴν ἀρχήν. (2) ὁ δὲ ἐν ταύτῃ τῇ παραγῇ κατὰ μὲν ἔκτεινε Μιτροβάτεα τὸν ἐκ Δασκυλείου ὑπαρχόν, ὃς οἱ οἰνεῖσε τὰ ἐς Πολυκράτην ἔχοντα, κατὰ δὲ τοῦ Μιτροβάτεω τὸν παῖδα Κρανάσπεα, ἄνδρα ἐν Πέρσῃ δοκίμους, ἄλλα τε ἐξῆυρσε παντοῖα, καὶ τινα ἀγγραῖον Δαρείου ἐλθόντα παρ' αὐτόν, ὥς οὐ πρὸς ἡδονήν οἱ ᾤν τὰ ἀγγελλόμενα, κτείνει μιν ὅπισθεν κομιζόμενον, ἄνδρα οἱ ὑπείσας κατ' ὁδόν, ἀποκτείνας δὲ μιν ἡφάνισε αὐτῷ ἵππῳ.

CXXVII. Δαρεῖος δὲ ὥς ἔσχε τὴν ἀρχήν, ἐπεθύμει τὸν Ὀροίτεα τίσασθαι πάντων τε τῶν ἀδικημάτων εἵνεκεν καὶ μάλιστα Μιτροβάτεω καὶ τοῦ παιδός. (2) Ἐκ μὲν δὴ τῆς θῆκης στρατὸν ἐπ' αὐτόν οὐκ ἐδόχεε πέμπειν ἅτε οἱ οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων, καὶ νεωστὶ ἔχων τὴν ἀρχήν, καὶ τὸν Ὀροίτεα μεγάλην τὴν ἰσχὺν πυνθανόμενος εἶχειν, τὸν χίλιος μὲν Περσέων ἐδορυφόρεον, εἶχε δὲ νομὸν τὸν τε Φρύγιον καὶ Λυδίον καὶ Ἰωνικόν. (3) Πρὸς ταῦτα δὲ ὧν ὁ Δαρεῖος τάδε ἐμνηχανίστατο. Συγκάλασας Περσέων τοὺς δοκιμωτάτους ἔλεγέ σφι τάδε, « ὦ Πέρσαι, τίς ἂν μοι τοῦτο ὑμέων ὑποστάς ἐπιτελέσειε σοφίῃ καὶ μὴ βίῃ τε καὶ δυνάμει; ἔνθα γὰρ σοφίης ἰδεῖ, βίης ἔργον οὐδέν. (4) Ὑμέων δὲ ὧν τίς ἂν μοι Ὀροίτεα ἢ ζῶντα ἀγάγοι ἢ ἀποκτείνει; ὃς ὠφέλησε μὲν καὶ Πέρσας οὐδέν, κατὰ δὲ μεγάλα ἔοργε· τοῦτο μὲν δύο ἡμέων ἥστωσε, Μιτροβάτεα τε καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ, τοῦτο δὲ τοὺς ἀνακαλεῦντας αὐτόν καὶ πεμπομένους ὑπ' ἐμεῦ κτείνει,

malle se enim per diu virginitatem servare, quam patre privari.

CXXV. Polycrates itaque, spreto omni consilio, ad Oræten navigavit, quum alios multos amicorum comites secum ducens, tum in his Democedem, Calliphontis filium, Cronialam, professione medicum, qui artem dexterrime praeteris per eam aetatem exercebat. (2) Postquam vero Magnesium Polycrates pervenit, misere periit, supplicio et persona ipsius indigno, et ingenio: nam, exceptis Syracusiorum tyrannis, ne unius quidem ex aliis Graeci generis tyrannis magnificentia cum Polycrate conferri meretur. (3) Falso modo et narrato indigno occisum, cruci Orætes affixit: quicunque vero ex comitibus illius Samii erant, hos dimisit, gratiam sibi habere iubens, quod libertatem servarent: quotquot vero peregrini aut servi in comitatu ejus fuerant, hos mancipiorum loco habuit. (4) Sic Polycrates ex cruce suspensus universam filiae visionem explevit: lavabatur enim ab Jove, quando pluebat; et inungebatur a sole, humorem ipse e corpore emittens. (5) Igitur cumulatæ Polycratis felicitates hunc habuere finem, quemadmodum ei Amasis Aegypti rex ominatus erat.

CXXVI. Haud vero multo post etiam Oræten diræ Polycratis ultrices sunt persecutæ. Nam mortuo Cambyse, regnantibus Magis, Sardibus manens Orætes, nihil juxerat rem Persarum, quum eis impetium esset a Medis ademptum: (2) sed in illa rerum perturbatione Mitrobatem interfecit, Dascylei praefectum, qui ei istud de Polycrate exprobraverat; Mitrobatem item filium Crauspen occidit, ambo spectatos inter Persas viros; tum et alia multa insolentius gessit, et Darii quendam equitem nuncium, quum parum grata ipsi essent quæ ille nunciaverat, redeuntem collocatis in via insidiatoribus occidit, et cadaver cum ipso equo ex hominum conspectu removit.

CXXVII. Darius vero, postquam imperium obtinuit, penas cupiebat ab Oræte sumere, quum reliquorum omnium flagitiorum caussa, tum maxime propter Mitrobatem ejusque filii caedem. (2) Ex aperto vero copias contra eum mittere parum consultum ei videbatur, quippe rebus nondum satis tranquillis, et imperio recens inito; tum quod magnam Oræte esse potentiam cognoverat, ut cui mille praesto essent Persici generis satellites, quique Phrygiam, Lydiam atque Ioniam provincias obtineret. (3) Quæ reputans Darius, hancce iniit rationem. Convocatis Persarum spectatissimis, his verbis eos est allocutus: « Quis mihi e vobis, Persæ, recipiet astu se hoc effecturum, non vi et armatorum manu? Nam ubi prudentia opus est, ibi vim adhibere nil attinet. (4) Vestrum igitur quis mihi Oræten aut vivum adduxerit, aut interfecerit? qui de Persis adhuc nihil bene meruit, sed magnis eos malis adfecit; qui et duos e nobis, Mitrobatem ejusque filium, trucidavit, et nuncios a me ad illum evocandum missos interimit, de-

ὑβριν οὐκ ἀνάσχετον φαίνων. Πρὶν τι ὢν μέζον ἐξεργάσασθαι μιν Πέρσας κακὸν, καταλαμπτέος ἐστὶ ἡμῖν θανάτω. »

CXXVIII. Δαρεῖος μὲν ταῦτα ἐπειρώτα, τῷ δὲ ἄνδρες τριήκοντα ὑπέστησαν, αὐτὸς ἕκαστος ἐθέλων ποιεῖν ταῦτα. Ἐρίζοντας δὲ Δαρεῖος καταλάμβανε κελεύων πάλλεσθαι· παλλομένων δὲ λαγγάνει ἐκ πάντων Βαγαῖος ὁ Ἀρτόντεω. Λαχὼν δὲ ὁ Βαγαῖος ποιεῖ τοιαύδε· (2) βιβλία γραψάμενος πολλὰ καὶ περὶ πολλῶν ἔχοντα πρηγμάτων σφρηγιστὰ σφί ἐπέβαλε τὴν Δαρείου, μετὰ δὲ ἦτε ἔχων ταῦτα ἐς τὰς Σάρδεις. Ἀπικόμενος δὲ καὶ Ὀρόιτεω ἐς θῆν ἐλθὼν, τῶν βιβλίων ἐν ἕκαστον περιαιρέμενος εἰδίδου τῷ γραμματιστῇ τῷ βασιλεῖ ἑπιλέγεσθαι· γραμματιστὰς δὲ βασιλείους οἱ πάντες ὑπαρχοὶ ἔχουσι. (3) Ἀποπειρώμενος δὲ τῶν δορυφόρων εἰδίδου τὰ βιβλία ὁ Βαγαῖος, εἰ οἱ ἐνδοξαίεστο ἀπόστασιν ἀπ' Ὀρόιτεω. Ὀρέων δὲ σφεας τὰ τε βιβλία σεβομένους μεγάλως καὶ τὰ λεγόμενα ἐκ τῶν βιβλίων ἔτι μεζόνως, διδοὶ ἄλλο ἐν τῷ ἐνθῇ ἔπεα τοιάδε, 20 « ὦ Πέρσαι, βασιλεὺς Δαρεῖος ἀπαγορεύει ὑμῖν μὴ δορυφορεῖν Ὀρόιτεα. » (4) Οἱ δὲ ἄκούσαντες τούτων μετήκαν οἱ τὰς αἰχμάς. Ἰδὼν δὲ τοῦτο σφεας ὁ Βαγαῖος πειθομένους τῷ βιβλίῳ, ἐνθαῦτα δὴ θαρσύνσας τὸ τελευταῖον τῶν βιβλίων διδοὶ τῷ γραμματιστῇ, ἐν τῷ 25 ἐγγράπτω, « βασιλεὺς Δαρεῖος Πέρσῃσι τοῖσι ἐν Σάρδισι ἐντέλλεται κτείνειν Ὀρόιτεα. » (5) Οἱ δὲ δορυφόροι ὡς ἤκουσαν ταῦτα, σπασάμενοι τοὺς ἀκινάχας κτείνουσαν παραυτίκα μιν. Οὕτω δὴ Ὀρόιτεα τὸν Πέρσῃν Πολυχράτεος τοῦ Σαμίου τίσεις μετῆλθον.

CXXIX. Ἀπικομένων δὲ καὶ ἀναχομισθέντων τῶν Ὀρόιτεω χρημάτων ἐς τὰ Σοῦσα, συνήνεκε χρόνῳ οὐ πολλῷ ὑστερον βασιλεία Δαρεῖον ἐν ἀγρῇ θηρῶν ἀποθνήσκοντα ἀπ' ἵππου στραφῆναι τὸν πόδα. Καί κως ἰσχυροτέρως ἐστράφη· ὁ γάρ οἱ ἀστράγαλος ἐξεχώρησε 25 ἐκ τῶν ἄρθρων. (2) Νομίζων δὲ καὶ πρότερον περὶ ἐωυτὸν ἔχειν Αἰγυπτίῳ τὸς δοκέοντας εἶναι πρῶτους τὴν ἱητρικὴν, τοῦτοισι ἐγράψτο. Οἱ δὲ στρεβλοῦντες καὶ βιώμενοι τὸν πόδα κακὸν μέζον ἐργάζοντο. (3) Ἐπ' ἐπτά μὲν δὴ ἡμέρας καὶ ἐπτά νύκτας ὑπὸ τοῦ 40 παρεόντος κακοῦ ὁ Δαρεῖος ἀγρυπνίῃσι εἶχετο, τῇ δὲ δὴ ὀγδόῃ ἡμέρῃ ἔχοντί οἱ φλαύρας παρακούσας τις πρότερον ἔτι ἐν Σάρδισι τοῦ Κροτωνιήτεω Δημοκλήδεος τὴν τέχνην ἀγγέλλει τῷ Δαρείῳ· ὁ δὲ ἀγειν μιν τὴν ταχίστην παρ' ἐωυτὸν ἐκέλευσε. (4) Τὸν δὲ ὡς ἐξεῦρον ἐν 45 τοῖσι Ὀρόιτεω ἀνδραπόδοις διουδὴ ἀπημελημένον, παρῆγον ἐς μέσον πέδας τε ἔλκοντα καὶ ῥάκεσι ἐσθιμένον.

CXXX. Σταθέντα δὲ ἐς μέσον εἰρώτα ὁ Δαρεῖος τὴν τέχνην εἰ ἐπίστατο· ὁ δ' οὐκ ὑπέδεκετο, ἄρρωθέων μὴ 50 ἐωυτὸν ἐκφῆνας τὸ παράπαν τῆς Ἑλλάδος ἢ ἀπειστερημένος. Κατεράνῃ δὲ τῷ Δαρείῳ τεχνάζειν ἐπιστάμενος, καὶ τοὺς ἀγαγόντας αὐτὸν ἐκέλευσε μάστιγας τε καὶ κέντρα παραφέρειν ἐς τὸ μέσον. (2) Ὁ δὲ ἐνθαῦτα δὴ ὢν ἐκφαίνει, φὰς ἀτρεκέως μὲν οὐκ ἐπίστασθαι, δ-

nique insolentiam nullo modo ferendam ostentat. Quare, priusquam majus aliquod malum Persis infligat, caede nobis occupandus est. »

CXXVIII. Hoc quum Darius ab illis quæsisset, triginta viri se offerebant, quorum unusquisque recipiebat, velle se solum rem effectam dare. Quos inter se contententes cohibuit Darius, sortiri iubens : quod ubi illi fecere, sortis præ omnibus Bagæum designat, Artontæ filium. Is igitur sorte ad rem suscipiendam designatus, hanc rationem iniit : (2) libellos plures conscripsit, variis de rebus agentes, quibus sigillum imposuit Darii : dein cum his libellis Sardes proficiscitur. Quo postquam advenit, in conspectum Orætae progressus, singulos deinceps libellos, detractis sigillo, scribæ regio tradidit prælegendos : omnibus quippe provinciarum præfectis adsunt regii scribæ. (3) Libellos istos Bagæus tradebat explorandæ sententiæ causa satellitum, an ad deficiendum ab Oræta parati essent futuri. Quos ubi vidit magna veneratione prosequi libellos, majorique etiam veneratione prosequi ea quæ e libellis prælegebantur, alium tradidit libellum, in quo hæc erant scripta : « Persæ, rex Darius vobis edicit, ne amplius apud Oræten satellitum fungamini officio. » (4) Et illi, his auditis, lanceas coram eo deposuerunt. Tum vero Bagæus, videns illos in hac re obtemperantes libello, fidenter postremum libellorum scribæ tradidit, in quo scriptum erat : « Rex Darius Persas, qui Sardibus sunt, jubet occidere Oræten. » (5) Quo audito, protinus satellites strinxerunt acinaces, illumque interfecerunt. Tali igitur modo Oræten persecutæ sunt diræ Polycratis Samii ultrices.

CXXIX. Postquam Orætae res familiaris Susa esset transportata, ibique jam aderat, accidit haud multo post, ut Dario regi, inter venandum ex equo desilienti, pes distorteretur. Et graviore quodam modo distortus est ; nam astragalus ex articulis exierat. (2) Itaque, quum etiam antea existimasset adesse sibi medicorum Ægyptiorum eos qui primarii essent in arte medicandi, hisce usus est. At illi torquentes pedem vimque magnam adferentes, malum auxerunt. (3) Postquam igitur totos septem dies septemque noctes per morbum quo conflictabatur insomnes egisset Darius, octavo die graviter admodum laboranti nunciat quispiam, se olim Sardibus Crotoniatæ Democedis artem forte audivisse laudari : rexque illum quam primum ad se adduci jussit. (4) Qui ut inter Orætae mancipia repertus est nescio ubi neglectus, producit in medium, compedes trahens, et laceros pannos indutus.

CXXX. In medio stantem interrogat Darius, an artem calleret : at ille negavit, veritus ne, si cognosceretur, nulla ipsi spes reliqua foret in Græciam umquam redeundi. Darius vero satis intelligens dissimulare hominem, et gnarum esse artis ; qui adduxerant eum, flagella et stimulos jussit in medium proferre. (2) Tum ille professus ait, adcurate quidem se artem non callere, sed aliquantulum ejus noti-

μιλήσας δὲ ἱητρῶν φλαύρως ἔχιν τὴν τέχνην. Μετὰ δὲ, ὡς οἱ ἐπέτρεψε, Ἑλληνικοῖσι ἰήμασι χρωόμενος καὶ ἥπια μετὰ τὰ ἰσχυρὰ προσάγων ὑπνου τέ μιν λαγχάνειν ἐποίησε καὶ ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ ὑγίεια μιν ἔδοντα ἀπέδεξε, οὐδαμὰ ἔτι ἐλπίζοντα ἀρτίπουν ἔσεσθαι. (1) Δωρέεσσι δὲ ἡ μιν μετὰ ταῦτα ὁ Δαρεῖος πεδέων χρυσέων δύο ζεύγεσι· ὁ δὲ μιν ἐπείρετο εἰ οἱ διπλήσιον τὸ κακὸν ἐπίτηδες νέμει, ὅτι μιν ὑγίεια ἐποίησε. Ἡσθεῖς δὲ τῷ ἐπεί ὁ Δαρεῖος ἀποπέμπει μιν παρὰ τὰς ἐσωτοῦ γυναικάς. (4) Παράγοντες δὲ οἱ εὐνοῦχοι ἔλεγον πρὸς τὰς γυναικάς ὡς βασιλεῖ οὗτος εἴη δὲ τὴν ψυχὴν ἀπέδωκε. Ὑποτύπουσά δὲ αὐτέων ἐκάστη φιάλη ἐς τοῦ χρυσοῦ τὴν θήκην ἔδωκε τὸν Δημοκῆδεα, οὗτω δὲ τὴν ἀφίλει δωρεῇ ὡς τοὺς ἀποπίπτοντας ἀπὸ τῶν φιαλέων στατήρας ἐπόμενος ὁ οἰκέτης, τῷ οὐνομα ἦν Σκίτων, ἀνελέγετο, καὶ οἱ χρῆμα πολλὸν τι χρυσοῦ συνελέγη.

CXXXI. Ὁ δὲ Δημοκῆδης οὗτος ὅδε ἐκ Κρότωνος ἀπιγμένος Πολυκράτει ὠμίλησε· πατρὶ συνείχετο ἐν Κρότωνι ὄργην γαλεπῶ· τοῦτον ἐπέετο οὐκ ἔδυνάτο φέρειν, ἀπολιπὼν οἶχετο ἐς Αἰγίνα. (2) Καταστὰς δὲ ἐς ταύτην τῷ πρώτῳ ἔτει ὑπερεβάλετο τοὺς ἄλλους ἱητροὺς, ἀσκευὴς περ ἔων καὶ ἔχων οὐδὲν τῶν ὅσα περὶ τὴν τέχνην ἐστὶ ἐργαλῆα· καὶ μιν δευτέρῳ ἔτει ταλάντου Αἰγίνῃται δημοσίῃ μισθεύνται, τρίτῳ δὲ ἔτει Ἀθηναῖοι ἑκατὸν μνέων, τετάρτῳ δὲ ἔτει Πολυκράτης δοῦν ταλάντων. (3) Οὕτω μὲν ἀπίκετο ἐς τὴν Σάμον, καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ἥκιστα Κροτωνιῆται ἱητροὶ εὐδοκίμησαν· ἐγένετο γὰρ ὧν τοῦτο ὅτε πρῶτοι μὲν Κροτωνιῆται ἱητροὶ ἐλέγοντο ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα εἶναι, δεύτεροι δὲ Κυρηνάιοι. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ χρόνον καὶ Ἀργεῖοι ἤκουον μουσικῇ εἶναι Ἑλλήνων πρῶτοι.

CXXXII. Τότε δὲ ὁ Δημοκῆδης ἐν τοῖσι Σούσοισι ἐξησάμενος Δαρεῖον οἶκον τε μέγιστον εἶχε καὶ δημοτράπεζος βασιλεῖ ἐγεγόνε, πλὴν τε ἐνός τοῦ ἐς Ἑλλήνας ἀπέναι πάντα τὰλλα οἱ παρῆν. (2) Καὶ τοῦτο μὲν τοὺς Αἰγυπτίους ἱητροὺς, οἱ βασιλέα πρότερον ἰώντο, μέλλοντας ἀνασκολοπιέσθαι διότι ὑπὸ Ἑλλήνος ἱητροῦ ἐσώθησαν, τοὺτους βασιλέα παραιτησάμενος ἐρρύσατο. (4) τοῦτο δὲ μάντιν Ἥλειον Πολυκράτει ἐπισπόμενον καὶ ἀπημελημένον ἐν τοῖσι ἀνδραπόδοις ἐρρύσατο. Ἦν δὲ μέγιστον πρῆγμα Δημοκῆδης παρὰ βασιλεῖ.

CXXXIII. Ἐν χρόνῳ δὲ ὀλίγῳ μετὰ ταῦτα τὰδε ἄλλα συνήνεκε γενέσθαι. Ἀτόσση τῇ Κύρου μὲν θυγατρὶ, Δαρείου δὲ γυναικὶ ἐπὶ τοῦ μαστοῦ ἐφυῖμα, μετὰ δὲ ἐκράγεν ἐνέμετο πρόσω. Ὅσον μὲν δὲ χρόνον ἦν ἐλασσον, ἢ δὲ κρύπτουσα καὶ αἰσχυνομένη ἐφραζε οὐδενί· ἐπέετο δὲ ἐν κακῇ ἦν, μετεπέμψατο τὸν Δημοκῆδεα καὶ οἱ ἐπέδεξε. (2) Ὁ δὲ φὰς ὑγίεια ποιήσιν, ἐξορκοὶ μιν ἦ μὲν οἱ ἀντιπυργῶσαι ἐκείνην τοῦτο τὸ ἀν αὐτῆς δεσθῆ· δέξασθαι δὲ οὐδενὸς τῶν ὅσα ἐς αἰσχύνην ἐστὶ φέροντα.

CXXXIV. Ὡς δὲ ἄρα μιν μετὰ ταῦτα ἰώμενος ὑγίεια ἀπέδεξε, ἐνθαῦτα δὲ διδραχμῆσα ὑπὸ τοῦ Δημοκῆ-

tiam habere ex consuetudine quam cum medico quodam habuisset. Deinde, quum rex se illi permisisset, Græcanicis adhibitis medicamentis, et lenibus post vehementiora adnotis, effecit ut et somnum caperet rex, et brevi tempore sanum incolumemque præstitit, quum numquam ille rectum pedis usum se recepturum sperasset. (3) Inde duobus paribus aurearum compedum donatus a Dario Democedes, quærit ex rege, an consulto duplex malum ipsi reddat propterea, quod sanum illum præstitisset. Quo verbo delectatus Darius, ad uxores suas eum ablegavit. (4) Quibus eunuchi, eum producentes, dicebant, esse hunc qui vitam regi reddidisset. Et earum unaquæque, phialam in auri cistam vi demittens et hauriens, Democeden donavit, adeo quidem largo munere, ut famulus, qui eum sequebatur, cui nomen erat Sciton, ex sublectis stateribus (*aureis viginti drachmarum*) qui de phialis in terram deciderant, ingentem auri vim sibi collegerit.

CXXXI. Democedes hic tali ratione, relicta Crotone, in Polycratis pervenerat familiaritatem : Crotone premebatur a patre difficili et iracundo; quem quum ferre non posset, relicto eo Æginam abiit. (2) Ibi quum sedem suam fixisset, primo anno alios omnes superavit medicos, imparatus licet, et instrumentis omnibus carens quibus ad eam artem exercendam vulgo utuntur. Itaque secundo anno Æginetæ publice eum talento conduxerunt; tertio anno Athenienses, centum minis; quarto vero anno Polycrates duobus talentis. (3) Hoc modo Sanum venerat. Et inde ab hoc viro maxime inclaruerunt Crotoniæ medici. Fuit enim tempus quum primarii in Græcia medici dicerentur esse Crotoniæ; tum secundi ordinis, Cyrenæi. Per idem tempus Argivi primarii inter Græcos musici ferebantur.

CXXXII. Tunc vero Democedes, postquam Darium persanavit, maximam Susis domum habuit, et regis fuit commensalis : denique, præterquam quod in Græciam redire non licuit, omnium rerum copia adfluebat. (2) Idem Ægyptios medicos, qui regem prius curaverant, et nunc in eo erant ut regis jussu palis transfigerentur, quoniam a Græco medico fuissent superati, hos a rege deprecatus conservavit : item Eleum vatem, qui, Polycratem secutus, nunc inter mancipia neglectus latebat, servitute liberavit. Plurimum enim apud regem Democedes valebat.

CXXXIII. Haud vero ita multo post, aliud quidpiam forte fortuna accidit huiusmodi. Atossa, Cyri filia, uxori Daril, ortus erat in mamma tumor; qui postquam erupit, latius serpebat. Quam diu minor erat tumor, occultabat eum Atossa, præ pudore nemini indicans : ubi vero jam male erat affecta, accersito Democedi tumorem monstravit. (2) Et ille, sanitati se eam restitutum professus, persuadet reginæ, ut interposito iurejurando ipsi promitteret, vicissim ipsam illi in eo quod oraturus esset (nihil autem se petiturum adfirmat quod dedecus adferre possit), operam suam esse collaturam.

CXXXIV. Deinde, quum adhibitis remediis sanam Democedes præstitisset, tum ab illo edocta Atossa his verbis

δεος ἡ Ἀτοσσα προσέφερε ἐν τῇ κοίτῃ Δαρεῖω λόγον τοιοῦτον, « ὦ βασιλεῦ, ἔχων δύναμιν τοσαύτην κάτῃσαι, οὔτε τι ἔθνος προσκτώμενος οὔτε δύναμιν Πέρσῃσι. (2) Οἶκος δέ ἐστι ἀνδρά καὶ νέον καὶ χρημάτων μεγάλων πλεονέστερα φαίνεσθαι τι ἀποδεικνύμενον, ἵνα καὶ Πέρσαι ἐκμάθωσι ὅτι ὑπ' ἀνδρὸς ἄρχονται. Ἐπ' αὐφότερα δέ τοι φέρεי ταῦτα ποιεῖν, καὶ ἵνα σφέων Πέρσαι ἐπιστῶνται ἀνδρά εἶναι τὸν προεστέωτα, καὶ ἵνα τρίβωνται πολέμῳ μὴδὲ σχολὴν ἄγοντες ἐπιβουλεύσῃ τοι. (3) Νῦν γάρ ἂν τι καὶ ἀποδέξαιο ἔργον, ἕως νέος εἰς ἡλικίην· αὐξανόμενῳ γάρ τῳ σώματι συναύξονται καὶ αἱ φρένες, γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι καὶ ἐς τὰ πρήγματα πάντα ἀπαμβλύνονται. » (4) Ἡ μὲν δὲ ταῦτα ἐκ διδασχῆς ἔλεγε, ὁ δ' αἰμείβεται τοιοῦτε, « ὦ γύναι, πάντα ὅσα περ αὐτὸς ἐπινοῶ ποιήσῃ ἐν εἰρήκῃ· ἐγὼ γὰρ βεβούλευμαι, ζεύξας γέφυραν, ἐκ τῆσδε τῆς ἡπείρου ἐς τὴν ἐτέρην ἡπείρον ἐπὶ Σκύθας στρατεύεσθαι· καὶ ταῦτα ὀλίγου χρόνου ἔσται τελευτάμενα. » (5) Λέγει Ἀτοσσα τάδε, « ὅρα νυν, ἐπὶ Σκύθας μὲν τὴν πρώτην ἵεναι ἔασον· οὗτοι γάρ, ἔπειαν σὺ βούλη, ἔσονται τοι· σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι. Ἐπιθυμῶ γάρ, λόγῳ πυνθανομένην, Λακείας τέ μοι γενέσθαι θεραπαίνας καὶ Ἀργείας καὶ Ἀττικὰς καὶ Κορινθίας. (6) Ἐγχείς δὲ ἀνδρά ἐπιτηδεύτατον ἀνδρῶν πάντων δέξαι τε ἕκαστα τῆς Ἑλλάδος καὶ κατηγήσασθαι, τοῦτον ὃς σευ τὸν πόδα ἐξήγατο. » (7) Αἰμείβεται Δαρεῖος, « ὦ γύναι, ἐπεὶ τοίνυν τοι δοκέει τῆς Ἑλλάδος ἡμέας πρῶτα ἀποπειρᾶσθαι, κατασχόπους μοι δοκέει Περσέων πρῶτον ἀμεινον εἶναι ὁμοῦ τούτῳ τῷ σὺ λέγεις πέμψαι ἐς αὐτούς, οἱ μαθόντες καὶ ἰδόντες ἕκαστα αὐτῶν ἐξαγγελεύουσι ἡμῖν καὶ ἔπειτεν ἐξεπιστάμενος ἐπ' αὐτοὺς τρέφομαι. »

CXXXV. Ταῦτα εἶπε καὶ ἅμα ἔπος τε καὶ ἔργον ἐποίησε. Ἐπεῖτε γὰρ τάχιστα ἡμέρη ἐπέλαμψε, καλέσας Περσέων ἀνδράς δοκίμους πεντεκαίδεκα ἐντέλλετό σφι ἐπομένους Δημοκῆδεϊ δις ἐλθεῖν τὰ παραθαλάσσια τῆς Ἑλλάδος, ὅπως τε μὴ διαδρῆσεται σφας ὁ Δημοκῆδης, ἀλλὰ μιν πάντως ὀπίσω ἀπάξουσι. (2) Ἐντειλάμενος δὲ τούτοις ταῦτα, δεύτερα καλέσας αὐτὸν Δημοκῆδεα ἐδέετο αὐτοῦ ὅπως ἐξηγησάμενος πᾶσαν καὶ ἐπιδέξας τὴν Ἑλλάδα τοῖσι Πέρσῃσι ὀπίσω ἔξει· δῶρα δέ μιν τῷ πατρὶ καὶ τοῖσι ἀδελφοῖσι ἐκέλευε πάντα τὰ ἐκείνου ἐπιπλα λαβόντα ἄγειν, φᾶς ἄλλα οἱ πολλαπλῆσια ἀντιδώσειν· πρὸς δὲ ἐς τὰ δῶρα δικάδα οἱ ἔφη συμβαλέσθαι πλῆσας ἀγαθῶν παντοίων, τὴν ἅμα οἱ πλώσσεσθαι. (3) Δαρεῖος μὲν δὴ, δοκέειν μοι, ἀπ' οὐδενὸς δολεροῦ νόου ἐπηγγέλλετο οἱ ταῦτα· Δημοκῆδης δὲ δείσας μὴ εὖ ἐκπειρωτὸ Δαρεῖος, οὔτι ἐπιδραμῶν πάντα τὰ διδόμενα ἐδέετο, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐνωτοῦ κατὰ χώραν ἔφη καταλείψειν, ἵνα ὀπίσω σφέα ἀπελθὼν ἔχοι, τὴν μὲντοι δικάδα, τὴν οἱ Δαρεῖος ἐπηγγέλλετο ἐς τὴν ὥρεν τοῖσι ἀδελφοῖσι, δέσσεσθαι ἔφη. Ἐντειλάμενος δὲ καὶ τούτῳ ταῦτα ὁ Δαρεῖος ἀποστέλλει αὐτοὺς ἐπὶ ὠλάσαν.

CXXXVI. Καταβάντας δ' οὗτοι ἐς Φοινίκην καὶ

Darium, dum cubitum eunt, allocuta est : « Tantis, o rex, quum sis viribus instructus, otiosus sedes; nec populum ullum aut potentiam adquires Persis. (2) Equum est tamen, ut vir et ætate florens, et magnarum opum dominus, aliquod factum a se gestum ostendat, quo Persæ etiam intelligant, a viro se regi. Duobus autem modis tibi hoc facere conducet, ut et Persæ sciant virum esse qui illis præsit, et ut ipsi bellis occupentur, ne, dum otium agunt, tibi insidientur. (3) Nunc enim præclarum aliquod edere facinus licet, dum viget tibi ætas; nam augescente corpore augentur et animi vires; senescente autem corpore, etiam ingenium senescit, et ad res omnes hebetatur. » (4) Quæ quum illa, ut erat edocta, dixisset, in hunc modum Darius respondit : « Quæ ego ipse facere destinaveram, ea tu omnia, uxor, dixisti. Constitutum enim habeo, duabus continentibus ponte junctis, ex nostra continente in alteram transgredi, et Scythias bellum inferre : atque hæc brevi effecta dabo. » (5) Tum Atossa, « Ecce nunc ait, adversus Scythas primum proficisci omite : hi enim, quandocumque volueris, in tua erunt potestate : at tu mihi in Græciam suscipe expeditionem : cupio enim, de quibus fando adivi, Lacænas et Argivas et Atticas atque Corinthias habere famulas. (6) Est autem tibi præsto vir omnium maxime idoneus, qui cuncta tibi in Græcia demonstret et viæ dux sit; is qui tuum pedem sanavit. » (7) Respondit Darius : « Quoniam igitur tibi placet, mulier, ut Græciam statim experiamur, consultius mihi videtur ex Persis exploratores primum, una cum hoc quem tu dicis, eo mittere; qui, postquam res Græcorum cunctas cognoverint spectaverintque, nobis sint renunciaturi. Ac deinde, rebus omnibus recte cognitis, arma contra illos convertam. »

CXXXV. Hæc ille dixit : et dictum factum. Simul ac enim dies illuxit, quiddecim probatos ex Persis viros vocat, eisque dat mandatum, ut Democedem comitantes maritima Græciæ loca lustrant, nec vero committant ut ab ipsis profugiat Democedes, sed omnino illum reducant. (2) Hæc postquam his mandata dedit, dein ipsum vocat Democedem, illumque orat, ut, postquam itineris dux in Græciam Persis illis fuisset, totamque eis demonstrasset, ad se revertatur; jubetque eum, ut sua omnia quæ moveri possent secum sumat, et dono adferat patri fratribusque; quorum loco se illi alia multis partibus copiosiora in vicem daturum confirmat; præterea ad dona illa onerariam navem se ei adjecturum, ait, omnigenis bonis refertam, quæ simul cum eo sit navigatura. (3) Darius igitur, ut mihi videtur, nullo doloso consilio hæc ei est pollicitus. Democedes vero, veritus ne se rex tentaret, haudquaquam cupide oblata omnia arripuit; sed, res suas, ait, Susis se relicturum, ut post reditum eas haberet; onerariam autem navem, quam ei promitteret Darius ad dona fratribus perferenda, accipere se, ait. Huic igitur postquam eadem mandata quæ Persis dederat Darius, ad mare eos dimisit.

CXXXVI. Itaque hi quum in Phœnicen et Phœnices ur-

Φοινίκης ἐς Σιδῶνα πόλιν αὐτίκα μὲν τρήρεας δύο ἐπλήρωσαν, ἅμα δὲ αὐτῇσι καὶ γαυλὸν μέγαν παντοίων ἀγαθῶν· παρεσκευασμένοι δὲ πάντα ἐπλυνον ἐς τὴν Ἑλλάδα, προσίσχοντες δὲ αὐτῆς τὰ παραθαλάσσια ἐθηύνον· καὶ ἀπεγράφοντο, ἐς δὲ τὰ πολλὰ αὐτῆς καὶ οὐνομαστὰ ἰθυσάμενοι ἀπίκοντο τῆς Ἰταλίας ἐς Τάραντα. (2) Ἐνθαῦτα δὲ ἐκ ῥηστῶνης τῆς Δημοκλήδεος Ἀριστοφιλίδης τῶν Ταραντίνων ὁ βασιλεὺς τοῦτο μὲν τὰ πηδάλια παρέλυσεν τῶν Μηδικῶν νεῶν, τοῦτο δὲ αὐτοὺς τοὺς Πέρσας ἔρξε ὡς κατασκόπους δῆθεν ὄντας. (3) Ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐπάσχον, ὁ Δημοκλῆδης ἐς τὴν Κρότωνα ἀπικνέεται. Ἀπικνέμενος δὲ ᾗδῃ τούτου ἐς τὴν ἐσωτοῦ ὁ Ἀριστοφιλίδης ἔλυσε τοὺς Πέρσας, καὶ τὰ παρέλαβε τῶν νεῶν ἀπέδωκε σφι.

15 CXXXVII. Ἰπλῶντες δὲ ἐνθεῦτεν οἱ Πέρσαι καὶ διώκοντες Δημοκλῆδα ἀπικνέονται ἐς τὴν Κρότωνα, εὐρόντες δὲ μιν ἀγοράζοντα ἄπτοντο αὐτοῦ. (2) Τῶν δὲ Κροτωνιητέων οἱ μὲν καταρρωδέοντες τὰ Περσικά πρήγματα προίενοι ἐτόιμοι ἔσαν, οἱ δὲ ἀντάπτοντό τε καὶ τοῖσι σκυτάλοισι ἐπαίοντο τοὺς Πέρσας προΐσχυμέ- 20 νους ἔπεα τάδε, « ἄνδρες Κροτωνιῆται, ὁρᾶτε τὰ ποίεετε. Ἄνδρα βασιλεὺς δρηπέτην γενόμενον ἐξαιρέσθε· κῶς ταῦτα βασιλεῖ Δαρεῖω ἐκχρήσει περιυβρίσθαι· κῶς δὲ ὑμῖν τὰ ποιούμενα ἔξει καλῶς, ἣν ἀπέλυσθε ἡμέας· ἐπὶ τίνα δὲ τῆσδε προτέρην στρα- 25 τευσόμεθα πόλιν· τίνα δὲ προτέρην ἀνδροποδίζεσθαι πειρησόμεθα; » (3) Ταῦτα λέγοντες τοὺς Κροτωνιή- τας οὐκ ὦν ἐπειθον, ἀλλ' ἐξαιρεθέντες τε τὸν Δημοκλῆ- 30 δα, καὶ τὸν γαυλὸν τὸν ἅμα ἤγοντο ἀπαιρεθέντες, ἀπέπλυνον ὁπίω ἐς τὴν Ἀσίην, οὐδ' ἔτι ἐζήτησαν τὸ προσωτέρω τῆς Ἑλλάδος ἀπικόμενοι ἐκμαθεῖν, ἑσπερη- 35 μένοι τοῦ ἡγεμόνος. Τοσόνδε μέντοι ἐνετεिलाτό σφι Δημοκλῆδης ἀναγομμένοι, κελεύων εἶπαι σφῆας Δαρεῖω, ὅτι ἄρμостαι τὴν Μίλωνος θυγατέρα Δημοκλῆδης γυ- 36 ναῖκα. (4) Τοῦ γάρ δὴ παλαιστῶ Μίλωνος ἦν οὐ- νομα πολλὸν παρὰ βασιλεῖ· κατὰ δὲ τοῦτό μοι δοκεῖ σπῆσαι τὸν γάμον τοῦτον τελέσας χρήματα μεγάλα Δημοκλῆδης, ἵνα φανῇ πρὸς Δαρεῖου εἶναι καὶ ἐν τῇ ἐσωτοῦ δόκιμος.

40 CXXXVIII. Ἀναχθέντες δὲ ἐκ τῆς Κρότωνος οἱ Πέρσαι ἐκπίπτουσι τῇσι νηυσὶ ἐς Ἰηπυγίην, καὶ σφῆας δουλεύοντας ἐνθαῦτα Γύλλος ἀνὴρ Ταραντίνος φυγὰς 45 ρυσάμενος ἀπήγαγε παρὰ βασιλέα Δαρεῖον. (2) Ὁ δὲ ἀντὶ τούτων ἐτοῖμος ἦν διδόναι τούτῳ ὅ τι βούλοιτο αὐτός. Γύλλος δὲ αἰρέεται κάτοδόν οἱ ἐς Τάραντα γενέσθαι, προαπηγισάμενος τὴν συμφορὴν· ἵνα δὲ μὴ συνταράξῃ τὴν Ἑλλάδα, ἣν δι' αὐτὸν στόλος μέγας πλώῃ ἐπὶ τὴν Ἰταλίην, Κνιδίους μόνους ἀποχρᾶν οἱ 50 τῶν τοῖσι Ταραντίνοισι φίλων μάλιστα δὴ τὴν κάτοδόν οἱ ἔσεσθαι. (3) Δαρεῖος δὲ ὑποδεξάμενος ἐπετέλεε· πέμψας γάρ ἄγγελον ἐς Κνίδον κατὰγειν σφῆας ἐκέλευε Γύλλον ἐς Τάραντα. Πειθόμενοι δὲ Δαρεῖω Κνιδιοὶ Ταραντίνους οὐκ ὦν ἐπειθον, βήτην δὲ ἀδύνατοι ἔσαν

hem Sidonem descendissent, protinus duas triremes in struxerunt, simulque cum his ingentem gaulum (*onerariam navem*) omni bonorum genere impleverunt; rebusque cunctis præparatis, in Græciam navigarunt. Quo ubi ad pulerunt, oras omnes contemplati sunt descripseruntque; donec, pleraque ejus et maxime notabilia speculati, Tarentum in Italiam pervenerunt. (2) Ibi vero Democedi indulgens Aristophilides, rex Tarentinorum, et gubernacula navium Medicarum solvi jussit, et ipsos Persas detinuit, tamquam speculatores: (3) interimque, dum illis hoc accidit, Democedes Crotonem abiit. Qui postquam domum ad suos pervenit, Persas Aristophilides custodia emisit, et, quæ de navibus eorum demerat, illis restituit.

CXXXVII. Inde Persæ navibus profecti, Democedem persequentes, Crotonem pervenerunt: ubi quum eum in foro versantem invenissent, manus ei injecerunt. (2) Ibi tum Crotoniatarum alii, Persarum opes veriti, tradere illum parati erant; alii vero Persis vicissim manus injicientes, fistibus eos percutiebant. Quibus illi hæc verba proferebant: « Viri Crotoniata, videte quid faciatis! hominem, qui regis servus fugitivus est, eripitis. Quomodo rex Darius patienter feret tali contumelia adfici? et quo pacto vobis impune abibit facinus, si nobis illum eripueritis? Cui prius, quam huic civitati, bellum inferemus? quam priorem sub jugum mittere conabimur? » (3) Hæc illi dicentes non moverunt Crotoniatas: sed, erepto sibi Democede, atque etiam gaulo spoliati, quem adduxerant, in Asiam sunt reversi; neque porro Græciam adire aliasque Græciæ partes cognoscere cupivere, duce privati. Hoc tamen eis abeuntibus mandatum Democedes dedit, nunciarent Dario, Democedem filiam Milonis sibi despondisse uxorem. (4) Erat enim apud regem celebre Milonis nomen luctatoris: atque hac nimirum de caussa videtur mihi Democedes, magna vi pecuniæ erogata, properasse hoc matrimonium, ut adpareret Dario, esse ipsum etiam in patria spectatum virum.

CXXXVIII. Crotone profecti Persæ, cum navibus in Iapygiam ejecti sunt: ubi quum in servitutem essent redacti, Gillus eos liberavit, exsul Tarentinus, et ad regem Darium reduxit. (2) Pro quo beneficio quum ei, quicquid postulasset, dare paratus rex esset; Gillus, exposita sua calamitate, petiit ut in patriam Tarentum ex exilio restitueretur. Ne autem Græciam conturbaret, si propter ipsum magna classis in Italiam navigaret, Cnidios solos, ait, ad se reducendum sufficere; ratus, ab his maxime, quippe Tarentinorum amicis, reditum sibi procuratum iri. (3) Id Darius recepit ei, et promisso stetit: misso enim ad Cnidios nuncio, imperavit his ut Tarentum reducerent Gillum. Sed Cnidii, Dario obsequentes, Tarentinis ut eum reciperent non persuaserunt; ad vim vero

προσφέρειν. (4) Ταῦτα μὲν νυν οὕτω ἐπρήχθη, οὗτοι δὲ πρῶτοι ἐκ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπίκοντο Πέρσαι, καὶ οὗτοι διὰ τοιόνδε πρῆγμα κατὰ σκοποὶ ἐγένοντο.

8 CXXXIX. Μετὰ δὲ ταῦτα Σάμον βασιλεὺς Δαρεῖος αἰρεῖ, πολλῶν πασῶν πρῶτην Ἑλληνίδων καὶ βαρ-
 θάρων, διὰ τοιήνδε τινὰ αἰτίην. Καμβύσει· τοῦ Κύ-
 10 ρου στρατευομένου ἐπ' Αἴγυπτον ἄλλοι τε συγνοὶ ἐς
 τὴν Αἴγυπτον ἀπίκοντο Ἑλλήνων, οἱ μὲν, ὡς οἶκος,
 κατ' ἐμπορίην, οἱ δὲ στρατευόμενοι, οἱ δὲ τινες καὶ
 αὐτῆς τῆς χώρας θεηταί· τῶν ἦν καὶ Συλοσῶν ὁ Αἰά-
 15 κιος, Πολυκράτεος τε ἑὸν ἀδελφεὸς καὶ φεύγων ἐκ Σά-
 μου. (2) Τοῦτον τὸν Συλοσῶντα κατέλαβε εὐτυχίῃ τις
 τοιήδε· λαβὼν χλανίδα καὶ περιβαλλόμενος πυρρὴν
 20 ἄγοράζε ἐν τῇ Μέμφι· ἰδὼν δὲ αὐτὸν Δαρεῖος, δο-
 ρυφόρος τε ἑὸν Καμβύσει καὶ λόγου οὐδενὸς κω με-
 γάλου, ἐπεθύμησε τῆς χλανίδος καὶ αὐτὴν προσελθὼν
 ὤνεετο. (3) Ὁ δὲ Συλοσῶν ὁρῶν τὸν Δαρεῖον μεγά-
 25 λως ἐπιθυμῶντα τῆς χλανίδος, θεῇ τύχῃ χρεώμενος,
 λέγει, « ἐγὼ ταύτην πωλέω μὲν οὐδενὸς χρήματος,
 δίδωμι δὲ ἄλλως, εἰ περ οὕτω δεῖ γενέσθαι. » Πάν-
 30 τως τοι αἰνέσας ταῦτα ὁ Δαρεῖος παραλαμβάνει τὸ
 εἶμα.

CXL. Ὁ μὲν δὲ Συλοσῶν ἡπίστατό οἱ τοῦτο ἀπο-
 25 λωλέαι δι' εὐθιήν· ὡς δὲ τοῦ χρόνου προβαίνοντος
 Καμβύσης τε ἀπέθανε καὶ τῷ μάγῳ ἐπανεστήσαν οἱ
 ἑπτὰ καὶ ἐκ τῶν ἑπτὰ Δαρεῖος τὴν βασιλῆην ἔσχε,
 πυθάνεται ὁ Συλοσῶν ὡς ἡ βασιλῆήν περιελύθοι ἐς
 τοῦτον τὸν ἄνδρα τῷ κοτὲ αὐτὸς ἔδωκε ἐν Αἴγυπτῳ
 30 δεθέντι τὸ εἶμα. (2) Ἀναβὰς δὲ ἐς τὰ Σοῦσα ἔτετο ἐς
 τὰ πρόθυρα· τῶν βασιλέος οἰκίων καὶ ἔφη Δαρεῖου
 εὐεργέτης εἶναι. Ἀγγέλλει ταῦτα ἀκούσας ὁ πυλουργὸς
 τῷ βασιλεῖ· ὁ δὲ θομάσας λέγει πρὸς αὐτὸν, « καὶ τίς
 ἐστὶ Ἑλλήνων εὐεργέτης, τῷ ἐγὼ προαιδεύμαι νεωστὶ
 35 μὲν τὴν ἀρχὴν ἔχων, ἀναβέβηκε δ' ἡ τις ἡ οὐδεὶς κω
 παρ' ἡμέας αὐτῶν, ἔχω δὲ χρέος εἶπαι οὐδὲν ἀνδρὸς
 Ἑλλήνος. Ὅμως δὲ αὐτὸν παράγετε ἔσω, ἵνα εἰδῶ
 τί θέλων λέγει ταῦτα. » (3) Παρήγε ὁ πυλουργὸς τὸν
 Συλοσῶντα, στάντα δὲ ἐς μέσον εἰρώτευν οἱ ἐρμηνέες
 40 τίς τε εἶη καὶ τί ποιήσας εὐεργέτης φησὶ εἶναι βασι-
 λέος. Εἶπε ὢν ὁ Συλοσῶν πάντα τὰ περὶ τὴν χλα-
 νίδα γενομένα, καὶ ὡς αὐτὸς εἶη ἐκεῖνος ὁ δούς. (4)
 Ἀμείβεται πρὸς ταῦτα Δαρεῖος, « ὦ γενναϊότατε ἀνδρῶν,
 σὺ ἐκεῖνος εἶ δὲ ἐμοὶ οὐδεμίαν ἔχοντί κω δύναμιν ἔδω-
 45 κας, εἰ καὶ σμικρὰ, ἀλλ' ὢν ἴση γε ἡ χάρις ὁμοίως ὡς
 εἰ νῦν κοθέν τι μέγα λάθοιμι. Ἄντ' ὢν τοι χρυσὸν καὶ
 ἄργυρον ἄπλετον δίδωμι, ὡς μὴ κοτὲ τοι μεταμελήσῃ
 Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπεος εὖ ποιήσαντι. » (5) Λέγει
 πρὸς ταῦτα ὁ Συλοσῶν, « ἐμοὶ μήτε χρυσὸν, ὦ βασιλεῦ,
 50 μήτε ἄργυρον δίδου, ἀλλ' ἀνασώσασμένους μοι τὴν πα-
 τρίδα Σάμον, τὴν νῦν ἀδελφεοῦ τοῦ ἐμοῦ Πολυκράτεος
 ἀποθανόντος ἵπ' Ὀροίτῳ ἔχει δοῦλος ἡμέτερος, ταύ-
 την μοι δὸς ἀνευ τε φόνου καὶ ἐκπυδραποδίσιοις. »

CXLI. Ταῦτα ἀκούσας Δαρεῖος ἀπέστειλε στρατιῇν

adhibendam parum validi erant. (4) Ita igitur hæc res gestæ sunt : hique primi fuere Persæ, qui ex Asia in Græciam venerunt, et talem ob causam speculatum erant missi.

CXXXIX. Post hæc Samum cepit rex Darius : estque hæc prima ex urbibus vel Græcorum vel barbarorum, quæ sub illius imperio vi capta est. Capta est autem tali ex causa. Quo tempore Cambyses expeditionem in Ægyptum suscepit, frequentes Græci in Ægyptum venerant ; alii, ut consentaneum est, negotiandi causa, alii militandi, alii solummodo spectandæ gratiæ regionis. Horum in numero Syloson erat, Æacis filius, frater Polycratis, Samo exsulans. (2) Huic Sylosonti, talis quædam oblata fortuna est : sumpto rutilo pallio, hoc circumdatus obambula-
 bat Memphi in foro : quem ubi conspexit Darius, qui satelles tunc erat Cambysis, nec ullo dum nomine clare ; cupidine pallii captus, adit Sylosontem, illud mercaturus. (3) Syloson, vehementer cupidini amulici videns Darium, divino quodam instinctu ait : « Equidem hoc pallium nullo vendo pretio : do tibi vero gratis, si omnino ita tuum illud fieri cupis. » Quo laudato responso, accipit pallium Darius.

CXL. Jamque existimabat Syloson, se propter nimiam animi bonitatem amiculum hoc perdidisse. Interjecto vero tempore, postquam mortuo Cambyse adversus Magum conjuraverant septemviri, et ex septemvirorum numero Darius regnum obtinuerat ; rescivit Syloson, in manus ejusdem viri transiisse regnum, cui olim ipse in Ægypto amiculum, quod ille petiisset, dedisset dono. (2) Itaque Susa ascendit, sedensque in vestibulo adium regiarium, ait, se de Dario bene meruisse. Id ubi audivit portæ custos, renunciavit regi ; et ille miratus, ait ad eum : « Quis tandem Græcus est, qui bene de me meruerit, cui ego gratiam debeam, qui nuper modo regnum obtinuit ? Vix unus aut nullus adhuc ex illa gente ad me adscendit : neque quidquam dicere possum quod Græco cuiquam homini debeam. Verumtamen producite eum intro, ut sciam quid sibi velit homo, quod istud dicat. » (3) Introducit janitor Sylosontem ; stantemque in medio interrogant interpretes, quis sit, et quo facto bene se de Rege meruisse dicat. Exponit igitur ille rem omnem ad amiculum spectantem ; adfirmatque se illum esse qui ei illud dono dederit. (4) Tum rex, « O liberalissime hominum, ait, tu ergo ille es, qui mihi nullam dum potestatem habenti donum dedisti ! quod etsi exiguum, tamen prorsus æquale est beneficium, ac si nunc magnum quidpiam alicunde accipiam. Pro quo tibi ego ingens auri argentique pondus reddo, ne umquam te pœniteat, Dario Hystaspis filio beneficium contulisse. » (2) Ad hæc Syloson : « Nec auro me, rex, nec argento dona : sed patriam meam Samum serva, mihi quique redde ; quam nunc, postquam frater meus Polycrates ab Oræte interfectus est, temet servus noster. Hanc mihi da, a cædibus et servitute liberatam. »

CXLI. His auditis, Darius exercitum misit ducemque

τε καὶ στρατηγὸν Ὀτάνεα ἀνδρῶν τῶν ἐπὶ τὰ γενόμενον, ἐντειλάμενος, ὅσων ἐδεῖτο δὲ Συλοσῶν, ταῦτα οἱ ποιεῖν ἐπιτέλεα. Καταβάς δ' ἐπὶ τὴν θάλασσαν δ' Ὀτάνης ἔστειλλε τὴν στρατιήν.

5 CXLII. Τῆς δὲ Σάμου Μαϊάνδριος ὁ Μαϊανδρίου εἶχε τὸ κράτος, ἐπιτροπαίνην παρὰ Πολυκράτεος λαβὼν τὴν ἀρχήν· τῷ δικαιοτάτῳ ἀνδρῶν βουλομένῳ γενέσθαι οὐκ ἐξεγένετο. Ἐπειδὴ γάρ οἱ ἐξηγγέθη ὁ Πολυκράτεος θάνατος, ἐποίησε τοιάδε. (2) Πρῶτα μὲν 10 Διὸς ἑλευθερίου βωμὸν ἰδρύσατο, καὶ τέμενος περὶ αὐτὸν οὖρισε τοῦτο τὸ νῦν ἐν τῷ προαστείῳ ἐστὶ· μετὰ δέ, ὡς οἱ ἐπεποιήτο, ἐκκλησίην συναγείρας πάντων τῶν ἀστέων ἐλεξε τάδε, «ἐμοί, ὡς ἴστε καὶ ἡμεῖς, σκῆπτρον καὶ δύναμις πᾶσα ἡ Πολυκράτεος ἐπιτέτραπται, καὶ 15 μοι παρέχει νῦν ὑμέων ἀρχεῖν. (3) Ἐγὼ δὲ τὰ τῷ θεῷ ἐπιπλήσω, αὐτὸς κατὰ δύναμιν οὐ ποιήσω· οὔτε γάρ μοι Πολυκράτης ἤρεσκε δεσπόζων ἀνδρῶν ὁμοίων ἐωυτῷ, οὔτε ἄλλος ὅστις τοιαῦτα ποιεῖ. Πολυκράτης μὲν νῦν ἐξέπλησε μοῖραν τὴν ἐωυτοῦ, ἐγὼ δὲ 20 εἰς μέσον τὴν ἀρχὴν τίθεις ἰσονομίην ὑμῖν προγορεύω. (4) Τοσάδε μέντοι δικαῖα γέρεα ἐμωυτοῦ γενέσθαι, ἐκ μὲν γε τῶν Πολυκράτεος χρημάτων ἐξαίρετα ἐξ τάλαντά μοι γενέσθαι, ἱρῶσύνην δὲ πρὸς τοῦτοισι αἰρεῦμαι αὐτῷ τέ μοι καὶ τοῖσι ἀπ' ἐμεῦ αἰεὶ γινόμενοις τοῦ Διὸς τοῦ 25 ἑλευθερίου, τῷ αὐτὸς τε ἱρὸν ἰδρυσάμην καὶ τὴν ἑλευθερίην ὑμῖν περιτίθηναι. » (5) Ὁ μὲν δὲ ταῦτα τοῖσι Σαμίοις ἐπηγγέλλετο· τῶν δὲ τισὲς ἐξαναστάς εἶπε, « ἄλλ' οὐδ' ἄξιός ἐστις σύ γε ἡμέων ἀρχεῖν, γεγονώς τε κακῶς καὶ ἐὼν δειθερός· ἀλλὰ μάλλον ἔκως λόγον δώσεις τῶν 30 μετεχείρισας χρημάτων. »

CXLIII. Ταῦτα εἶπε ἐὼν ἐν τοῖσι ἀστοῖσι δόκιμος, τῷ οὐνόμα ἦν Τελέσαρχος. Μαϊάνδριος δὲ νόῳ λαβὼν ὡς εἰ μετῆσει τὴν ἀρχήν, ἄλλος τις αὐτ' αὐτοῦ τύραννος καταστήσεται, οὐδ' ἔτι ἐν νόῳ εἶχε μετιέναι αὐτήν, 35 ἀλλ' ὡς ἀνεχώρησε εἰς τὴν ἀκρόπολιν, μεταπεμπόμενος ἕνα ἕκαστον ὡς δὴ λόγον τῶν χρημάτων δώσω, συνέλαθέ σφεας καὶ κατέδρασε. (2) Οἱ μὲν δὲ ἐδεδέατο, Μαϊάνδριον δὲ μετὰ ταῦτα κατέλαθε νόσος. Ἐλπίζων δὲ μιν ἀποθανέσθαι ὁ ἀδελφεός, τῷ οὐνόμα ἦν Λυκά- 40 ρητος, ἵνα εὐπετεστέρως κατάσχη τὰ ἐν τῇ Σάμῳ πρήγματα, κατακτείνει τοὺς δεσμώτας πάντας· οὐ γὰρ δὴ, ὡς οἴκασι, ἐβουλόετο εἶναι ἐλεύθεροι.

CXLIV. Ἐπειδὴ ὦν ἀπίκοντο εἰς τὴν Σάμον οἱ Πέρσαι κατάγοντες Συλοσῶντα, οὐτε τις σφὶ χεῖρας ἀν- 45 ταίρειται, ὑπόσπονδοί τε ἔρασαν εἶναι ἐτόιμοι οἱ τοῦ Μαϊανδρίου στασιῶται καὶ αὐτὸς Μαϊάνδριος ἐχωρήσας ἐκ τῆς νήσου. Καταίνεσσαντος δ' ἐπὶ τοῦτοισι Ὀτάνει καὶ σπεισάμενου, τῶν Περσέων οἱ πλείεστοι ἄξιοι θρόνους θέμενοι κατεναντίον τῆς ἀκροπόλεως ἐκάτατο.

60 CXLV. Μαϊανδρίῳ δὲ τῷ τυράννῳ ἦν ἀδελφεός ὑπομαργότερος, τῷ οὐνόμα ἦν Χαρίλαιος. Οὗτος ἐτιδὲ ἑξαμαρτῶν ἐν γοργύρῃ ἐδέδετο· καὶ δὴ τότε ἐπακούσας τε τὰ πρησόμενα καὶ διακύψας διὰ τῆς γοργύρης, ὡς εἶδε τοὺς Πέρσας εἰρηναίως κατημένους, ἐβόα τε καὶ

Otanen, unum e numero septemviro, cui mandat ut omnia effecta det quae Syloson petisset. Itaque ad mare descendit Otanes, exercitumque contraxit.

CXLII. Sami tunc imperium tenebat Mæandrius, Mæandrii filius, cui cura regni a Polycrate fuerat commissa. Hic, quum voluisset vir esse omnium justissimus, perficere propositum non potuerat. Postquam enim nunciatus ei interitus erat Polycratis, hæcce fecit. (2) Primum, Jovis Liberatoris aram constituit, et templum circa illam designavit, hoc ipsum quod etiam nunc est in suburbio. Dein, hoc perfecto, concione convocata civium omnium, hæc apud eos verba fecit : « Mihi, *u'* etiam noster ipsi, sceptrum Polycratis atque potestas omnis commissa est : nihilque nunc prohibet, quominus regnum in vos capessam. (3) At, quod in aliis ego reprehendo, id quantum in me est, non faciam ipse : nec enim mihi Polycrates placuit, in viros sibi pares dominium exercens ; nec alius quisquam, qui hoc facit. Polycrates igitur nunc fatum suum explevit : ego vero, regnum in medio deponens, juris æquabilitatem vobis pronuncio. (4) Æquum tamen censeo, ut hæcce mihi præmia honoresque tribuantur : ex pecuniis Polycratis præcipua sex talenta : tum sacerdotium mihi meisque in omne tempus posteris postulo Jovis Liberatoris, cui et templum ego dedicavi, et cujus nomine libertatem vobis trado. » (5) Hæc quum a Samiis Mæandrius postulasset, surgens aliquis ait : « At non tu dignus es qui nobis imperes, pravus qui fuisti et pestifer homo ; quin potius pecuniarum, quas administrasti, facito reddas rationem. »

CXLIII. Hæc dixit homo spectatus inter cives, cui erat nomen Telesarchus. Tum vero Mæandrius, secum reputans, si dominatum ipse deponeret, fore ut alius quispiam in ipsius locum tyrannus constitueret, non jam amplius deponere potestatem decrevit : sed, postquam in arcem est reversus, singulos deinceps ad se vocavit, quasi rationem redditurus administratæ pecuniæ ; eosque comprehensos in vincula conjecit. (2) Qui dum ita in custodia servantur, posthæc Mæandrius in morbum incidit. Tunc frater ejus, cui nomen erat Lycaretus, moriturum illum ratus, quo facilius ipse rerum Sami putiretur, viuctos cunctos interfecit. Nec enim, ut videtur, voluerant illi ea conditione quam eis Lycaretus proposuit liberari.

CXLIV. Jam postquam Persæ Samum venerunt, Sylosentem in regnum restitutori, nemo manus contra eos sustulit : sed, qui Mæandrio favebant, atque ipse etiam Mæandrius, professi sunt, paratos se esse data fide excedere insula. Quam conditionem quum probasset Otanes, fidemque dedisset et accepisset ; Persarum nobilissimi, positis sellis, ex adverso arcis residebant.

CXLV. Erat Mæandrio tyranno frater laud satis compos mentis, nomine Charilaus ; qui, quod nescio quid deliquerat, in subterraneo carcere viuctus erat. Hic tunc, postquam quæ gerebantur audivit, et per carceris fenestram prospectans Persas vidit tranquille sedentes, clamavit, dicens

ἔση λέγων Μαιανδρίῳ θέλειν ἔλθεῖν ἐς λόγους. (2) Ἐπακούσας δὲ ὁ Μαιάνδριος λύσαντας αὐτὸν ἐκέλευε ἀγειν παρ' ἐωυτόν. Ὡς δὲ ἄχθη τάχιστα, λοιδοροῦν τε καὶ κακίζων μιν ἀνέπειθε ἐπιθέσθαι τοῖσι Πέρσῃσι, λέγων τοιαῦδε, « ἐμὲ μὲν, ὧ κακίστε ἀνδρῶν, ἔοντα σεωυτοῦ ἀδελφεὸν καὶ ἀδικήσαντα οὐδὲν ἄξιον δεσμοῦ δῆσας γοργύρης ἡξίωσας » (3) δρέων δὲ τοὺς Πέρσας ἐκβάλλοντάς τε σε καὶ ἀνοικον ποιεῦντας οὐ τολμᾶς τί-
 10 σασθαι, οὕτω δὴ τι ἔόντας εὐπετέας χειρωθῆναι; ἀλλ' εἴ τι σύ σφεας καταρρώδησας, ἔμοι δὲς τοὺς ἐπικούρους, καὶ σφεας ἐγὼ τιμωρήσομαι τῆς ἐνθάδε ἀπίξιος· αὐτὸν δὲ σε ἐκπέμψαι ἐκ τῆς νήσου ἐτοίμος εἰμὶ. »

CXLVI. Ταῦτα εἰλεῖ δὲ Χαρίλειος· Μαιάνδριος δὲ ὑπέλαθε τὸν λόγον, ὥς μὲν ἐγὼ δοκέω, οὐκ ἐς τοῦτο
 15 ἀφροσύνης ἀπικόμενος ὡς δόξαι τὴν ἐωυτοῦ δύναμιν περιέσεσθαι τῆς βασιλείας, ἀλλὰ φθονήσας μᾶλλον Συ-
 λωσῶντι, εἰ ἀπονῆντι ἐμελλε ἀπολάμψεσθαι ἀκέραιον τὴν πόλιν. (2) Ἐρεθίσας ὦν τοὺς Πέρσας ἤθελε ὡς ἀσθενέστατα ποιῆσαι τὰ Σάμια πρήγματα καὶ οὕτω
 20 παραδιδόναι, εὖ ἐξεπιστάμενος ὡς παθόντες οἱ Πέρσαι κακῶς προσεμπικρανέσθαι ἐμελλον τοῖσι Σαμίοις, εἰδὼς τε ἐωυτῷ ἀσφαλῆς ἐκδυσιν εἶδυσαν ἐκ τῆς νήσου τότε ἐπεὰν αὐτοὺς βούληται· ἐπεποίητο γάρ οἱ κρυπτῇ διωρυξὶ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως φέρουσα ἐπὶ θάλασσαν. (3)
 25 Αὐτὸς μὲν δὲ ὁ Μαιάνδριος ἐκπλῶει ἐκ τῆς Σάμου· τοὺς δὲ ἐπικούρους πάντας ὁπλίσας ὁ Χαρίλειος, καὶ ἀναπετάσας τὰς πύλας, ἐξῆκε ἐπὶ τοὺς Πέρσας οὕτε προσδεκομένου τοιοῦτο οὐδὲν δοκούντας τε δὴ πάντα συμβεβάναι. (4) Ἐμπεσόντες δὲ οἱ ἐπικουροὶ τῶν
 30 Περσέων τοὺς διφροφορευμένους τε καὶ λόγου πλείστου ἔόντας ἔκτεινον. Καὶ οὗτοι μὲν ταῦτα ἐποίησαν, ἡ δὲ ἄλλη στρατιῇ ἡ Περσικῇ ἐπεβώθει· πιεζόμενοι δὲ οἱ ἐπικουροὶ ὀπίσω κατειλήθησαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν.

CXLVII. Ὅταν δὲ ὁ στρατηγὸς ἰδὼν πάθος μέγα
 35 Πέρσας πεπονθότας, ἐντολάς τε τὰς Δαρεΐδος οἱ ἀπο-
 στέλλων ἐνετέλλετο, μήτε κτείνειν μηδένα Σαμίων μήτε ἀνδραποδίζεσθαι, ἀπαθῆα τε κακῶν ἀποδοῦναι τὴν νῆ-
 40 σον Συλωσῶντι, τούτων μὲν τῶν ἐντολῶν μεμνημένος ἐπελανθάνετο, ὁ δὲ παρηγγεῖλε τῇ στρατιῇ πάντα τὸν
 45 ἂν λάβωσι, καὶ ἀνδρα καὶ παῖδα, ὁμοίως κτείνειν. (2) Ἐνθαῦτα τῆς στρατιῆς οἱ μὲν τὴν ἀκρόπολιν ἐπο-
 λιόρχεον, οἱ δὲ ἔκτεινον πάντα τὸν ἐμποδῶν γινόμενον, ὁμοίως ἐν τε ἱρῷ καὶ ἔξω ἱρῷ.

CXLVIII. Μαιάνδριος δ' ἀποδράς ἐκ τῆς Σάμου
 46 ἐκπλῶει ἐς Λακεδαίμονα· ἀπικόμενος δ' ἐς αὐτήν, καὶ ἀνενεικάμενος τὰ ἔχων ἐξεχώρησε, ἐποίησε τοιαῦδε. Ὅπως ποτήριχ ἀργυρεά τε καὶ χρύσεια προηίτο, οἱ μὲν θεράποντες αὐτοῦ ἐξέσωον αὐτὰ, ὁ δ' ἂν τὸν χρό-
 50 νον τοῦτον τῷ Κλεομένει τῷ Ἀναξανδρίδῃ ἐν λόγοις
 55 ἔων, βασιλεύοντι Σπάρτης, προῆγέ μιν ἐς τὰ οἰκία· ὅπως δὲ ἴδοιτο Κλεομένης τὰ ποτήρια, ἀπεθώμαζε τε καὶ ἐξεπλήσσετο· ὁ δὲ ἂν ἐκέλευε αὐτὸν ἀποφύγεσθαι αὐτῶν ὅσα βούλοιο. (2) Τοῦτο καὶ δις καὶ τρίς εἶπαν-
 60 τος Μαιανδρίου ὁ Κλεομένης δικαιοτάτος ἀνδρῶν γίνε-

velle se in colloquium venire Mæandrio. (2) Quo audito, Mæandrius vinculis eum solvi jussit, ad seque adduci. Et ille, simulatque adductus est, increpans fratrem et ignavum adpellans, persuadere ei conatus est, ut in Persas impetum faceret, his usus verbis : « me vero, inquit, o hominum pessime, tuum fratrem, qui nihil deliqui quod vinculis dignum esset, ad vincula et subterraneum carcerem condemnasti : (3) Persas vero quum videas te ejicientes et in exsilium agentes, non audes poenam ab illis repetere, licet ita facile opprimi possint! Quodsi tu illos perhorrescis, at mihi da auxiliares, et ego ab illis ob terræ nostræ invasionem poenas sumam : teque ipsum paratus sum ex insula deducere. »

CXLVI. Hæc a Charilao dicta probavit Mæandrius; ut mihi quidem videtur, non quod eo stultitiæ venisset, ut existimaret suas copias superiores futuras copiis regis; sed potius invidens Sylosonti, si civitatem salvam et integram nullo labore obtinuisset. (2) Itaque, irritando Persas, voluit res Samiorum quammaxime infirmas reddere, atque ita urbem tradere : bene quippe gnarus, si male acciperentur Persæ, tanto magis eos exasperatum iri adversus Samios; et notum sibi exitum habens, per quem tuto ex insula evadere, simulatque voluisset, posset. effodiendum enim sibi curaverat occultum cuniculum, ex arce ad mare ducentem. (3) Ipse igitur Mæandrius Samo navi egreditur : Charilaus vero auxiliares cunctos armis instructos, apertis portis, adversus Persas educit, nihil tale exspectantes, omniaque convenisse existimantes. (4) Et auxiliares, impetu facto, Persarum eos qui sellis gestabantur et nobilissimi erant, interficiebant. Dum vero hi id faciunt, suppetias interim adcurrunt reliquæ Persarum copię : a quibus repulsi auxiliares, in arce sunt conclusi.

CXLVII. Otanes vero dux, ingentem videns calamitatem, quam passi erant Persæ, neque mandata ignorans, quæ illi Darius, quum eum Samum mitteret, dederat, ne Samiorum quemquam vel occideret vel in servitutem redigeret, sed immunem malorum insulam traderet Sylosonti; mandata ista lubens volens oblitus est, edixitque exercitui, quemcumque nacti essent, sive virum, sive puerum, eum perinde interficerent. (2) Ibi tum militum alii oppugnaverunt arcem, alii vero obvium quemque interfecerunt, nullo discrimine sive sacro in loco, sive in profano.

CXLVIII. Mæandrius, Samo ubi profugerat, Lacedæmonem navigavit. Quo postquam pervenit, resque, quas secum advexerat, in hospitium transferendas curavit, hocce instituit facere. Pocula subinde exponebat argentea et aurea, eaque extergebant famuli : et ille per idem tempus cum Cleomene, Anaxandridæ filio, rege Spartanorum, sermones miscens, secum in hospitium illum ducebat; ubi quum pocula videns Cleomenes admiratione stuperet, ille eum jubebat ex his secum auferre quæcumque voluisset. (2) Id quum bis aut ter Mæandrius dixisset, justissimus vir

ται, δς λαβείν μὲν διδόμενα οὐκ ἐδικαίειν, μαθὼν δὲ ὡς ἄλλοισι διδούς τῶν ἀστῶν εὐρήσεται τιμωρίην, βὰς ἐπὶ τοὺς ἐφόρους ἄμεινον εἶναι ἐφ' ἣν Σπάρτη τὸν ζείνον τὸν Σάμιον ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς Πελοποννήσου, ἵνα μὴ ἀναπέσῃ ἢ αὐτὸν ἢ ἄλλον τινὰ Σπαρτιητέων κακὸν γενέσθαι. Οἱ δ' ὑπακούσαντες ἐξεκέρυξαν Μαιάνδριον.

CXLIX. Τὴν δὲ Σάμιον σαγηνεύσαντες οἱ Πέρσαι παρέδωκαν Συλοσῶντι ἐρῆμον ἐούσαν ἀνδρῶν. Ὑστέρῳ μὲντοι χρόνῳ καὶ συγκατοίκισε αὐτὴν ὁ στρατηγὸς Ὅτανός ἐκ τοῦ ὅμιος οἰκείου καὶ νοῦσου ἥ μιν κατέλαβε νοσήσαι τὰ αἰδοία.

CL. Ἐπὶ δὲ Σάμιον στρατεύματος ναυτικοῦ οἰομένου Βαβυλωνιοὶ ἀπέστησαν, κάρτα εὖ παρεσκευασμένοι· ἐν θῶν γὰρ ὁ τε μάγος ἦρχε καὶ οἱ ἐπτά ἐπανεστήσαν, ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῇ παραχῇ ἐς τὴν πολιορκίην παρεσκευάδατο. Καὶ κως ταῦτα ποιεῦντες ἐλάνθανον. (2) Ἐπεῖτε δὲ ἐκ τοῦ ἐμφανέος ἀπέστησαν, ἐποίησαν τοιοῦνδε· τὰς μητέρας ἐξελόντες, γυναῖκα ἑκάστος μίαν προσεξαιρέτο τὴν ἐβούλετο ἐκ τῶν ἐωυτοῦ οἰκίῳν, τὰς δὲ λοιπὰς ἀπάσας συναγαγόντες ἀπέπνιξαν· τὴν δὲ μίαν ἑκάστος σιτοποιοῖν ἐξαιρέτο. Ἀπέπνιξαν δὲ αὐτάς, ἵνα μὴ σφῶν τὸν σίτον ἀναισιμώσωσι.

CLII. Πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Δαρεῖος, καὶ συλλέξας πᾶσαν τὴν ἐωυτοῦ δύναμιν, ἐστρατεύετο ἐπ' αὐτοὺς, ἐπελάσας δὲ ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐπολιόρχεε φροντίζοντας οὐδὲν τῆς πολιορκίης ἀναβαίνοντες γὰρ ἐπὶ τοὺς προμαχέωνας τοῦ τείχεος οἱ Βαβυλωνιοὶ καταρχέοντο καὶ κατέσκηπτον Δαρεῖον καὶ τὴν στρατιὴν αὐτοῦ, καὶ τις αὐτῶν εἶπε τούτῳ τὸ ἔπος, « τί κάτῃσθε ἐνθαῦτα, ὦ Πέρσαι, ἀλλ' οὐκ ἀπαλλάσσεσθε; τότε γὰρ αἰρήσετε ἡμέας, ἐπεὶ ἡμίονοι τέκωσι. » Τοῦτο εἶπε τῶν τις Βαβυλωνίων, οὐδαμὰ ἐλπίζων ἂν ἡμίονον τεκέειν.

CLII. Ἐπτά δὲ μηνῶν καὶ ἐνιαυτοῦ διελθλυθότος ἦδ' ὁ Δαρεῖος τε ἡσχάλλε καὶ ἡ στρατιὴ πᾶσα οὐ δύναται εἶναι τοὺς Βαβυλωνίους. (2) Καίτοι πάντα σοφίσματα καὶ πάσας μηχανὰς ἐπεποιήκες ἐς αὐτοὺς Δαρεῖος· ἀλλ' οὐδ' ὡς ἐδύνατο ἐλέειν σφέας, ἄλλοις τε σοφίσμασι πειρησάμενος, καὶ δὴ καὶ τῷ Κῦρος εἰλέσθαι σφέας, καὶ τούτῳ ἐπειρήθη. Ἀλλὰ γὰρ δεινῶς ἔσαν ἐν φυλακῇ οἱ Βαβυλωνιοὶ, οὐδὲ σφέας οἷός τε ἦν ἐλέειν.

CLIII. Ἐνθαῦτα εἰκοστῇ μηνὶ Ζωπύρῳ τῷ Μεγαβάζου τούτου δς τῶν ἐπτά ἀνδρῶν ἐγένετο τῶν τὸν μάγον κατελόντων, τούτῳ τῷ Μεγαβάζου παιδὶ Ζωπύρῳ ἐγένετο τέρας τόδε· τῶν οἱ σιτοφόρων ἡμιόνων μία ἔτεκε. (2) Ὡς δὲ οἱ ἐξηγγέλθη καὶ ὑπ' ἀπιστίας αὐτὸς ὁ Ζωπύρος εἶδε τὸ βρέφος, ἀπείπας τοῖσι δούλοις μηδὲν φράζειν τὸ γεγονός ἐβούλευετο. (3) Καὶ οἱ πρὸς τὰ τοῦ Βαβυλωνίου ῥήματα, δς κατ' ἀρχὰς ἐφῆσε, ἐπεὶ περ ἡμίονοι τέκωσι, τότε τὸ τεῖχος ἀλώσεσθαι, πρὸς ταύτην τὴν φήμην Ζωπύρος ἐδόκεε εἶναι ἀλώσιμος ἡ Βαβυλών· σὺν γὰρ θεῷ ἐκείνῳ τε εἴπαι καὶ ἐωυτῷ τεκέειν τὴν ἡμίονον.

fuit Cleomenes, qui accipere oblata dedignatus, quum animadverteret, si aliis civium eadem offerret, auxilia eum inventurum, ephoros adiit, dixitque, ex usu esse Spartae, ut Samius hospes Peloponneso egrediat; ne aut se aut alium ex Spartanis corrumpat. Qua re audita, ephori per praconem abire Maandrium iusserunt.

CXLIX. Persae vero Samum, veluti verriculo captam, hominibusque nudatam, Sylosonti tradiderunt. Insequente vero tempore dux Otanes eandem incolis rursus frequentavit, viso nocturno monitus, et morbo laborans, quo pudenda ejus erant adfecta.

CXXVI. Ita quum tempus extraheretur, neque finis ullus adpareret, Darius, misso ad Idanthyrsum Scytharum regem equite, hæc ei dixit : « Male feriate homo, cur fugis semper, quum tibi liceat duorum utrum libuerit facere ? quod si enim satis virium tibi videris habere ad resistendum meis rebus, siste gradum, et desinens vagari pugnam committe : sin tibi conscius es esse inferior, etiam sic vagari desine ; et domino tuo dona ferens terram et aquam, in colloquium veni. »

CXXVII. Ad hæc Scytharum rex Idanthyrsus hæc respondit : « Ita mihi res habet, Persa : equidem nulum umquam hominem metuens fugi, neque ante hoc tempus, nec nunc te fugio. Neque nunc novum quidpiam

ἥ καὶ ἐν εἰρήνῃ ἐώθεα ποιεῖν. (2) Ὅ τι δὲ οὐκ αὐτίκα μάχονται τοι, ἐγὼ καὶ τοῦτο σημανέω ἡμῖν οὔτε ἄσπετα οὔτε γῇ περυτευμένη ἐστὶ, τῶν πέρι δέισαντες μὴ ἄλλῃ ἢ καρῇ ταχύτερον συμμίσσοιμεν ἂν ἐς μάχην ὕμῖν. Εἰ δὲ δέοι πάντως ἐς τοῦτο κατὰ τάχος ἀπικνέσθαι, τυγχάνουσι ἡμῖν ἔόντες τάφοι πατρώϊοι. (3) Φέρετε, τούτους ἀνευρόντες συγγέειν πειρᾶσθε αὐτοὺς, καὶ γνώσεσθε τότε εἴτε ὕμῖν μαχεσόμεθα περὶ τῶν τάφων εἴτε καὶ οὐ μαχεσόμεθα. Πρώτερον δὲ, ἢ μὴ 10 ἡμέας λόγος αἰρήνῃ, οὐ συμμίζομέν τοι. (4) Ἄμφι μὲν μάχῃ τοσαῦτα εἰρήσῃ, δεσπότης δὲ ἐμὸς ἐγὼ Δία τε νομίζω τὸν ἐμὸν πρόγονον καὶ Ἰστίην τὴν Σκυθέων βασιλείαν μούσους εἶναι. Σοὶ δὲ ἀντὶ μὲν δώρων γῆς τε καὶ ὕδατος δῶρα πέμψω τοιαῦτα ὅα σοι πρέπει 15 εἶδέν, ἀντὶ δὲ τοῦ ὅτι δεσπότης ἐφῆσας εἶναι ἐμὸς, κλαίειν λέγω. » Τοῦτό ἐστι ἡ ἀπὸ Σκυθέων ῥῆσις. Ὁ μὲν δὲ κῆρυξ οἰχώκεε ἀγγελέων ταῦτα Δαρείῳ.

CXXVIII. Οἱ δὲ Σκυθέων βασιλεῖς ἀκούσαντες τῆς δουλοσύνης τὸ οὐνομα ὀργῆς ἐπλήσθησαν. Τὴν μὲν 20 δὲ μετὰ Σαυροματέων μοῖραν ταχθεῖσαν, τῆς ἤρχε Σκώπασις, πέμπουσι Ἰωσι κελεύοντες ἐς λόγους ἀπικέσθαι, τοῦτοισι οἱ τὸν Ἰστρον ἐξευγμένον ἐφρούρεον αὐτῶν δὲ τοῖσι ὑπολειπομένοισι ἔδοξε πλανᾶν μὲν μηκέτι Πέρσας, σῖτα δὲ ἐκαστοτε ἀναιρεομένοισι ἐπιτί- 25 θεσθαι. (2) Νομούντες ὧν σῖτα ἀναιρεομένους τοὺς Δαρείου ἐποίουν τὰ βεβουλευμένα. Ἡ μὲν δὲ ἵππος τὴν ἵππον αἰεὶ τράπεσκε ἡ τῶν Σκυθέων, οἱ δὲ τῶν Περσέων ἵπποταὶ φεύγοντες ἐσέπιπτον ἐς τὸν πεζόν, ὃ δὲ πεζὸς ἂν ἐπεκούρει· (3) οἱ δὲ Σκύθαι ἐσαράζαντες 30 τὴν ἵππον ὑπέστρεφον, τὸν πεζὸν φοβεόμενοι. Ἐποιεῦντο δὲ καὶ τὰς νύκτας παραπλησίως προσβολὰς οἱ Σκύθαι.

CXXIX. Τὸ δὲ τοῖσι Πέρσησι τε ἦν σύμμαχον καὶ τοῖσι Σκύθῃσι ἀντίζον ἐπιτιθεμένοισι τῷ Δαρείῳ 35 στρατοπέδῳ, θῶμα μέγιστον ἐρέω, τῶν τε θῶν ἡ φωνὴ καὶ τῶν ἡμιόνων τὸ εἶδος. (2) Οὕτε γὰρ θῶν οὔτε ἡμιόνον γῇ ἡ Σκυθικὴ φέρει, ὥς καὶ πρότερόν μοι δεδῆλωται· οὐδὲ ἐστὶ ἐν τῇ Σκυθικῇ πάσῃ χώρῃ τὸ παράπαν οὔτε θῶς οὔτε ἡμιόνος διὰ τὰ ψύχρα. (3) Ὑβρί- 40 ζοντες ὧν οἱ θῶοι ἐτάρασσον τὴν ἵππον τῶν Σκυθέων. Πολλάκις δὲ ἐπελαυνόντων ἐπὶ τοὺς Πέρσας μεταξὺ ὅκως ἀκούσειαν οἱ ἵπποι τῶν θῶν τῆς φωνῆς, ἐταράσσοντό τε ὑποστρεφόμενοι καὶ ἐν θῷματι ἔσχον, ὀρθὰ ἰστάντες τὰ ὦτα, ἅτε οὔτε ἀκούσαντες πρότερον φωνῆς τοιαύτης 45 οὔτε ἰδόντες τὸ εἶδος. Ταῦτα μὲν νυν ἐπὶ σμικρὸν τι ἐφέροντο τοῦ πολέμου.

CXXX. Οἱ δὲ Σκύθαι ὅκως τοὺς Πέρσας ἴδοιεν τεθορυβημένους, ἵνα παραμείναιεν τε ἐπὶ πλεῶν χρόνον ἐν τῇ Σκυθικῇ καὶ παραμένοντες ἀνώγατο τῶν πάντων 50 ἐπιδόεις ἔόντες, ἐποίουν τοιαῦτα. (2) Ὅπως τῶν προβάτων τῶν σφετέρων αὐτῶν καταλίποιν μετὰ τῶν νομέων, αὐτοὶ ἂν ὑπεξήλαυνον ἐς ἄλλον χώρον· οἱ δὲ ἂν Πέρσαι ἐπελθόντες λάβουσιν τὰ πρόβατα, καὶ λαβόντες ἐπήρουν ἂν τῷ πεποιτημένῳ.

facio, aut aliud, quam quod in pace facere adsuevi. (2) Quid sit vero quod non continuo pugnam tecum committam, id quoque tibi declarabo. Neque oppida sunt nobis, nec culta arva, quibus metuentes ne capiantur aut vastentur, properemus pugnam vobiscum conserere. Sin cupis quamprimum eo venire; sunt nobis patria sepulcra: (3) agite, hæc indagate, et reperta disturbare tentate; tunc cognoscetis, utrum pro sepulcris pugnaturi simus vobiscum, an non pugnaturi. Prius vero, quam nobis ratio suaserit, pugnam tecum non conseremus. (4) Et hæc quidem de pugna dicta sunt. Dominos autem meos solos duco esse Jovem, meum progenitorem, et Vestam, Scytharum reginam. Tibi autem, loco terræ et aquæ quæ tu dona postulas, ea dona mittam quæ ad te mitti decet: pro eo vero, quod dominum te meum esse dixisti, in malam rem te jubeo abire. » (Hoc est, quod vulgo dicunt, Scythicum dictum.) Istud igitur responsum præco ad Darium retulit.

CXXVIII. Reges vero Scytharum, audito servitutis nomine, iram non tenuere. Igitur illud suorum agmen, cui juncti Sauromatæ erant, quod sub Scopasis erat imperio, ad Istrum mittunt, dato mandato ut Ionibus colloquium veniant, illis qui pontem in Istro positum custodiebant. Eis vero qui relinquebantur placuit, non amplius circumducere Persas; sed, quoties cibum caperent, de improvviso in eos impetum facere. (2) Observantes igitur illos cibum capientes, quæ decreverant, exsequebantur. Et equitatum quidem constanter in fugam vertebat Scytharum equitatus; et Persarum equites fuga in pedites incidebant. Tum vero suppetias veniebat peditatus: (3) et Scythæ, postquam equites hostium in pedites rejecerant, recedebant, peditatum metuentes. Similes vero impressiones noctu etiam Scythæ faciebant.

CXXIX. Erat tunc Persis utilis, Scythis vero inimica, Darii castra adgredientibus, res dictu mira admodum; nimirum vox asinorum, et mulorum species. (2) Etenim nec asinum nec mulum fert Scythica terra, quemamodum supra etiam demonstratum a me est: neque est omnino in universa Scythica regione aut asinus aut mulus, propter frigora. (3) Igitur lascivientes asini terribant equitatum Scytharum: sæpeque, dum in Persas impetum faciebant Scythæ, equi audientes interim vocem asinorum, consternati avertiebantur, et mirabundi erigebant aures, ut qui numquam antea vel vocem talem audivissent, vel speciem vidissent. Atque hoc, leve quidem, sed aliquid tamen ad belli successum Persæ adepti sunt.

CXXX. Scythæ quum subinde magnos motus fieri in castris Persarum [veluti reditum parantium] observarent; quo illi diutius in Scythia manerent, ibique manentes penuria rerum omnium premerentur, hocce fecerunt. (2) De pecoribus suis identidem nonnulla cum pastoribus relinquebant, et ipsi se retro in alium locum paulisper recipiebant. Tum Persæ, impetu facto, capiebant pecora, et præda facta exsultabant.

CXXXI. Πολλάκις δὲ τοιούτου γινομένου, τέλος Δαρείος τε ἐν ἀπορίῃσι εἶχετο, καὶ οἱ Σκυθῶν βασιλεῖς μαθόντες τοῦτο ἐπεμπον κήρυκα δῶρα Δαρείῳ φέροντα ὀρνιθά τε καὶ μῦν καὶ βάθρακον καὶ οἷστους πέντε. (2) Πέρσαι δὲ τὸν φέροντα τὰ δῶρα ἐπειρώτεον τὸν νόον τῶν διδομένων· ὁ δὲ οὐδὲν ἐφη οἱ ἐπεστάλθαι ἄλλο ἢ δόντα τὴν ταχίστην ἀπαλλάσσεσθαι· αὐτοὺς δὲ τοὺς Πέρσας ἐκέλευε, εἰ σοφοὶ εἴσι, γνῶναι τὸ ἐθέλει τὰ δῶρα λέγειν. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Πέρσαι ἐβουλεύοντο.

10 CXXXII. Δαρείου μὲν νυν ἡ γνώμη ἦν Σκυθὰς ἐσωτῆρ διδόναι σφέας τε αὐτοὺς καὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ, εἰκάζων τῆδε, ὥς μῦς μὲν ἐν γῇ γίνεται καρπὸν τὸν αὐτὸν ἀνθρώπων σιτεύμενος, βάθρακος δὲ ἐν ὕδατι, ὄρνις δὲ μάλιστα οἶκε ἵππῳ, τοὺς δὲ οἷστους ὡς τὴν ἐσωτῆρ 15 ἄλκην παραδιδοῦσι. (2) Αὕτη μὲν Δαρείῳ ἡ γνώμη ἀπεδέδεκτο, συνεστήκει δὲ ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἡ Γωδρύεω, τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐπτά ἐνός τῶν τὸν μάγον κατελόντων, εἰκάζοντος τὰ δῶρα λέγειν· « ἦν μὴ ὀρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε ἐς τὸν οὐρανόν, ὦ Πέρσαι, ἡ μύες γενομέ- 20 νοι κατὰ τῆς γῆς καταδύητε, ἡ βάθρακοι γενόμενοι ἐς τὰς λίμνας ἐσπιθήσητε, οὐκ ἀπονοστήσετε ὀπίσω ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων βαλλόμενοι. »

CXXXIII. Πέρσαι μὲν δὴ οὕτω τὰ δῶρα εἶχαζον· ἡ δὲ Σκυθῶν μία μοῖρα ἡ ταχέϊσα πρότερον μὲν παρὰ 25 τὴν Μαιῆτιν λίμνην φρουρεῖν, τότε δὲ ἐπὶ τὸν Ἰστρον Ἰωσι ἐς λόγους ἔλθειν, ὡς ἀπίκετο ἐπὶ τὴν γέφυραν, ἔλεγε τάδε, « ἄνδρες Ἰωνες, ἐλευθερίην ὑμῖν ἤκομεν φέροντες, ἦν πέρ γε ἐθέλητε ἰσακούειν. (2) Πυνθανό- μεθα γὰρ Δαρείῳ ἐντέλλασθαι ὑμῖν ἐξήκοντα ἡμέρας 30 μούνας φρουρήσαντας τὴν γέφυραν, αὐτοῦ μὴ παραγε- νομένου ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἀπαλλάσσεσθαι ἐς τὴν ὑμετέστην. (3) Νῦν ὦν ὑμεῖς τάδε ποιῦντες ἐκτὸς μὲν ἔσεσθε πρὸς ἐκείνου αἰτίας, ἐκτὸς δὲ πρὸς ἡμέων τὰς προκειμένας ἡμέρας παραμεινάντες τὸ ἀπὸ τούτου ἀπαλ- 35 λάσσεσθε. » Οὗτοι μὲν νυν ὑποδεξαμένων Ἰώνων ποιή- σιν ταῦτα ὀπίσω τὴν ταχίστην ἠπειγόντο.

CXXXIV. Πέρσῃσι δὲ μετὰ τὰ δῶρα τὰ ἐλθόντα Δαρείῳ ἀντετάχθησαν οἱ ὑπολειφθέντες Σκυθαὶ πε- 40 ζῶ καὶ ἵπποισι ὡς συμβαλέοντες. Τεταγμένοιισι δὲ τοῖσι Σκυθῇσι λαγὸς ἐς τὸ μέσον διήϊξε. τῶν δὲ ὡς ἑκα- στοὶ ὥρεον τὸν λαγὸν ἐδίωκον. (2) Ταραχθέντων δὲ τῶν Σκυθῶν καὶ βοῇ χρεωμένων, εἶρετο ὁ Δαρείος τῶν ἀντιπολέμων τὸν θόρυβον πυθόμενος δὲ σφεας τὸν λα- γὸν διώκοντας, εἶπε ἄρα πρὸς τοὺς περ ἐώθεε καὶ τὰ 45 ἄλλα λέγειν, « οὗτοι ὧν ὄρνιθες πολλὸν καταφρο- νέουσι, καὶ μοι νῦν φαίνεται Γωδρύης εἶπαι περὶ τῶν Σκυθῶν δώρων ὀρθῶς. (3) Ὡς ὦν οὕτω ἤδη δοκόν- των καὶ αὐτῷ μοι εἶχειν, βουλῆς ἀγαθῆς δεῖ, ὅπως ἀσφα- λέως ἡ κομιδὴ ἡμῖν ἔσται τὸ ὀπίσω. » Πρὸς ταῦτα 50 Γωδρύης εἶπε, « ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ σχεδὸν μὲν καὶ λόγῳ ἠπιστάμην τούτων τῶν ἀνδρῶν τὴν ἀπορίην, ἐλθὼν δὲ μάλλον ἐξέμαθον, ὁρέων αὐτοὺς ἐμπαίζοντας ἡμῖν. (4) Νῦν ὦν μοι δοκεῖ, ἐπεὶ ἀντάχιστα νῦν ἐπέλθῃ, ἐκχαύ- σαντας τὰ πυρὰ ὡς καὶ ἄλλοτε ἐώθαμεν ποιέειν, τῶν

CXXXI. Id quum saepius fieret, ad extremum Darius, quid consilii caperet, incertus hærebat. Quod ubi animad- verterunt Scytharum reges, præconem ad eum miserunt dona ferentem, avem et murem et ranam et quinque sagit- tas. (2) Hæc adferentem dona interrogarunt Persæ, quæ- nam esset mens datorum; et ille respondit, nihil aliud sibi mandatum fuisse, nisi ut his datis quamprimum abi- ret: ipsos autem Persas, si sapientes essent, cognoscere jussit, quidnam ista dona significarent. Quo audito re- sponso, consultabant inter se Persæ.

CXXXII. Et Darii quidem sententia erat, Scythas sese et terram et aquam ipsi tradere: id quod inde colligebat, quod mus in terra viveret, eodem fructu atque homo ve- scens, rana vero in aqua viveret, avis autem similis ad- modum esset æquo; denique tela illos tradere, tamquam suam fortitudinem. (2) Hanc Darius sententiam dixerat. Cui opposita erat Gobryæ sententia, unius e septem viris qui Magum oppresserant. Is conjectabat, dona illa hæc significare: « Nisi aves facti, o Persæ, in cælum evolaveritis, aut in mures conversi subeat is terram, aut ut ranæ in pa- ludes insilieritis, salvi hinc non revertemini, hisce sagittis confixi. »

CXXXIII. In hunc igitur modum dona illa Persæ inter- pretabantur. Interim una illa Scytharum pars, cui antea mandatum fuerat, ut ad Mæotidem paludem custodiam agerent, tum vero, ut Ionibus ad Istrum in colloquium venirent, ubi ad pontem pervenere, hæc ad eos verba fecerunt: « Viri Iones, venimus libertatem vobis adferentes, si quidem audire nos volueritis. (2) Cognovimus enim, mandasse vobis Darium, nonnisi sexaginta dies custodire pontem, hisque elapsis, si intra id tempus ille non adfue- rit, in patriam vestram abire. (3) Nunc igitur, si hoc quod vobis edicimus feceritis, extra culpam et apud illum eritis, et apud nos: ad constitutum diem manete, eoque elapso discedite. » Hæc quum se facturos Iones essent pol- liciti, ocyus illi retro se proripuerunt.

CXXXIV. Reliqui Scythæ, postquam dona, quæ dixi- mus, ad Darium miserant, instructis peditibus equitibusque in aciem sunt progressi, tamquam prælium commissuri. Quibus jam in acie stantibus, quum forte lepus in medium prosiluisset, ut quisque leporem conspexit, ita eum perse- qui cæpit. (2) Turbatis itaque illorum ordinibus, et orto clamore, causam Darius quæsit, hujus tumultus, qui apud hostes ortus esset. Quos ubi comperit leporem per- sequi, dixit ad hos cum quibus et alias communicare ser- mones censeverat: « Nimium nos hi viri contemnunt: ac mihi nunc plane videtur, de Scythicis donis recte Gobryas judicasse. (3) Quoniam igitur me quoque iudice hæc ita se habent, bono consilio opus est, quo tutus nobis hinc sit receptus. » Ad hæc Gobryas: « Rex, inquit, mihi quidem sa- tis etiam auditu cognita erat horum hominum paupertas: nunc vero, postquam in eorum terram adveni, magis etiam cognovi, videns quo pacto nos ludibrio habeant. (4) Ita- que mihi sic faciendum videtur: quamprimum nov aderit,

στρατιωτῶν τοὺς ἀσθενεστάτους εἰς τὰς ταλαιπωρίας ἐξαπατήσαντας καὶ τοὺς ὄνους πάντας καταδήσαντας ἀπαλλάσσεσθαι, πρὶν ἢ καὶ ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἰθῦσαι Σκύθας λύσαντας τὴν γέφυραν, ἡ καὶ τι Ἰωσι δοῖται τὸ ἡμέας οἷόν τε ἔσται ἐξεργασσάσθαι. Ἡ Γωβρύης μὲν ταῦτα συνεβούλευε.

CXXXV. Μετὰ δὲ νύξ τε ἐγένετο καὶ Δαρεῖος ἐ-
 χράτο τῇ γνώμῃ ταύτῃ· τοὺς μὲν καματηροὺς τῶν ἀν-
 10 δρῶν, καὶ τῶν ἦν ἐλάχιστος ἀπολλυμένων λόγος, καὶ
 τοὺς ὄνους πάντας καταδήσας κατέλιπε αὐτοῦ ταύτῃ ἐν
 τῷ στρατοπέδῳ. (2) Κατέλιπε δὲ τοὺς τε ὄνους καὶ
 τοὺς ἀσθενεῖς τῆς στρατιῆς τῶνδε εἵνεκεν, ἵνα οἱ μὲν
 15 νοιοῖ βοὴν παρέχωνται· οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀσθενεῖς μὲν
 εἵνεκεν κατελείποντο, προφάσιος δὲ τῆσδε δηλαδὴ, ὥς
 αὐτὸς μὲν σὺν τῷ καθαρῷ τοῦ στρατοῦ ἐπιθήσασθαι
 μέλλοι τοῖσι Σκύθῃσι, οὗτοι δὲ τὸ στρατόπεδον τοῦτον
 τὸν χρόνον βροίατο. (3) Ταῦτα τοῖσι ὑπολειπομένοισι
 20 ὑποθέμενος ὁ Δαρεῖος καὶ πυρὰ ἐκκαύσας τὴν ταχίστην
 ἡπείγετο ἐπὶ τὸν Ἴστρον. Οἱ δὲ νοὶ ἐρημωθέντες τοῦ
 ὁμίλου οὕτω μὲν δὴ μᾶλλον πολλῷ ἴσαν τῆς φωνῆς·
 ἀκούσαντες δὲ οἱ Σκύθαι τῶν ὄνων πάγχυ κατὰ χώραν
 ἤπιζον τοὺς Πέρσας εἶναι.

CXXXVI. Ἡμέρης δὲ γενομένης γνόντες οἱ ὑπο-
 25 λειφθέντες ὡς προδεδομένοι εἶεν ὑπὸ Δαρείου, χεῖράς
 τε προετείνοντο τοῖσι Σκύθῃσι καὶ ἔλεγον τὰ κατήκοντα·
 οἱ δὲ ὡς ἤκουσαν ταῦτα, τὴν ταχίστην συστραφέντες,
 αἶ τε δύο μοῖραι τῶν Σκυθῶν καὶ ἡ μετὰ Σαυρομα-
 τέων καὶ Βουδῖνοι καὶ Γελωνοὶ, ἐδίωκον τοὺς Πέρσας
 30 ἰθὺ τοῦ Ἴστρου. (2) Ἀτε δὲ τοῦ Περσικοῦ μὲν τοῦ
 πολλοῦ ἐόντος πεζοῦ στρατοῦ, καὶ τὰς ὁδοὺς οὐκ ἐπι-
 σταμένον ὥστε οὐ τετμημένον τῶν ὁδῶν, τοῦ δὲ Σκυ-
 θικοῦ ἱππότεω καὶ τὰ σύντομα τῆς ὁδοῦ ἐπισταμένον,
 ἀμαρπτόντες ἀλλήλων, ἐφθασαν πολλῷ οἱ Σκύθαι τοὺς
 35 Πέρσας ἐπὶ τὴν γέφυραν ἀπικόμενοι. (3) Μαθόντες δὲ
 τοὺς Πέρσας οὕτω ἀπικμένους ἔλεγον πρὸς τοὺς Ἰωνας
 ἐόντας ἐν τῇσι νηυσὶ, « ἄνδρες Ἴωνες, αἶ τε ἡμέραι
 ὑμῖν τοῦ ἀριθμοῦ διοιχέσθαι, καὶ οὐ ποιεῖτε δίκαια ἐτι
 παραμένοντες. (4) Ἄλλ' ἐπεὶ πρότερον δειμαίνοντες
 40 χαίροντες ἐλεύθεροι, θεοῖσί τε καὶ Σκύθῃσι εἰδότες χά-
 ριν. Τὸν δὲ πρότερον ἐόντα ὑμῶν δεσπότην ἡμεῖς
 παραστησόμεθα οὕτω ὥστε ἐπὶ μηδὰ μὲν ἐτι ἀνθρώπους
 αὐτὸν στρατεύσασθαι. »

CXXXVII. Πρὸς ταῦτα οἱ Ἴωνες ἐβουλεύοντο.
 45 Μιλτιάδῳ μὲν τοῦ Ἀθηναίου, στρατηγέοντος καὶ ἡ-
 ρωννεύοντος Χερσονησιτῶν τῶν ἐν Ἑλλησπόντῃ, ἣν
 γνώμην πείθεσθαι Σκύθῃσι καὶ ἐλευθεροῦν Ἰωνίην, Ἰ-
 στιαίου δὲ τοῦ Μιλησίου ἐναντίῃ ταύτῃ, λέγοντος ὡς
 νῦν μὲν διὰ Δαρεῖον ἕκαστος αὐτῶν τυραννεύει πόλιος,
 50 τῆς Δαρείου δὲ δυνάμιος καταϊρεθείσης οὔτε αὐτὸς Μι-
 λησίων οἷός τε εἶσεσθαι ἀρχεῖν οὔτε ἄλλον οὐδένα οὐδα-
 μῶν· βουλήσασθαι γὰρ ἕκαστην τῶν παλίων δημοκρα-
 τέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννεύεσθαι. (2) Ἰστιαίου δὲ
 γνώμην ταύτην ἀποδείκνυμένου αὐτίκα πάντες ἔσαν

incensis ignibus sicut alias facere consuevimus, deceptis
 eis ex militibus qui ad tolerandos labores nimis infirmi
 sunt, et adligatis asinis omnibus, hinc abeundum, prius-
 quam aut Scythæ ad Istrum pergant pontem rescisuri,
 aut Iones etiam consilium aliquod, quod nos perdat, ca-
 piant. » Hæc Gobryas suasit.

CXXXV. Deinde, ut nox adfuit, eo consilio Darius usus
 est. Morbosos ex militibus, et quorum jacturam minimi
 faciebat, asinos item omnes religatos, in castris quo loco
 erant reliquit. (2) Reliquit autem et asinos et infir-
 mos milites hac caussa, ut asini clamorem tollerent : ho-
 mines autem, infirmitatis quidem caussa relinquebantur ;
 sed species nempe prætendebatur, regem cum flore exerci-
 tus de improvviso adgressurum esse Scythas, et hos interim
 debere castra tueri. (3) Hoc postquam iis qui relinque-
 bantur significaverat Darius, incensis ignibus, quamprimum
 ad Istrum redire properavit. Tum vero asini, procul a
 certu cui adsuverant relictī, multo tumultuosiores etiam
 ruditione edebant ; asinos autem audientes Scythæ prorsus
 existimarunt, suo loco mansisse Persas.

CXXXVI. Orta luce, qui relictī erant, proditos se esse
 intelligentes a Dario, manus ad Scythas tendebant, ea quæ
 par erat dicentes. Quibus illi auditis, propere collectis co-
 piis omnibus, et duo illa quæ diximus juncta Scytharum
 agmina, et unum tertium cum Sauromatis, et Budini et
 Geloni, simul omnes persecuti sunt Persas, recla versus
 Istrum directo itinere. (2) At, quum major pars Persici
 exercitus pedestris esset, nec iterum esset peritus, utpote
 viis non tritis, Scythicus autem exercitus esset equestris,
 et compendiorum itineris gnarus ; accidit, ut a se invicem
 aberrarent, et multo prius Scythæ, quam Persæ, ad pon-
 tem pervenirent. (3) Qui ubi cognoverunt, nondum adve-
 nisse Persas, Ionibus, qui in navibus erant, hæc dixere :
 « Viri Iones, dierum numerus vobis præterit : itaque male
 facitis, quod adhuc manetis. (4) At, quoniam huc usque
 metu mansistis, nunc quidem solvite pontem, et ocyus
 abite, recuperata libertate gaudentes, et diis atque Scythis
 habentes gratiam. Cum illo autem, qui adhuc vestier fuit
 dominus, ita nos agemus, ut adversus nullum populum
 posthac arma sit molurus. »

CXXXVII. Super his itaque deliberarunt Iones. Et
 Miltiades quidem Atheniensis, qui dux et tyrannus erat
 Chersonesitarum ad Hellespontum, hæc erat sententia, pa-
 rerent Scythis, et Ioniam liberarent. Cui opposita erat
 Histiaei sententia Milesii, dicentis, nunc quidem unum-
 quemque ipsorum in sua civitate regnare ; Darii vero eversa
 potentia, nec se Mileti, neque alium quemquam ullius ci-
 vitatis imperium porro posse obtinere : fore enim ut quæ-
 que civitas populari uti imperio malit, quam uni parere.
 (2) Hanc sententiam postquam Histiaeus dixit, protinus

τετραμμένοι πρὸς ταύτην τὴν γνώμην, πρότερον τὴν Μιλτιάδῳ αἰρέομενοι.

CXXXVIII. Ἔσαν δὲ οὗτοι οἱ διαφέροντες τε τὴν ψῆφον καὶ ἐόντες λόγου πρὸς βασιλέως, Ἑλλησποντίων 6 μὲν τύραννοι Δάφνης τε Ἀβυδηνὸς καὶ Ἴπποκλος Λαμψακηνὸς καὶ Ἡρόφαντος Παρινὸς καὶ Μητρόδωρος Προκοννήσιος καὶ Ἀρισταγόρης Κυζικηνὸς καὶ Ἀρίστων Βυζάντιος· (2) οὗτοι μὲν οἱ ἐξ Ἑλλησπόντου, ἀπ' Ἰωνίης δὲ Στράττις τε Χῖος καὶ Αἰάκης Σάμιος καὶ 10 Λαοδάμας Φωκαεὺς καὶ Ἰστιαῖος Μιλήσιος, τοῦ τὴν γνώμην ἢ προκειμένη ἐναντίῃ τῇ Μιλτιάδῳ. Αἰολέων δὲ παρὴν λόγιμος μοῦνος Ἀρισταγόρης Κυμαῖος.

CXXXIX. Οὗτοι ὧν ἐπεῖτε τὴν Ἰστιαίου αἰρέοντο γνώμην, ἐδοξέ σφι πρὸς ταύτῃ τάδε ἔργα τε καὶ ἔπεα 16 προσεῖναι, τῆς μὲν γεφύρης λύειν τὰ κατὰ τοὺς Σκύθας ὄντα, λύειν δὲ ὅσον τόξευμα ἐξικνέεται, ἵνα καὶ ποιεῖν τι δοκέωσι ποιεῦντες μὴδὲν καὶ οἱ Σκύθαι μὴ πειρώατο βιώμενοι καὶ βουλόμενοι διαβῆναι τὸν Ἴστρον κατὰ τὴν γέφυραν, εἰπαὶ τε λύοντας τῆς γεφύρης τὸ ἐς 20 τὴν Σκυθικὴν ἔχον ὡς πάντα ποιήσουσι τὰ Σκύθῃσι ἐστὶ ἐν ἡδονῇ. (4) Ταῦτα μὲν προσέθηκαν τῇ γνώμῃ· μετὰ δὲ ἐκ πάντων ὑπεκρίνατο Ἰστιαῖος τάδε λέγων, « ἄνδρες Σκύθαι, χρηστὰ ἤκτε φέροντες καὶ ἐς καιρὸν ἐπείγεσθε· καὶ τὰ τε ἀπ' ὑμέων ἡμῖν χρηστῶς δοῦναι καὶ τὰ ἀπ' ἡμέων ἐς ὑμέας ἐπιτηδέως ὑπηρετέεται. 25 (3) Ὡς γὰρ ὁρᾶτε, καὶ λύομεν τὸν πόρον καὶ προθυμίην πᾶσαν ἔχομεν θέλοντες εἶναι ἐλευθεροί. Ἐν ᾧ δὲ ἡμεῖς τάδε λύομεν, ὑμέας καιρὸς ἐστὶ διζῆσθαι ἐκείνους, εὐρόντας δὲ ὑπὲρ τε ἡμέων καὶ ὑμέων αὐτῶν τί- 30 σασθαι οὕτω ὡς ἐκείνους πρέπει. »

CXL. Σκύθαι μὲν τὸ δεύτερον Ἰωσι πιστεύσαντες λέγειν ἀληθῆς ὑπέστρεφον ἐπὶ ζήτησιν τῶν Περσέων, καὶ ἡμάρτανον πάσης τῆς ἐκείνων διεξόδου. Αἵτιοι δὲ 35 τούτου αὐτοὶ οἱ Σκύθαι ἐγένοντο, τὰς νομὰς τῶν ἵππων τὰς ταύτῃ διαφθείραντες καὶ τὰ ὕδατα συγχώσαντες. (2) Εἰ γὰρ ταῦτα μὴ ἐποίησαν, παρεῖχε ἂν σφι, εἰ ἐβούλοντο, εὐπετέως ἐξευρέειν τοὺς Πέρσας· νῦν δὲ τὰ σφι ἐδόκεε ἄριστα βεβουλεύσθαι, κατὰ ταῦτα ἐσφάλισαν. (3) Σκύθαι μὲν νυν τῆς σφετέρης χώρας τῇ χιλὸς τε 40 τοῖσι ἵπποισι καὶ ὕδατα ἦν, ταύτῃ διεξιόντες ἐδίζηντο τοὺς ἀντιπολέμους, δοκέοντες καὶ ἐκείνους διὰ τοιούτων τὴν ἀποδρῆσιν ποιέεσθαι· οἱ δὲ δὴ Πέρσαι τὸν πρότερον ἐνωτῶν γενόμενον στίβον, τοῦτον φυλάσσοντες ᾔ- 45 σταν, καὶ οὕτω μόγις εὗρον τὸν πόρον. (4) Οἷα δὲ νυκτός τε ἀπικόμενοι καὶ λελυμένης τῆς γεφύρης ἐντυχόντες, ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην ἀπίκατο μὴ σφας οἱ Ἴωνες ἔωσι ἀπολελοιπότες.

CXLI. Ἦν δὲ περὶ Δαρεῖον ἀνὴρ Αἰγύπτιος φωνέων μέγιστον ἀνθρώπων· τοῦτον τὸν ἄνδρα καταστάντα ἐπὶ 50 τοῦ χειλέος τοῦ Ἰστροῦ ἐκέλευε Δαρεῖος καλέειν Ἰστιαῖον Μιλήσιον. Ὁ μὲν δὴ ἐποίησε ταῦτα, Ἰστιαῖος δὲ ἐπακούσας τῇ πρώτῃ κελεύματι τὰς τε νέας ἀπάσας παρεῖχε διαπορθμεύειν τὴν στρατιὴν καὶ τὴν γέφυραν ἔκρυψε.

omnes huic sunt adsensi, quum prius Miltiadis probassent consilium.

CXXXVIII. Fuere autem hi, qui in illa deliberatione suffragia ferebant, et gratia valebant apud regem : Hellespontiorum quidem tyranni, Daphnis, Abydenus ; Hippoclus, Lampsacenus ; Herophantus, Parienus ; Metrodorus, Proconnesius ; Aristagoras, Cyzicenus ; et Ariston, Byzantius : (2) hi ex Hellesponto adfuere. Ex Ionia vero : Strattis, Chius ; Æaces, Samius ; Laodamas, Phocænsis ; et Histiaeus, Milesius, cujus erat in medium proposita sententia, Miltiadi contraria. Ex Æolensibus unus aderat vir nobilis, Aristagoras Cymæus.

CXXXIX. Hi igitur postquam Histiaei probaverant sententiam, hæc præterea et facienda et dicenda decreverunt : pontis quidem partem solvendam, quæ Scytharum ripam spectaret, solvendam autem ad teli jactum ; quo et facere aliquid viderentur, nihil licet facientes, et ne Scythæ tentarent vim adferre et Istrum ponte transire : dicendumque, dum pontis partem ad Scythas spectantem solverent, se omnia facturos quæ Scythis grata essent futura. (2) Has conditiones Histiaei sententiæ adjecerunt. Deinde nomine omnium Histiaus Scythis hæc respondit : « Viri Scythæ, utilia et benigna attulistis, et opportune properastis. Ut autem, quæ a vobis profisciscuntur, benigne fiant in nostrum commodum ; sic et nos vobis studiose morem gerimus. (3) Ut enim videtis, solvimus pontem ; et omne studium adhibebimus, quo libertatem recuperemus. Dum vero nos in hoc solvendo occupamur, interim commodum fuerit, ut vos istos quæretis ; et, postquam repereritis, eam ab illis, quam par est, pœnam et vestro et nostro nomine sumatis. »

CXL. Tum Scythæ, fidem iterum adhibentes Ionibus, vera eos dicere sibi persuadentes, reversi sunt, Persas inquisituri ; sed iterum tota via, qua illi transiere, aberrarunt. Cujus erroris ipsi Scythæ caussa fuere, eo quod pascua omnia in illa regione corruperant, aquasque obstruxerant. (2) Id enim ni fecissent ; facile, si voluissent, Persas inventuri erant : nunc per id ipsum consilium, quod optime a se initum putabant, decepti sunt. (3) Scythæ igitur per ea terræ suæ loca profisciscentes quærebant Persas, ubi et pabulum erat equis et aqua, rati per eadem loca Persas quoque se recipere : at illi eamdem viam tenentes retrogressi sunt, qua prius erat profecti ; atque ita ægre tandem locum trajetibus repererunt. (4) Quum vero noctu advenirent, solutumque offenderent pontem ; gravis eos metus incessit, ne lones sese deseruissent.

CXLI. Erat tunc apud Darium vir Ægyptius, omnium hominum vocalissimus. Hunc Darius jussit, in ripa Istris stantem, vocare Histiaum Milesium. Quod ubi ille fecit, exaudita prima compellatione Histiaus naves omnes ad trajiciendum exercitum expedit, pontemque junxit.

CXLII. Πέρσαι μὲν ὧν αὐτὰ ἐκφεύγουσι, Σκύθαι δὲ διζήμενοι καὶ τὸ δεύτερον ἡμαρτον τῶν Περσέων, καὶ τοῦτο μὲν, ὡς ἔοντας Ἴωνας ἐλευθέρους, κακίστους τε καὶ ἀνανδροτάτους κρίνουσι εἶναι ἀπάντων ἀνθρώπων, τοῦτο δὲ, ὡς δούλων Ἴωνων τὸν λόγον ποιούμενοι, ἀνδράποδα φιλοδέσποτά φασι εἶναι καὶ ἄδρηστα μάλιστα. Ταῦτα μὲν δὴ Σκύθῃσι ἐς Ἴωνας ἀπέρριπται.

CXLIII. Δαρεῖος δὲ διὰ τῆς Θρηκίης πορευόμενος ἀπείκετο ἐς Σηστόν τῆς Χερσονήσου· ἐνθεῦτεν δὲ αὐτὸς μὲν διέβη τῇσι νηυσὶ ἐς τὴν Ἀσίην, λείπει δὲ στρατηγὸν ἐν τῇ Εὐρώπῃ Μεγάβαζον ἄνδρα Πέρσην, τῷ Δαρεῖος κοτε ἔδωκε γέρας, τοιόνδε εἶπας ἐν Πέρσῃσι ἔπος. (2) Ὀρμημένον Δαρείου ροιάς τρώγειν, ὡς ἄνοιξε τάχιστα τὴν πρώτην τῶν ροιῶν, εἴρετο αὐτὸν ὁ ἀδελφεὸς Ἀρτάβακος ὅτι βούλοιτ' ἂν οἱ τοσοῦτο πλῆθος γενέσθαι ὅσοι ἐν τῇ ροιῇ κόκκοι· Δαρεῖος δὲ εἶπε Μεγάβαζος ἂν οἱ τοσοῦτος ἀριθμὸν γενέσθαι βούλεσθαι μᾶλλον ἢ τὴν Ἑλλάδα ὑπὲρ. (3) Ἐν μὲν δὴ Πέρσῃσι ταῦτά μιν εἶπας ἐτίμα, τότε δὲ αὐτὸν ὑπέλιπε στρατηγὸν ἔχοντα τῆς στρατιῆς τῆς ἐκείνου ὀκτὼ μυριάδας.

CXLIV. Οὗτος δὲ ὁ Μεγάβαζος εἶπας τότε τὸ ἔπος εἰπέτο ἀθάνατον μνήμην πρὸς Ἑλλησποντίων· γενόμενος γὰρ ἐν Βυζαντίῳ ἐπύθετο ἑπτακαίδεκα ἔτεσι πρότερον Καλχηδονίους κτίσαντας τὴν χώραν Βυζαντίων, πυθόμενος δὲ ἔφη Καλχηδονίους τοῦτον τὸν χρόνον τυγχάνειν ἔοντας τυφλοῦς· οὐ γὰρ ἂν τοῦ καλλίνους παρὲντος κτίζειν χώραν τὸν αἰσχίονα ἐλέσθαι, εἰ μὴ ἔσαν τυφλοί. (2) Οὗτος δὴ ὧν τότε ὁ Μεγάβαζος στρατηγὸς λειψθεὶς ἐν τῇ χώρῃ Ἑλλησποντίων τοὺς μὴ μηδίζοντας κατεστρέφετο.

CXLV. Οὗτος μὲν νυν ταῦτα ἐπρήσσε, τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον χρόνον ἐγίνετο ἐπὶ Λιβύῃν ἄλλος στρατιῆς μέγας στόλος, διὰ πρόφασιν τὴν ἐγὼ ἀπηγγέσσομαι προδιηγησάμενος πρότερον τάδε. (2) Τῶν ἐκ τῆς Ἀργεῦς ἐπιβατέων παίδων παῖδες ἐξελαθέντες ὑπὸ Πελασγῶν τῶν ἐκ Βραυρωνίος ληϊσαμένων τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας, ὑπὸ τούτων ἐξελαθέντες ἐκ Ἀθήνων οἰκόντο πλώοντες ἐς Λακεδαίμονα, ἰζόμενοι δὲ ἐν τῷ Τυγγέτῳ πῦρ ἀνέκαιον. (3) Λακεδαιμόνιοι δὲ ἰδόντες ἄγγελον ἐπεμπον, πευσόμενοι τίνας τε καὶ ὅσους εἰσί· οἱ δὲ τῷ ἀγγέλῳ εἰρωτέοντι ἔλεγον ὡς εἴησαν μὲν Μινύαι, παῖδες δὲ εἰεν τῶν ἐν τῇ Ἀργεὶ πλώοντων ἡρώων, προσσχόντας δὲ τούτους ἐς Ἀθήνας φυτεῦσαι σφέας. (4) Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀκηκοότες τὸν λόγον τῆς γενεῆς τῶν Μινυέων, πέμψαντες τὸ δεύτερον εἰρωτέον τί ἐθέλοντες ἤκρινεν τε ἐς τὴν χώραν καὶ πῦρ αἴθοιεν. (5) Οἱ δὲ ἔρασαν ὑπὸ Πελασγῶν ἐκβληθέντες ἤκειν ἐς τοὺς πατέρας· δικαιοτάτον γὰρ εἶναι οὕτω τοῦτο γίνεσθαι· δέεσθαι τε οἰκέειν ἅμα τούτοις μοῖραν τε τιμὴν μετέχοντες καὶ τῆς γῆς ἀπολαχόντες. (6) Λακεδαιμόνιοι δὲ ἔαδε δέκεσθαι τοὺς Μινύας ἐπ' οἷσι ἐθέλουσι αὐτοί· μάλιστα δὲ ἐνῆγε σφείας ὥστε ποιέειν ταῦτα τῶν Τυνδαριδῶν ἡ ναυτιλίῃ ἐν τῇ Ἀργεὶ. Δεξάμενοι δὲ τοὺς Μινύας γῆς τε

CXLII. Atque ita Persæ effugerunt: Scythæ vero, illos inquirentes, iterum ab eis aberrarunt. Et exinde Scythæ Ionas, quatenus liberi sunt, mollissimos et effœminatissimos omnium hominum esse judicant; quatenus vero de eisdem ut servis verba faciant, mancipia aiunt esse dominis quam maxime dedita et fidelissima. Hæc dicteria in Ionas jactant Scythæ.

CXLIII. Darius, per Thraciam profectus, Sestum in Chersonneso pervenit: unde ipse quidem navibus in Asiam trajecit, ducem vero exercitus in Europa reliquit Megabazum, virum Persam: cui Darius olim singularem habuerat honorem, hoc in eum verbo coram Persis dicto. (2) Mala Punica comedere cupiverat Darius: qui postquam primum aperuit malum, quæsivit ex eo frater Artabanus, quidnam esset, cujus tantum sibi numerum esse cuperet, quantus numerus granorum in Punico malo? Cui Darius respondit: malle se tot numero Megabazos habere, quam Græciam suæ potestati subjectam. (3) Hæc in Persis dicens, illum honoraverat: tunc vero eundem imperatorem reliquit cum octo myriadibus de suo exercitu.

CXLIV. Idem Megabazus hoc dicto, quod jam relaturus sum, immortalem sui memoriam apud Hellespontios reliquit: nam quum Byzantii agens audiret, Calchedonios septemdecim annis ante Byzantios urbem suam in ea regione, ubi sita est, condidisse; hoc igitur audito de Calchedoniis dixit, eos cæcos illo tempore fuisse: etenim, quum pulerior fuisset locus condendæ urbi, turpiorem non fuisse electuros, ni cæci fuissent. (2) Ille igitur Megabazus, imperator tunc relictus in Hellespontiorum regione, armis subegit civitates, quæ cum Medis non sentiebant.

CXLV. Dum hæc ille agebat, per idem tempus alia ingens expeditio militaris in Libyam suscepta est; cujus causam ego exponam, postquam hæc prius commemoravero. (2) Argonautarum nepotes, a Pelasgis eis, qui Atheniensium mulieres Braurone rapuerant, Lemno ejecti, navigant Lacedæmonem; et sedibus in Taygeto captis, ignem incenderant. (3) Id conspicati Lacedæmonii, misso nuncio sciscitabantur, quinam essent, et unde. Nuncio hi respondent, Minyas se esse, heroum illorum filios, qui in Argo navi navigassent: ab illis, postquam Lemnum adpulsissent, esse se procreatos. (4) Lacedæmonii, audita hac narratione de genere Minyarum, iterum miserunt qui ex illis quærerent, quo consilio in ipsorum venissent terram, et ignem accenderent. (5) Dixerunt, a Pelasgis ejectos se ad parentes venire: æquissimum enim esse ita fieri: cupereque cum illis habitare, honorum participes, et terræ portionem sortitos. (6) Placuit tunc Lacedæmonii, Minyas recipere eis conditionibus, quas ipsi proposuerant: maxime vero, ut hoc facerent, movit eos hoc, quod Tyndaridæ participes fuerant expeditionis Argonautarum. Itaque receptis Minyis et terræ portionem adsignarunt, et per tribus

μετέδσαν καὶ ἐς φυλάς διεδάσαντο. Οἱ δὲ αὐτίκα μὲν γάμους ἐγγίμαν, τὰς δὲ ἐκ Λήμνου ἤγοντο ἐξέδσαν ἀλλοιοι.

CXLVI. Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διεξελθόντος αὐτίκα οἱ Μινύαι ἐξύβρισαν, τῆς τε βασιλικῆς μεταίτεοντες καὶ ἄλλα ποιεῦντες οὐκ οἶσα. (2) Τοῖσι ὦν Λακεδαιμονίοισι ἐδοξε αὐτοὺς ἀποκτείνειν, συλλαβόντες δὲ σφεας κατέβαλον ἐς ἐρκτὴν. Κτείνουσι δὲ τοὺς ἄν κτείνουσι Λακεδαιμόνιοι νυκτὸς, μετ' ἡμέρην δὲ οὐδένα. (3) Ἐπεὶ ὦν ἐμελλόν σφεας καταγρῆσθαι, παραιτήσαντο αἱ γυναῖκες τῶν Μινυέων, ἰούσαι ἄσται τε καὶ τῶν πρώτων Σπαρτιητέων θυγατέρες, ἐσελθεῖν τε ἐς τὴν ἐρκτὴν καὶ ἐς λόγους ἐλθεῖν ἐκάστη τῇ ἐνωτῆς ἀνδρὶ. Οἱ δὲ σφεας παρήκταν, οὐδένα δόλον δοκόντες ἐξ αὐτέων ἐσεσθαι. (4) Αἱ δὲ ἐπεῖτε ἐσήλθον, ποιεῦσι τοιάδε· πᾶσαν τὴν εἶχον ἐσθῆτα παραδοῦσαι τοῖσι ἀνδράσι αὐταὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἑλαβον. Οἱ δὲ Μινύαι ἐνδύντες τὴν γυναικῆν ἐσθῆτα, ἅτε γυναῖκες, ἐξήσαν ἔξω, ἐκφυγόντες δὲ τρόπῳ τοιοῦτῳ ἵζοντο αὐτὶς ἐς τὸ Τηύγετον.

CXLVII. Τὸν δὲ αὐτὸν τοῦτον χρόνον Θήρας δ' Αὐτεσιώνος τοῦ Τισαμενοῦ τοῦ Θερσάνδρου τοῦ Πολυνείκεως ἑστέλλε ἐς ἀποικίαν ἐκ Λακεδαιμόνος. Ἦν δὲ δ' Θήρας οὗτος, γένος ἑὸν Καδμείος, τῆς μητρὸς ἀδελφεὸς τοῖσι Ἀριστοδήμου παισὶ Εὐρυσθένει καὶ Προκλείῃ ἐόντων δ' ἔτι τῶν παίδων τούτων νηπίων ἐπιτροπαίην εἶχε δ' Θήρας τὴν ἐν Σπάρτῃ βασιλικήν. (2) Αὐξήθεντων δὲ τῶν ἀδελφιδέων καὶ παραλαβόντων τὴν ἀρχὴν οὕτω δὴ δ' Θήρας δεινὸν ποιεῦμενος ἀρχεσθαι ὑπ' ἄλλων ἐπεῖτε ἐγεύσατο ἀρχῆς, οὐκ ἔρη μενέειν ἐν τῇ Λακεδαίμονι, ἀλλ' ἀποπλῶσεσθαι ἐς τοὺς συγγενέας. (3) Ἔσαν δὲ ἐν τῇ νῦν Θήρῃ καλεωμένη νήσῳ, πρότερον δὲ Καλλίστῃ τῇ αὐτῇ ταύτῃ, ἀπόγονοι Μεμβλιάρου τοῦ Ποικιλέω ἀνδρὸς Φοίνικος. (4) Κάδμος γὰρ δ' Ἀθήνηρος Εὐρώπῃν διζήμενος προσέσχε ἐς τὴν νῦν Θήρην καλεωμένην· προσσύνοντι δὲ εἶτε δὴ οἱ ἡ χώρα ἤρесе, εἶτε καὶ ἄλλως ἠθέλησε ποιῆσαι τοῦτο, καταλείπει γὰρ ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ ἄλλους τε τῶν Φοινίκων καὶ δὴ καὶ τῶν ἐνωτοῦ συγγενέων Μεμβλίारον. (5) Οὗτοι ἐνέμοντο τὴν Καλλίστην καλεωμένην ἐπὶ γενεάς, 40 πρὶν ἢ Θήραν ἐλθεῖν ἐκ Λακεδαίμονος, ὅκτῳ ἀνδρῶν.

CXLVIII. Ἐπὶ τούτους δὴ ὦν δ' Θήρας ληθὼν ἔχων ἀπὸ τῶν φυλέων ἑστέλλε, συνοικήσων τούτοις καὶ οὐδαμῶς ἐξελθὼν αὐτοὺς, ἀλλὰ κάρτα οἰκητέμενος. (2) Ἐπεῖτε δὲ καὶ οἱ Μινύαι ἐκδράντες ἐκ τῆς ἐρκτῆς ἵζοντο ἐς τὸ Τηύγετον, τῶν Λακεδαιμονίων βουλευομένων σφέας ἀποκτείνειν παραιτέται δ' Θήρας, ὅπως μήτε φόνος γένηται, αὐτὸς τε ὑπεδέκετό σφεας ἐξάξειν ἐκ τῆς χώρας. (3) Συγχωρησάντων δὲ τῇ γνώμῃ τῶν Λακεδαιμονίων, τρισὶ τριηκοντέροισι ἐς τοὺς Μεμβλιάρου ἀπογόνους ἐπλώσε, οὗτι πάντας ἄγων τοὺς Μινύας, ἀλλ' ὀλίγους τινάς. (4) Οἱ γὰρ πλεῖνες αὐτῶν ἐτράποντο ἐς τοὺς Παρωρεῆτας καὶ Καύκωνας, τούτους δ' ἐξελάσαντες ἐκ τῆς χώρας σφέας αὐτοὺς ἐξ μοίρας διεῖλον, καὶ ἔπειτεν ἕκτισαν πόλιας τάσδε ἐν αὐτοῖσι, Λέ-

eosdem distribuerunt. Et illi statim matrimonia contraxerunt; uxoresque suas, quas Lemni duxerant, aliis collocarunt.

CXLVI. Haud multo vero interjecto tempore jam inolescere Minyæ cœperunt, regni participes fieri postulantes, et alia patrantes nefaria. (2) Itaque interimere eos decrevere Lacedæmonii; et prehensos in custodiam misere. Supplicio autem adficiunt Lacedæmonii, quoscumque morte plectunt, nocturno tempore, interdiu vero neminem. (3) Quum igitur in eo essent ut supplicio eos adficerent, uxores Minyarum, quæ cives erant, et primariorum Spartanorum filia, precatæ sunt ut ipsis liceret in carcerem intrare, et cum suo cujusque marito colloqui. Et hi illas introire passi sunt, nullum inde dolum suspicati. (4) At illæ, carcerem ingressæ, hoc instituunt facere: quidquid habebant vestium, id maritis dabant; ipsæ maritorum vestes induebant. Ita Minyæ, muliebri vestitu induti, quasi mulieres, egrediebantur: eoque modo postquam evasere, iterum in Taygeto sedes ceperunt.

CXLVII. Per idem vero tempus Theras, filius Autesiōnis, Tisameni nepos, Thersandri pronepos, Polynicis abnepos, colonos duxit Lacedæmone. Erat hic Theras, genere Cadmeus, avunculus filiorum Aristodemi, Eurysthenis et Proclis: qui quoad minores fuerant ætate, Theras tutor illorum nomine regnum Sparta administraverat. (2) Postquam autem adoleverunt sororis filii, regnumque capessiverunt, graviter ferens Theras ab aliis regi, qui regnum ipse gustasset; negavit Lacedæmone se mansurum, sed ad cognatos suos ait navigaturum. (3) Erant autem in insula, quæ Thera nunc vocatur, cui olim Calliste nomen fuerat, Membliari posteri, Pœcilis filii, natione Phœniciæ. (4) Cadmus enim, Agenoris filius, Europam quærens, ad Theram quæ nunc vocatur adpulerat; ibi quum adpulisset, tum, sive quod ei placeret illa regio, sive alia quapiam caussa permotus, reliquit in ea insula quum alios Phœnices, tum ex cognatis suis Membliarum: (5) atque hi Callistam quæ tunc vocabatur habitabant per octo hominum generationes, priusquam Theras Lacedæmone eo advenisset.

CXLVIII. Ad hos igitur Theras cum multitudine quadam e Spartanorum tribubus profectus est, una cum illis habitaturus, et neutiqum insula eos ejecturus, sed admodum sibi eorum animos concilians. (2) Jam, quum Minyæ ex carcere profugi in Taygeto consedisent, et de eis interficiendis deliberarent Lacedæmonii, deprecatus est Theras ne fieret cædes, pollicitus se illos ex ipsorum finibus educturum. (3) Cui sententiæ quum cessissent Lacedæmonii, tribus navibus triginta remorum Theras ad Membliari posteros navigavit; non utique omnes secum Minyas ducens, sed exiguum eorum numerum. (4) Nam major pars in Paroreatarum et Cauconum fines se contulit: hisque terra sua ejectis, in sex partes sese partiti sunt, et deinde in eadem regione hæcce oppida condiderunt, Le-

πρεον, Μάκιστον, Φριξάς, Πύργον, Ἐπιον, Νούδιον·
τούτων δὲ τὰς πλεῦνας ἐπ' ἐμέο Ἥλεϊοι ἐπόρθησαν. Τῇ
δὲ νήσῳ ἐπὶ τοῦ οἰκιστέου Θήρα ἡ ἐπωνυμία ἐγένετο.

5 CXLIX. Ὁ δὲ παῖς οὐ γὰρ ἔρχοι συμπλῦσθαι,
τοίγαρ οὐκ ἐν αὐτὸν καταλείψειν οἷν ἐν λύκοις· ἐπὶ τοῦ
ἔπος τούτου οὖνομα τῷ νεηνίσκῳ τούτῳ Οἰόλυκος ἐγένετο,
καὶ κως τὸ οὖνομα τούτου ἐπεκράτησε. (2) Οἰο-
λύκος δὲ γίνεται Αἰγεύς, ἀπ' οὗ Αἰγεῖδαι καλεῦνται,
φυλὴ μεγάλη ἐν Σπάρτῃ. Τοῖσι δὲ ἐν τῇ φυλῇ ταύτῃ
10 ἀνδράσι οὐ γὰρ ὑπέμειναν τὰ τέκνα, ἰδρύσαντο ἐκ
θεοπροπίου Ἑρινύων τῶν Λαΐου τε καὶ Οἰδιπόδεω
ἱρόν· καὶ μετὰ τούτου ὑπέμεινε τούτῳ τούτῳ καὶ ἐν Θήρῃ
τοῖσι ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν τούτων γεγονόσι.

CL. Μέχρι μὲν νυν τούτου τοῦ λόγου Λακεδαιμό-
15 νιοι Θηραίοι κατὰ ταῦτα λέγουσι, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου
μοῦνοι Θηραῖοι οὕτως γενέσθαι λέγουσι. (2) Γρίνος δὲ
Λισανίου ἐὼν Θήρα τούτου ἀπόγονος καὶ βασιλεύων Θή-
ρης τῆς νήσου ἀπῆκετο ἐς Δελφούς, ἄγων ἀπὸ τῆς πό-
λεως ἑκατόμβην· εἶποντο δὲ οἱ καὶ ἄλλοι τῶν πολιητέων
20 καὶ δὴ καὶ Βάττος δὲ Πολυμνήστου, ἐὼν γένος Εὐφρη-
μίδης τῶν Μινυέων. (3) Χρεωμένῳ δὲ τῷ Γρίνῳ τῷ
βασιλεῖ τῶν Θηραίων περὶ ἄλλων χρηρῆ ἡ Πυθίη κτίζειν
ἐν Λιβύῃ πόλιν. Ὁ δὲ ἀμείβετο λέγων, « ἐγὼ μὲν,
ὦναξ, πρεσβύτερός τε ἤδη εἰμὶ καὶ βαρὺς αἰεσέσθαι· σὺ
25 δὲ τινα τῶνδε τῶν νεωτέρων κέλευε ταῦτα ποιεῖν. »
Ἄμα τε ἔλεγε ταῦτα καὶ ἐδείκνυε ἐς τὸν Βάττον. (4)
Τότε μὲν τσαυτὰ, μετὰ δὲ ἀπελθόντες ἀλογίην εἶχον
τοῦ χρηστικρίου, οὔτε Λιβύην εἰδότες ὅκου γῆς εἴη,
οὔτε τολμέοντες ἐς ἀφανὲς χρηρῆα ἀποστέλλειν ἀποι-
30 κίην.

CLI. Ἑπτὰ δὲ ἐτέων μετὰ ταῦτα οὐκ ἔτι τὴν Θήρην,
ἐν τοῖσι τὰ δένδρεα πάντα σφί τὰ ἐν τῇ νήσῳ πλὴν
ἐνὸς ἐξαυάνθη. Χρεωμένοισι δὲ τοῖσι Θηραίοισι προέ-
φερε ἡ Πυθίη τὴν ἐς Λιβύην ἀποικίην. (2) Ἐπεῖτε
35 δὲ κακοῦ οὐδὲν ἦν σφί μῆχος, πέμπουσι ἐς Κρήτην
ἀγγέλους διζημένους εἰ τις Κρητῶν ἢ μετοίκων ἀπι-
γμένος εἴη ἐς Λιβύην. (3) Περιπλανούμενοι δὲ αὐτὴν
οὔτοι ἀπῆκοντο καὶ ἐς Ἴτανον πόλιν, ἐν ταύτῃ δὲ συμ-
μίσγουσι ἀνδρὶ πορφυρεῖ τῷ οὖνομα ἦν Κορώβιος, ὃς
40 ἔφη ὑπ' ἀνέμων ἀπενειγθεὶς ἀπῆκῆσθαι ἐς Λιβύην καὶ
Λιβύης ἐς Πλατέαν νῆσον. (4) Μισθῷ δὲ τούτον πεί-
σαντες ἦγον ἐς Θήρην, ἐκ δὲ Θήρης ἔπλων κατασκοπεῖ
ἄνδρες τὰ πρῶτα οὐ πολλοί· κατηγγραμμένου δὲ τοῦ
Κορώβιου ἐς τὴν νῆσον ταύτην δὴ τὴν Πλατέαν, τὸν μὲν
45 Κορώβιον λείπουσι, σιτία καταλιπόντες ὁσωνοὴ μηχανῶν,
αὐτοὶ δὲ ἔπλων τὴν ταχίστην ἀπαγγελέοντες Θηραίοισι
περὶ τῆς νήσου.

CLII. Ἀποδημούντων δὲ τούτων πλέω χρόνον τοῦ
συγχειμένου τὸν Κορώβιον ἐπέλιπε τὰ πάντα. (2) Μετὰ
50 δὲ νηὺς Σαμίη, τῆς ναύκληρος ἦν Κωλαῖος, πλώουσα
ἐπ' Αἰγύπτου ἀπηνείχθη ἐς τὴν Πλατέαν ταύτην· πυ-
θόμενοι δὲ οἱ Σάμιοι πυρὰ τοῦ Κορωβίου τὸν πάντα
λόγον, σιτία οἱ ἐνιαυτοῦ καταλείπουσι. (3) Αὐτοὶ δὲ
ἀναχθέντες ἐκ τῆς νήσου καὶ γλιχόμενοι Αἰγύπτου

preum, Macistum, Phrixas, Pyrgum, Epium, Nudium;
quorum quidem pleraque ab Eleis mea ætate eversa sunt.
Insula autem, quam dixi, a conditoris nomine Thera est
adpellata.

CXLIX. Filius autem Theræ enavigare cum patre nolue-
rat: itaque dixerat pater, se cum relinquere tamquam ovem
inter lupos: (*græce οὐκ ἐν λύκοις*): a quo dicto nomen huic
adolescenti Oëlycus (Ovilupus) inditum est, idque nomen
dein invaluit. (2) Hujus Oëlyci filius fuit Ægeus; a quo
Ægidæ nomen habent, magna tribus Spartæ. Qua ex tribu
viris quum in vita non manerent liberi, ex oraculi edicto
statuerunt templum Furiis Laii et Oëdipodis dedicatum:
et ex eo tempore mansere illis liberi, itemque in Thera in-
sula eis qui ex his viris progeniti sunt.

CL. Hactenus Lacedæmoniorum narratio et Theræorum
consentit: quæ his subjungam, ea soli Theræi memorant
ita accidisse. (2) Grinus, Æsanii filius, unus ex posteris
hujus Theræ, quum rex Theræorum esset, Delphos venit,
hecatomben offerens nomine civitatis: sequebanturque
eum et alii ex civibus, atque etiam Battus, Polymnesti
filius, de Euphemi genere, unius ex Minyis. (3) Grino
vero, regi Theræorum, quum de aliis rebus consuleret ora-
culum, edixit Pythia, civitatem debere eum in Libya con-
dere. Tum ille respondit: « At equidem, o Rex, ætate jam
sum provector, et gravis ad majus quidpiam molendum.
Quin tu aliquem ex junioribus hisce id facere jube. » Ista
dicens, Battum digito monstravit. (4) Et hæc quidem
tunc. Deinde vero, postquam abierant, neglexerunt ora-
culi effatum; quum nec Libya ubi esset nossent, nec aude-
rent coloniam mittere obscuram in rem.

CLI. Post hæc vero per septem annos non pluit Theræ;
arboresque ipsis in insula omnes, una excepta, exarue-
rant. Consulentibus igitur oraculum Theræis, objecit Py-
thia coloniam in Libyam deducendam. (2) Itaque, quum
nullum aliud ipsis esset mali remedium, in Cretam nuncios
mittunt, qui quærerent, an Cretensium aliquis, aut inqui-
linorum, in Libyam unquam pervenisset. (3) Nuncii per
Cretam oberrantes, quum in alia oppida, tum Itanum ve-
nerunt; ubi cum purpurario quodam, cui nomen erat Co-
robis, sermones niscunt, qui eis ait, ventis se in Libyam
fuisse delatum, et quidem in Plateam insulam Libyæ ve-
nisse. (4) Hunc igitur hominem, proposita mercede, The-
ram ducunt. Et ex Thera mittuntur primum exploratores,
haud multi numero: quibus quum viam in Plateam hanc
insulam Corobis monstrasset, relinquunt ibi Corobium
cum nescio quot mensium cibariis, et ipsi ocyus domum
navigarunt, nuncium Theræis de illa insula relaturi.

CLII. Quibus ultra constitutum tempus redire differen-
tibus, Corobium omnia defecerunt. (2) Deinde vero Sa-
mia navis, Ægyptum petens, cujus nauclerus Colæus erat,
ad Plateam hanc delata est: et Samii, postquam a Corobio
rem omnem cognoverunt, unius anni cibaria ei reliquerunt.
(3) Tum hi, ex insula profecti, quum Ægyptum petentes

ἔπλων, ἀποφερόμενοι ἀπὴλιώτῃ ἀνέμων· καὶ οὐ γὰρ ἀνίει τὸ πνεῦμα, Ἡρακλέας στήλας διεκπερήσαντες ἀπίκοντο ἐς Ταρτησσὸν, θειῇ πομπῇ γρεώμενοι. (4) Τὸ δὲ ἐμπόριον τοῦτο ἦν ἀκήρατον τοῦτον τὸν χρόνον, ὥστε ἀπονοστήσαντες οὗτοι ὀπίσω μέγιστα δὴ Ἑλλήνων πάντων τῶν ἡμεῖς ἀτρέκειαν ἴδμεν ἐκ φορτίων ἐκέρδησαν, μετὰ γε Σώστρατον τὸν Λαοδάμαντος Αἰγινήτην· τούτῳ γὰρ οὐκ ὅλα τέ ἐστι ἐρίσαι ἄλλον. (5) Οἱ δὲ Σάμιοι τὴν δεκάτην τῶν ἐπικερδίων ἐξελόντες ἐξ 10 τάλαντα ἐποιήσαντο χαλκῆιον χρητῆρος Ἀργολικοῦ τρόπον· περίξ δὲ αὐτὸ γρυπῶν κεφαλαὶ πρόκροσσοὶ εἰσι· καὶ ἀνέθηκαν ἐς τὸ Ἡραῖον, ὑποστήσαντες αὐτῷ τρεῖς χαλκίους κολοσσούς ἑπταπῆχέας, τοῖσι γούνασι ἐρηρυσμένους. (6) Κυρηνάιοι δὲ καὶ Θηραῖοι ἐς 15 Σαμίους ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου πρῶτα φιλίας μεγάλας συνεκρήθησαν.

CLIII. Οἱ δὲ Θηραῖοι ἐπίειτε τὸν Κορώβιον λιπόντες ἐν τῇ νήσῳ ἀπίκοντο ἐς τὴν Θήρην, ἀπήγγελλον 1 ὡς φη εἶη νῆσος ἐπὶ Λιβύῃ ἐκτισμένη. (2) Θηραῖοι δὲ 20 ἐξ αὐτῶν ἀδελφεὺν τε ἀπ' ἀδελφεοῦ πέμπειν πάλῳ λαχόντα, καὶ ἀπὸ τῶν χώρων ἀπάντων ἑπτὰ ἐόντων ἄνδρας, εἶναι δὲ σπρυν καὶ ἡγεμόνα καὶ βασιλέα Βάττον. Οὕτω δὲ στέλλουσι δύο πεντηκοντέρους ἐς τὴν Πλατείαν.

CLIV. Ταῦτα δὲ Θηραῖοι λέγουσι, τὰ δ' ἐπίλοιπα τοῦ λόγου συμφέρονται ἤδη Θηραῖοι Κυρηνάιοι. Κυρηνάιοι γὰρ τὰ περὶ Βάττον οὐδαμῶς ὁμολογοῦσι Θηραῖοι. Λέγουσι γὰρ οὕτω. (2) Ἔστι τῆς Κρήτης Ἀζὸς πόλις, ἐν τῇ ἐγένετο Ἐτεάρχος βασιλεὺς, ὃς ἐπὶ 30 θυγατρὶ ἀμήτορι τῇ οὐνομα ἦν Φρονίμη, ἐπὶ ταύτῃ ἐγγίμε ἄλλην γυναῖκα. Ἡ δὲ ἐπεσευθούσα ἐδικαίετο εἶναι καὶ τῷ ἔργῳ μητρυνεῖν τῇ Φρονίμῃ, παρέχουσα τε κακὰ καὶ πᾶν ἐπ' αὐτῇ μηχανωμένη· καὶ τέλος μαχλοσύνην ἐπενείκασα ὅτι πείθει τὸν ἄνδρα ταῦτα ἔχειν 35 οὕτω. (3) Ὁ δὲ ἀναγνοσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναῖκος ἔργον οὐκ ὅστιον ἐμυχανᾶτο ἐπὶ τῇ θυγατρὶ. Ἦν γὰρ δὴ Θεμίσιον ἀνὴρ Θηραῖος ἔμπορος ἐν τῇ Ἀζῷ· τοῦτον δ' Ἐτεάρχος παραλαβὼν ἐπὶ ξενίᾳ ἐξορκοὶ ἢ μὲν οἱ δικηκονήσιν ὃ τι ἂν δεσθῇ. (4) Ἐπίειτε δὲ ἐξώρκωσε, 40 ἀγαγὼν οἱ παραδιδόει τὴν ἐνωτοῦ θυγατέρα, καὶ ταύτην ἐκέλευε καταποντῶσαι ἀπαγαγόντα. Ὁ δὲ Θεμίσιον περιημεκτήςας τῇ ἀπάτῃ τὸν ὄρκου καὶ διαλυσάμενος τὴν ξενίην ἵπποιε τοιάδε· (5) παραλαβὼν τὴν παῖδα ἀπέπλωε, ὥς δὲ ἐγένετο ἐν τῷ πελάγῳ, ἀποσιεύμενος 45 τὴν ἐξόρκωσιν τοῦ Ἐτεάρχου, σχοινίοισι αὐτὴν διαδήσας κατήκε ἐς τὸ πέλαγος, ἀνασπάσας δὲ ἀπύκετο ἐς τὴν Θήρην.

CLV. Ἐνθεῦτεν δὲ τὴν Φρονίμην παραλαβὼν Πολύμνηστος, ἐὼν τῶν Θηραίων ἀνὴρ δοκιμος, ἐπαλλὰ 10 κεύετο. Χρόνου δὲ περιόντος ἐξεγένετο οἱ παῖς ἰσχύρφωτος καὶ τραυλὸς, τῷ οὐνομα ἐτέθη Βάττος, ὡς Θηραῖοι τε καὶ Κυρηνάιοι λέγουσι, ὥς μέντοι ἐγὼ δοκέω, ἄλλο τι Βάττος δὲ μετωνομάσθη, ἐπίειτε ἐς Λιβύην ἀπύκετο, ἀπὸ τε τοῦ χρηστηρίου τοῦ γενομένου ἐν Δελφοῖσι αὐ-

navigarent, subsolano vento sunt abrepti, et, non intermittente vi venti, per Herculis columnas transvecti, Tartessum pervenire, divino quodam numine eos deducere. (4) Erat ea tempestate integrum hoc emporium : itaque iidem inde redeuntes, maximum Græcorum omnium, quorum certior quædam ad nos notitia pervenit, ex mercibus lucrum fecerunt, post Sostratum utique, Laodamantis filium, Æginetam : cum hoc enim nemo alius contendere potest. (5) Samii vero decimam lucri partem eximentes, sex talenta, alienum faciendum curarunt, ad crateris Argolici modum, circa quod sunt grypum capita prominentia : atque in Junonis templo hoc alienum dedicarunt, impositum tribus æneis colossis septenorum cubitorum, qui genubus innituntur. (6) Ab hoc autem facto primum ingens amicitia Cyrenæis Theræisque cum Samiis contracta est.

CLIII. Theræi vero, postquam, relicto in insula Corobio, Theram redierant, renunciarunt, esse a se insulam iu Libyæ ora conditam. (2) Placuit igitur Theræis, ut e singulis ditionis suæ locis, quæ numero septem erant, viri mitterentur, ita quidem ut frater cum fratre sorte contenderet uler in coloniam abiret : ducemque eorum atque regem Battum designarunt. Ita igitur duas naves quinquaginta remorum in Plateam miserunt.

CLIV. Hæc Theræi memorant : in reliqua narratione Theræis cum Cyrenæis convenit. Nam quod ad Battum spectat, nequiquam cum Theræis Cyrenæi consentiunt. Rem enim hi ita narrant. (2) Est Cretæ urbs Axus, cujus rex fuit Etearchus. Is quum filiam haberet matre orbam, nomine Phronimam, aliam duxit uxorem. Hæc post illius matrem domum ducta, voluit etiam re ipsa noverca esse Phronimæ, multis eam malis adficiendo, et quidlibet adversus eam moliendo : ad extremum, impudicitia crimen ei inferens, persuasit marito rem ita esse. (3) Et ille, persuasus ab uxore, nefarium in filiam facinus machinatur. Aderat tunc Axi Themison, civis Theræus, mercaturam faciens. Hunc, hospitio exceptum, jurejurando adstringit ad operam sibi in ea re, quam ab illo petiturus esset, navandam. (4) Qui quum interposito juramento fidem suam dedisset, adductam ei tradidit filiam suam, jubens ut abductam in alto mari demergeret. Themison, fraudem jurisjurandi indigne ferens, soluto hospitio, hæc fecit : (5) accepta puella, navi profectus est : ubi vero in alto fuit, quo se exsolveret jurisjurandi religione ab Etearcho sibi oblata, funibus religatam puellam in mare demisit, rursusque extractam secum Theram duxit.

CLV. Inde Phronimam domum suam sumpsit Polymnestus, spectatus vir apud Theræos, eaque pro pellice usus est. Circumacto tempore natus est huic ex illa filius, hæsitante voce et balbutiente : cui nomen impositum est Battus, ut quidem Theræi et Cyrenæi aiunt : ut vero mihi videtur, aliud statim impositum ei nomen erat : Battus vero deinde demum, postquam in Libyam pervenit, nominatus est, nomine sumpto ab oraculo quod ei Delphis editum

τῶν καὶ ἀπὸ τῆς τιμῆς τὴν ἔσχε τὴν ἐπωνυμίην ποιούμενος· (2) Λίβυες γὰρ βασιλέα βάττον καλεῦσαι, καὶ τούτου εἵνεκεν δοκέω θεσπίζουσαν τὴν Πυθίην καλέσαι μιν Λιβυκῇ γλώσσῃ, εἰδυῖαν ὡς βασιλεὺς ἔσται ἐν Λιβύῃ. Ἐπεὶ γὰρ ἠνδρώθη οὗτος, ἦλθε ἐς Δελφούς περὶ τῆς φωνῆς· (3) ἐπειρωτέοντι δὲ οἱ χρᾶ ἢ Πυθίη τάδε,

Βάττ', ἐπὶ φωνῇ ἦλθες· ἀναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
ἐς Λιβύην πέμπει μηλοτρόφον οἰκιστῆρα,

ὥσπερ εἰ εἶπαι Ἑλλάδι γλώσσῃ χρεωμένη, « ὦ βασιλεῦ, ἐπὶ φωνῇ ἦλθες. » (5) Ὁ δ' ἀμείβετο τοιοῦτος· « ὦναξ, ἐγὼ μὲν ἦλθον παρὰ σέ χρησόμενος περὶ τῆς φωνῆς, σὺ δέ μοι ἄλλα ἀδύνατα χρᾶς, κελεύων Λιβύην ἀποικίζειν τέω δυνάμει, κοίτῃ χειρὶ; » (6) Ταῦτα λέγων οὐκ ἔπειθε ἄλλα οἱ χρᾶν· ὡς δὲ κατὰ ταῦτα ἐθέσπιζε 15 οἱ καὶ πρότερον, οἵχετο μεταξὺ ἀπολιπὼν δὲ Βάττος ἐς τὴν Θῆρην.

CLVI. Μετὰ δὲ αὐτῶν τε τούτῳ καὶ τοῖσι ἄλλοις Ἑθραίοις συνεφέρετο παλιγκότως· ἀγνοεῦντες δὲ τὰς συμφορὰς οἱ Ἑθραῖοι ἐπεμπον ἐς Δελφούς περὶ τῶν παρῶντων κακῶν. Ἡ δὲ Πυθίη σφι ἔχρησε συγκτιζούσαι Βάττω Κυρήνην τῆς Λιβύης· ἀμεινον πρόξειν. (2) Ἀπέστελλον μετὰ ταῦτα τὸν Βάττον οἱ Ἑθραῖοι δύο πεντηκοντέροις. Πλώσαντες δὲ ἐς τὴν Λιβύην οὗτοι, οὐ γὰρ εἶχον δ τι ποιῶσι ἄλλο, ὅπως ἀπαλλάσσοντο 25 ἐς τὴν Θῆρην. (3) Οἱ δὲ Ἑθραῖοι καταγομένους ἐβαλόν καὶ οὐκ ἔων τῇ γῇ προσίσχειν, ἀλλ' ὅπως πλώειν ἐκέλευον. Οἱ δὲ ἀναγκαζόμενοι ὅπως ἀπέπλων, καὶ ἔκτισαν νῆσον ἐπὶ Λιβύῃ κειμένην, τῇ οὐνομα, ὡς καὶ πρότερον εἰρήθη, ἐστὶ Πλατέα. Λέγεται δὲ ἴση εἶναι ἢ 30 νῆσος τῇ νῦν Κυρηναίων πόλι.

CLVII. Ταύτην οἰκόντες δύο ἔτεα, οὐδὲν γὰρ σφι χρηστὸν συνεφέρετο, ἕνα αὐτῶν καταλιπόντες οἱ λοιποὶ πάντες ἀπέπλων ἐς Δελφούς· ἀπικόμενοι δὲ ἐπὶ τὸ χρηστήριον ἐχρέοντο, φάμενοι οἰκέειν τε τὴν Λιβύην 35 καὶ οὐδὲν ἀμεινον πρῆσσειν οἰκεῦντες. (2) Ἡ δὲ Πυθίη σφι πρὸς ταῦτα χρᾶ τάδε,

Αἰ τὸ ἐμεῦ Λιβύην μηλοτρόφον οἶδας ἀμεινον,
μὴ ἐλθὼν ἐλθόντος, ἄγαν ἀγαμαὶ σοφίην σευ.

Ἀκούσαντες δὲ τούτων οἱ ἀμφὶ τὸν Βάττον ἀπέπλων 40 ὅπως· οὐ γὰρ δὴ σφας ἀπείδ' ο θεὸς τῆς ἀποικίης, πρὶν δὴ ἀπικῶνται ἐς αὐτὴν Λιβύην. (3) Ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὴν νῆσον καὶ ἀναλαβόντες τὸν ἔλιπον, ἔκτισαν αὐτῆς Λιβύης χῶρον ἀντίον τῆς νήσου τῷ οὐνομα ἦν Ἀζιρίς, τὸν νάπαι τε κάλλισται ἐπ' ἀμφοτέρα συγκληθῶσι καὶ 45 ποταμὸς τὰ ἐπὶ θάτερα παραρρεῖ.

CLVIII. Τοῦτον οἶκον τὸν χῶρον ἐξ ἔτεα· ἐβδόμῳ δὲ σφας ἐτεῖ παραιτησάμενοι Λίβυες ὡς ἐς ἀμεινονα χῶρον ἀξοῦσι, ἀνέγνωσαν ἐκλιπεῖν. (2) Ἦγον δὲ σφας ἐνθεῦτεν οἱ Λίβυες ἀναστῆσαντες πρὸς ἐσπέρην· καὶ 50 τὸν κάλλιστον τῶν χῶρων ἵνα διεξιόντες οἱ Ἕλληνες μὴ ἴδοιεν, συμμετρησάμενοι τὴν ὥρην τῆς ἡμέρης νυκτὸς παρήγον. Ἔστι δὲ τῷ χῶρῳ τούτῳ οὐνομα Ἰρασα. (3) Ἀγαγόντες δὲ σφας ἐπὶ κρήνην λεγομένην εἶναι

erat, et a dignitate quam inter suos habuit: (2) regem enim Libyes Battum vocant; eaque de caussa puto Pythiam, oraculum edentem, Libyca illum lingua adpellasse, quum sciret regem eum fore in Libya. Nam postquam ille ad virilem pervenit aetatem, Delphos profectus est, de voce sua consulturus; (3) consulenti autem haec respondit Pythia:

Batte, vocis caussa venisti: at te rex Phoebus Apollo in Libyam mittit ovibus divitem, coloniae conditorem.

quasi dixisset Graeco sermone utens, « Rex, vocis caussa venisti. » (5) Tum vero ille respondit: « O Rex, equidem veni, vocis meae caussa te consulturus; tu vero mihi alia respondes impossibilia, iubens me coloniam in Libya condere: quamnam tandem vi? qua hominum manu? » (6) Quae ille dicens, non persuasit Pythiae ut aliud sibi responsum daret. Quum igitur eadem, quae antea, ei responderet; interim Battus, illa relicta, Theram rediit.

CLVI. Post haec et in hunc ipsum et in reliquos Theraros denuo ira dei incubuit. Et Theræi caussam ignorantes calamitatum, Delphos misere qui de praesentibus malis consulerent. Quibus Pythia respondit, si cum Batto Cyrenen in Libya coloniam conderent, melius cum ipsis actum iri. (2) Miserunt posthaec Theræi Battum cum duabus navibus quinquaginta remorum: sed hi, postquam in Libyam navigarunt, quoniam ceteroquin quod agerent non habebant, Theram sunt reversi. (3) At redeuntes telis repulerunt Theræi, nec adpellere ad terram passi sunt, sed retro navigare jusserunt. Illi igitur, necessitate coacti, navibus retro abierunt: et insulam condiderunt ad oram Libyae sitam, cui nomen (ut supra dictum) Platea. Dicitur autem haec insula pari esse magnitudine, atque nunc est urbs Cyrenaeorum.

CLVII. Hanc insulam postquam per biennium habitabant, quum nihil illis prospere cederet, uno suorum ibi relicto, reliqui omnes Delphos navigarunt: oraculumque adeuntes, responsum petiere, dicentes, Libyam se habitare, nec ideo melius secum agi. (2) Ad haec illis tale responsum Pythia dedit:

Si tu Libyam ovium nutricem melius nosti, [plentiam. qui non adisti, quam ego qui adii; valde miror tuam sa-

Quae Battus cum suis ubi audivit, retro navigavit: nec enim illos condenda colonia, quasi mandato satisfecissent, prius absolvit deus, quam in ipsam Libyam pervenissent. (3) Igitur postquam in insulam pervenerunt, recepto eo quem ibi reliquerant, in ipsa Libya e regione insulae locum eum condiderunt cui nomen Aziris; quem amoenissimi colles cum nemoribus et vallibus utrimque includunt, et ab altero latere amnis praeterfluit.

CLVIII. Hunc locum quum per sex annos incoluissent, septimo anno, precantibus indigenis, et meliorem in locum sese illos perducturos esse pollicentibus, persuasi sunt hunc relinquere. (2) Duxeruntque eos Libyes inde moventes occidentem versus: per pulcherrimam autem regionem, ne eam transeuntes Graeci viderent noctu eos transduxerunt, diei horam ita commensi: nomen huic regioni Irasa est. (3) Deinde eos ad fontem duxerunt, qui Apollini sacer per-

 compertum. (2) Nunc igitur, quum magnas res gerendas
 animo volvam, fac omnino me convenias, ut eas tecum
 communicem. » His verbis fidem habens Histiaeus, magni-
 que faciens regis esse consiliarius, Sardes pervenit. (3)
 Qui ubi in regis venit conspectum, his verbis eum Darius
 est adlocutus: «Histiaæ, ego te hac causa arcessivi. Simul
 atque e Scythia redii, tuque mihi fuisti ex oculis, protinus
 nullius alius rei tantum me desiderium cepit, quam tui vi-
 dendi, et tecum sermones miscendi; quippe gnarus, om-
 nium bonorum pretiosissimum esse virum amicum, qui
 tam intelligens sit, quam benevolus: quæ duo ego in te
 adversus res meas cognovi, incesseque tibi possum testari.
 (4) Quare bene fecisti quod ad me adveneris, tibi que ego
 hæc propono: missam fac Miletum, et recens conditam
 in Thracia urbem: me vero sequere Susa euntem, et habe
 quæ ego habeo, meusque esto commensalis et consiliarius. »

XXV. His dictis Darius, postquam Artaphernem, fra-
 trem suum eodem patre natum, præfectum nominaverat
 Sardium, Susa est profectus, Histiaem secum ducens.
 Copiis vero maritimæ oræ præsidentibus ducem nominavit
 Otanem; (2) cujus patrem Sisammen, unum ex iudicibus
 regis, Cambyzes rex, quod accepta pecunia injustam pro-
 nunciasset sententiam, interfecerat, interfectoque totam
 detraxerat pellem, et scissis ex detracta pelle loris intende-
 rat sellam, in qua ille sedens jus dixerat: quo facto rex
 filium ejusdem Sisamnæ, quem interfectum excoriaverat,
 in patris locum nominaverat iudicem, monitum ut recorda-
 retur quam in sella jus dicens sederet.

XXVI. Hic igitur Otanes, qui in illa sedere sella jussus
 erat, nunc successor imperii datus Megabazo, Byzantios

τῆς στρατηγίης Βυζαντίους τε εἶλε καὶ Καλχιδόνιους, εἶλε δὲ Ἀντανόρον τὴν ἐν τῇ Τρωάδι γῇ, εἶλε δὲ Λαμπώνιον, λαβὼν δὲ παρὰ Λαερτίων νέας εἶλε Λῆμνόν τε καὶ Ἰμβρόν, ἀμφοτέρως ἐτι τότε ὑπὸ Πελασγῶν οἰ-
6 κεομένης.

XXVII. (Οἱ μὲν δὲ Λῆμνιοι καὶ ἐμαχέσαντο εὖ καὶ ἀμυνόμενοι ἀνὰ χρόνον ἑκακώθησαν. Τοῖσι δὲ περιεῦ-
σι αὐτῶν οἱ Πέρσαι ὑπαρχον ἐπιστάσι Λυκάρητον τὸν
Μαιανδρίου τοῦ βασιλεύσαντος Σάμου ἀδελφεόν· οὗτος
10 ὁ Λυκάρητος ἄρχων ἐν Λήμνῳ τελευτᾷ.) (3) Αἰτίη δὲ
τούτου ἦδε· πάντας ἡνδραποδίζετο καὶ κατεστρέφετο,
τοὺς μὲν λιποστρατίης ἐπὶ Σκύθας αἰτιώμενος, τοὺς δὲ
σίνεσθαι τὸν Δαρείου στρατὸν τὸν ἀπὸ Σκυθῶν ὅπως
ἀποκομιζόμενον. Οὗτος μὲν νυν τοσαῦτα ἐξεργάσατο
15 στρατηγίῃσας.

XXVIII. Μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον ἄνεσις κακῶν
ἦν, καὶ ἤρχετο τὸ δεύτερον ἐκ Νάξου τε καὶ Μιλήτου
Ἴωσι γίνεσθαι κακά. (2) Τοῦτο μὲν γὰρ ἡ Νάξος
εὐδαιμονίῃ τῶν νήσων προέφερε, τοῦτο δὲ κατὰ τὸν
20 αὐτὸν χρόνον ἡ Μίλητος αὐτῇ τε ἐσωτῆς μάλιστα δὴ
τότε ἀκμάσασα, καὶ δὴ καὶ τῆς Ἰωνίης ἦν πρόσχημα,
κατύπερθε δὲ τούτων ἐπὶ οὓς γενεὰς ἀνδρῶν νοσήσασα
ἐς τὰ μάλιστα στάσι, μέχρι οὗ μιν Πάριοι κατήρτι-
σαν· τούτους γὰρ καταρτιστήρας πάντων Ἑλλήνων
25 εἶλοντο οἱ Μιλήσιοι.

XXIX. Κατήλλαξαν δὲ σφας ὧδε οἱ Πάριοι. Ὡς
ἀπείκοντο αὐτῶν ἄνδρες οἱ ἀριστοὶ ἐς τὴν Μίλητον,
ὥρεον γὰρ δὴ σφας δεινῶς οἰκοδορημένους, ἔφασαν
αὐτῶν βούλεσθαι διεξελθεῖν τὴν χώραν. (2) Ποιεῦντες
30 δὲ ταῦτα καὶ διεξιόντες πᾶσαν τὴν Μιλησίην, ὅπως τινὰ
ἴδοιεν ἐν ἀνεσθηκυῇ τῇ χώρῃ ἀγρὸν εὖ ἐξεργασμένον,
ἀπεγραφέατο τὸ οὐνομα τοῦ δεσπότης τοῦ ἀγροῦ. (2) Διεξ-
ελθόντες δὲ πᾶσαν τὴν χώραν καὶ σπανίους εὐρόντες
τούτους, ὡς τάχιστα κατέβησαν ἐς τὸ ἀστυ, ἀλὴν ποιησά-
35 μενοι ἀπέδεξαν τούτους μὲν τὴν πόλιν νέμειν τῶν εὐρὸν
τοὺς ἀγροῦς εὖ ἐξεργασμένους (δοκεῖν γὰρ ἔφασκαν καὶ τῶν
δημοσίων οὕτω δὴ σφας ἐπιμελήσεσθαι ὥσπερ τῶν
σφετέρων), τοὺς δὲ ἄλλους Μιλησίους τοὺς πρὶν στασιάζ-
ζοντας τούτων ἐταῖον πείθεσθαι. Πάριοι μὲν νυν οὕτω
40 Μιλησίους κατήρτισαν.

XXX. Τότε δὲ ἐκ τούτων τῶν πόλιων ὧδε ἤρχετο
κακὰ γίνεσθαι τῇ Ἰωνίῃ. Ἐκ Νάξου ἔφυγον ἄνδρες
τῶν παχέων ὑπὸ τοῦ δήμου, φυγόντες δὲ ἀπείκοντο ἐς
Μίλητον. (2) Τῆς δὲ Μιλήτου ἐτύγχανε ἐπίτροπος
45 εἶναι Ἀρισταγόρης ὁ Μολπαγόρεω, γαμβρός τε εἶναι καὶ
ἀνεψιός Ἰστιάου τοῦ Λυσαγόρεω, τὸν δὲ Δαρείος ἐν
Σούσοις κατεῖχε. Ὁ γὰρ Ἰστιάος τύραννος ἦν Μιλή-
του, καὶ ἐτύγχανε τούτων τὸν χρόνον εἶναι ἐν Σούσοις,
ὅτε οἱ Νάξιοι ἦλθον ξεῖνοι πρὶν ἔόντες τῇ Ἰστιάῳ. (3)
50 Ἀπικόμενοι δὲ οἱ Νάξιοι ἐς τὴν Μίλητον ἐδέοντο τοῦ
Ἀρισταγόρεω, εἰ πως αὐτοῖσι παράσχοι δύναμιν τινα
κατέλθοιεν ἐς τὴν ἐσωτῶν. Ὁ δὲ ἐπιτελάμενος
ὡς ἦν δι' ἐσωτοῦ κατέλθοιεν ἐς τὴν πόλιν ἄρξει τῆς
Νάξου, σκῆπιν δὲ ποιεύμενος τὴν ξεινίην τὴν Ἰστιάου,

cepit et Calchedonios : Autandrum item expugnavit in
Troade terra, et Lamponium : deinde, acceptis a Lesbii
navibus, Lemnum cepit et Imbrum, utramque per id tem-
pus adhuc a Pelasgis habitatam.

XXVII. (Lemnii igitur, fortiter quidem pugnantes resi-
stentesque per aliquod tempus, deinde male sunt adfecti.
Qui ex his reliqui fuere, his Lycaretus, Maandrii frater,
regis Sami, a Persis est praefectus. Is Lycaretus Lemno
imperans mortuus est.) (2) Causa autem haec erat : omnes
istos in servitutem redegit evertitque Otanes, in alios culpam
conferens quod desertores fuissent Scythicae expeditionis ; in
alios, quod exercitum vexassent Darii e Scythia reverten-
tem. Has ille res gessit, dum hoc ducatu functus est.

XXVIII. Brevis deinde malorum fuit intermissio ; sed
mox ex Naxo et Mileto exorta rursus mala sunt Ionibus.
(2) Naxos per id tempus omnes insulas opulentia superab-
bat. Eademque tempestate Miletus quum per se ipsa magis,
quam umquam, florebat, tum universae Ioniae princeps ha-
bebat. Superioribus vero temporibus eadem civitas per
duas hominum geuerationes seditionibus quammaxime
fuerat adflicta, donec res ejus composuerunt Parii : hos
enim ex omnibus Graecis conciliatores elegerant Milesii.

XXIX. Conciliarunt eos autem Parii hoc modo. Post-
quam cives ex his nobilissimi Miletum pervenerunt, quum
pessime apud illos administratam viderent rem domesticam,
dixerunt peragrarē se velle illorum regionem. (2) Quod ubi
fecerunt, totamque peragrarunt Milesiorum ditionem ; ubi-
cumque in desolata regione viderunt agrum bene cultum,
nomen ejus qui erat agri dominus scripto consignabant. (3)
Percursa universa regione, in qua quidem raros hos invene-
rant ; simulatque in urbem descenderunt, concione convo-
cata, hos ipsos designarunt qui civitatem administrarent,
quorum agros bene cultos repererant : videri enim, aie-
bant, eosdem rem etiam publicam eadem diligentia admini-
straturos, qua privatam rem suam administrassent. Reli-
quos vero Milesios, qui prius dissensionibus inter se con-
certaverant, hisce parere jusserunt. In hunc modum
Parii res composuerunt Milesiorum.

XXX. Tunc vero ex his, quas dixi, civitatibus mala
ceperunt Ioniae oriri hoc modo. E Naxo cives nonnulli
opulenti in exilium acti erant a populo, qui patria pulsi
Miletum venerunt. (2) Administrabat tunc Miletum Ari-
stagoras Molpagorae filius, gener et consobrinus Histiaei,
Lysagorae filii, quem per id tempus Susis Darius detinebat.
Fuit enim Histiaeus Mileti tyrannus, eratque tunc Susis
quum Naxii advenerunt, qui prius hospites fuerant Histiaei.
(3) Hi ubi Miletum venerunt, rogarunt Aristagoram, ut
militum aliquam manum sibi praebere qua adjuti in patriam
redirent. Et ille, secum reputans, si ipsius opera in pa-
triam hi rediissent, dominum se fore Naxi ; praetendens
Histiaei hospitium, his verbis cum eis egit : Ego quidem .

—ὄνδε σφι τὸν λόγον προσέφερε, « αὐτὸς μὲν ὑμῖν οὐ
 φερέγγυός εἰμι δύναμιν τοσαύτην παρασχεῖν ὥστε κα-
 τάγειν ἀεκόντων τῶν τὴν πόλιν ἔχόντων Ναξίων· πυν-
 θάνομαι γὰρ ὀκτακισχίλιον ἀσπίδα Ναξίοισι εἶναι καὶ
 1 πλοῖα μακρὰ πολλά· μηχανήσομαι δὲ πᾶσαν σπουδὴν
 ποιούμενος. (4) Ἐπινοῶ δὲ τῆδε. Ἀρταφέρνης μοι
 τυγχάνει εὖν φίλος, ὃ δὲ Ἀρταφέρνης Ὑστάσπew μὲν
 ἐστὶ παῖς, Δαρείου δὲ τοῦ βασιλέως ἀδελφεός, τῶν δ'
 ἐπιβαλασσίων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ ἄρχει πάντων, ἔχων
 10 στρατιήν τε πολλὴν καὶ πολλὰς νέας. Τούτων ὧν δοκέω
 τὸν ἄνδρα ποιήσειν τῶν ἂν χρῆζωμεν. » (5) Ταῦτα
 ἀκούσαντες οἱ Ναξιοὶ προσέθεσαν τῷ Ἀρισταγόρῃ πρῆσ-
 σαι τῇ δύναμει ἀρίστα, καὶ ὑπείσχεσθαι δῶρα ἐκέλευον
 καὶ δαπάνην τῇ στρατιῇ ὥς αὐτοὶ διαλύσοντας, ἐλπιδας
 15 πολλὰς ἔχοντας, ὅταν ἐπιφανέσῃ ἐς τὴν Νάξον, πάντα
 ποιήσιν τοὺς Ναξίους τὰ ἂν αὐτοὶ κελεύωσι, ὥς δὲ
 καὶ τοὺς ἄλλους νησιώτας· τῶν γὰρ νήσων τούτων τῶν
 Κυκλαδῶν οὐδεμία κω ἦν ὑπὸ Δαρείῳ.

XXXI. Ἀπικόμενος δὲ ὁ Ἀρισταγόρης ἐς τὰς Σάρ-
 20 δις λέγει πρὸς τὸν Ἀρταφέρνηα ὡς Νάξος εἴη νῆσος
 μεγάλῃ μὲν οὐ μεγάλη, ἄλλως δὲ καλὴ τε καὶ ἀγαθὴ
 καὶ ἀγχοῦ Ἰωνίης, χρήματα δ' ἐνὶ πολλὰ καὶ ἀνδρά-
 ποδα. « Σὺ ὦν ἐπὶ ταύτην τὴν χώραν στρατηλάτεις,
 κατάγων ἐς αὐτὴν τοὺς φυγάδας ἐξ αὐτῆς. (2) Καὶ
 25 τοὶ ταῦτα ποιήσαντι τοῦτο μὲν ἐστὶ ἐτοῖμα παρ' ἐμοὶ
 χρήματα μεγάλα πάρεξ τῶν ἀναισιμωμάτων τῇ στρα-
 τιῇ (ταῦτα μὲν γὰρ δίκαιον ἡμέας τοὺς ἀγοντας παρέ-
 χειν), τοῦτο δὲ νήσους βασιλεῖ προσκτήσεται αὐτὴν τε
 Νάξον καὶ τὰς ἐκ ταύτης ἡρημένους, Πάρον καὶ Ἀν-
 30 ὄρον καὶ ἄλλας τὰς Κυκλαδας καλεωμένας. (3) Ἐνθεῦ-
 τον δὲ ὁρμειώμενος εὐπετέως ἐπιθήσεται Εὐβοίῃ, νῆσῳ
 μεγάλῃ τε καὶ εὐδαίμονι, οὐκ ἐλάσσονι Κύπρῳ καὶ
 κάρτα εὐπετέι αἰρεθῆναι. Ἀποχρέουσι δὲ ἑκατὸν νέες
 ταύτας πάσας χειρώσασθαι. » (4) Ὁ δὲ ἀμείβετο
 35 αὐτὸν τοιοῦτε, « σὺ ἐς οἶκον τὸν βασιλέως ἐξηγητὴς
 γίνεαι πρηγμάτων ἀγαθῶν, καὶ ταῦτα εὖ παραινέεις
 πάντα, πλὴν τῶν νεῶν τοῦ ἀριθμοῦ· ἀντὶ δὲ ἑκατὸν
 νεῶν διηκόσιαι τοὶ ἐτοῖμοι ἔσονται ἅμα τῷ ἔαρι. Δεῖ
 δὲ τοῦτοισι καὶ αὐτὸν βασιλεῖα συνέπαινον γίνεσθαι. »

XXXII. Ὁ μὲν δὴ Ἀρισταγόρης ὡς ταῦτα ἤκουσε,
 40 περιχαρὴς εὖν ἀπῆε ἐς Μίλητον· ὃ δὲ Ἀρταφέρνης, ὥς
 οἱ πέμψαντι ἐς Σοῦσα καὶ ὑπερβέντι τὰ ἐκ τοῦ Ἀριστα-
 γόρῳ λεγόμενα συνέπαινος καὶ αὐτὸς Δαρείος ἐγένετο,
 παρεσκευάσατο μὲν διηκόσιαι τριήρεας, πολλὸν δὲ κάρτα
 45 ὁμιλον Περσέων τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων, (2)
 στρατηγὸν δὲ τούτων ἀπέδεξε Μεγαβάρτην ἄνδρα Πέρ-
 σην τῶν Ἀχαμενιδῶν, ἐκωτοῦ τε καὶ Δαρείου ἀνεψιόν,
 τοῦ Πausανίης δὲ Κλεομβρότου Λακεδαιμόνιος, εἰ δὲ
 50 ἀληθὴς γέ ἐστι ὁ λόγος, ὑστέρῳ χρόνῳ τούτων ἡρμόσα-
 ναι θυγατέρα, ἔρωτα σχὼν τῆς Ἑλλάδος τύραννος γενέ-
 σθαι. Ἀποδέξας δὲ Μεγαβάρτην στρατηγὸν Ἀρταφέρ-
 νης ἀπέστειλε τὸν στρατὸν παρὰ τὸν Ἀρισταγόρεα.

XXXIII. Παραλαβὼν δὲ ὁ Μεγαβάρτης ἐκ τῆς
 Μιλήτου τὸν τε Ἀρισταγόρεα καὶ τὴν Ἰάδα στρατιὴν

inquit, non tantam hominum manum polliceri vobis pos-
 sum, quæ sufficiat ad vos, invitatis his qui Naxum urbem
 nunc tenent, in patriam reducendos : audio enim octo
 millia cetratorum esse Naxiis, et longarum navium ma-
 gnum numerum. Operam vero dabo omni adhibito stu-
 dio. (4) In hunc autem modum rem perficere cogito. Est
 mihi amicus Artaphernes, Hystaspis filius, Darii regis
 frater, qui universæ præest oræ Asiæ, et numerosum habet
 exercitum, navesque multas : hunc virum puto, quod
 cupimus, esse effecturum. » (5) His auditis, Naxii manda-
 tum dant Aristagoræ, ut quam posset optime hanc rem
 perficiat, et dona polliceatur Artapherni, et stipendium
 militibus ab ipsis persolvendum : magnas quippe spes
 habebant, quando Naxi adparuissent, omnia facturos
 Naxios quæ ipsi jussissent, pariterque insulanos omnes :
 nulladum enim ex Cycladibus his insulis per id tempus in
 Darii erat potestate.

XXXI. Aristagoras ubi Sardes pervenit, cum Artapher-
 ne egit, memorans, esse Naxum insulam, non ita quidem
 amplam, alioqui vero pulcram bonamque, et Ionæ vici-
 nam : esseque in ea et opes magnas et multa mancipia. « Tu
 igitur, inquit, in hanc regionem mitte exercitum, qui exsul-
 es in eam reducat. (2) Id si feceris, partim, magnæ tibi a
 me præsto sunt pecuniæ, præter sumptus belli, quos æquum
 est ut nos, qui exercitum petimus, persolvamus : partim
 vero, insulas adquies regi, et ipsam Naxum, et ex illa pen-
 dentes Parum et Andrum, aliasque quæ Cyclades vocantur.
 (3) Inde vero impetu facto facile adgredieris Eubœam,
 amplam et opulentam insulam, Cypri haud minorem, et
 subactu admodum facilem. Sufficiunt autem naves cen-
 tum ad has omnes in regis redigendas potestatem. » (4)
 Respondet Artaphernes his verbis : « Tu vero, quæ ex uti-
 litate sunt regiæ domus proponis, et recte hæc omnia mo-
 nes, præterquam quod ad numerum spectat navium. Nam
 loco centum navium, paratæ tibi erunt primo vere ducentæ.
 Oportet vero hisce rebus etiam regis auctoritatem accedere. »

XXXII. His auditis, Aristagoras lætus Miletum rediit.
 Artaphernes vero, misso Susa nuncio, postulatisque Arista-
 goræ cum rege communicatis, postquam probavit rem ipse
 quoque Darius, ducentas instruxit triremes, magnamque
 admodum multitudinem et Persarum et sociorum contraxit,
 (2) ducentumque horum constituit Megabaten, virum Persam
 de genere Achæmenidarum, suum et Darii consobrinum ;
 eundem cujus filium Pausanias Lacedæmonius, Cleombroti
 filius, si vera fama est, postero tempore in matrimonium
 sibi desponsavit, cupiens tyrannus fieri Græciæ. Megabate
 duce constituto, exercitum istum ad Aristagoram misit
 Artaphernes.

XXXIII. Megabates, adsumtis ex Mileto Aristagora,
 et Ionico exercitu, et exsilibus Naxiis, navibus pro-

καὶ τοὺς Ναξίους ἐπλωε πρόφασιν ἐπ' Ἑλλησπόντου, ἐπεῖτε δὲ ἐγένετο ἐν Χίῳ, ἔσχε τὰς νέας ἐς Καύκασα, ὡς ἐνθεύεν βορέη, ἀνέμῳ ἐς τὴν Νάξον διαβάλοι. (2) Καὶ οὐ γὰρ ἔδεε τούτῳ τῇ στολῇ Ναξίους ἀπολέσθαι, 6 πρῆγμα τοῖόνδε συντηγέσθαι γενέσθαι. Περιόντος Μεγαβάτεω τὰς ἐπὶ τῶν νεῶν φυλακὰς, ἐπὶ νεὸς Μυνδίδης ἔτυχε οὐδεὶς φυλάσσειν· ὁ δὲ δεινὸν τι ποιησάμενος ἐκέλευσε τοὺς δορυφόρους ἔξευρόντας τὸν ἄρχοντα ταύτης τῆς νεὸς, τῷ οὐνόμα ἦν Σκύλαξ, τοῦτον δῆσαι διὰ 11 Ὀαλαμῆς διελόντας τῆς νεὸς κατὰ τοῦτο, ἔξω μὲν κεφαλὴν ποιῶντας, ἔσω δὲ τὸ σῶμα. (3) Δεθέντος δὲ τοῦ Σκύλακος, ἐξαγγέλλει τις τῷ Ἀρισταγόρῃ ὅτι τὸν ξεινὸν οἱ τὸν Μύνδιον Μεγαβάτης δῆσας λυμαίνοιτο. Ὁ δ' ἔλθων παραιτέτο τὸν Πέρσῃν, τυγχάνων δὲ οὐδενὸς 15 τῶν ἐδέετο, αὐτὸς ἔλθων ἔλυσε. (4) Πυθόμενος δὲ κάρτα δεινὸν ἐποίησατο ὁ Μεγαβάτης, καὶ ἐσπέρχετο τῷ Ἀρισταγόρῃ. Ὁ δὲ εἶπε, « σοὶ δὲ καὶ τούτοις τοῖσι πρῆγμασι τί ἐστι; οὐ σὲ ἀπέστειλε Ἀρταφέρνης ἕμῳ πείσεσθαι καὶ πλωεῖν τῇ ἂν ἐγὼ κελεύω; τί πολ- 20 λὰ πρήσσεις; » (5) Ταῦτα εἶπε Ἀρισταγόρης. Ὁ δὲ θυμωθεὶς τούτοις, ὡς νύξ ἐγένετο, ἔπεμπε ἐς Νάξον πλοῖον ἄνδρας φράσσοντας τοῖσι Ναξίοις πάντα τὰ παρ- ρέοντα σφί πρῆγματα.

XXXIV. Οἱ γὰρ ὧν Νάξιοι οὐδὲν πάντως προσεδέ- 25 κοντο ἐπὶ σφέας τὸν στολὸν τοῦτον ὁρμήσεσθαι. Ἐπεὶ μάλιστα ἐπιθόντο, αὐτίκα μὲν ἐσηνεύοντο τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ τεῖχος, παρεσκευάσαντο δὲ ὡς πολιορκη- σόμενοι καὶ σῖτα καὶ ποτὰ, καὶ τὸ τεῖχος ἐσάξαντο. (2) Καὶ οὗτοι μὲν παρεσκευάδατο ὡς παρεσόμενοι σφί 30 πολέμου, οἱ δ' ἐπεῖτε διέβαλον ἐκ τῆς Χίου τὰς νέας ἐς τὴν Νάξον, πρὸς πεφραγμένους προσεφέροντο καὶ ἐπο- λióρχεον μῆνας τέσσερας. (3) Ὡς δὲ τὰ τε ἔχοντες ἦλθον χρήματα οἱ Πέρσαι, ταῦτα καταδεσπότην σφί, καὶ αὐτῷ τῷ Ἀρισταγόρῃ προσαναίσιμωτο πολλὰ, τοῦ 35 πλευνὸς τε ἐδέετο ἡ πολιορκία, ἐνθαῦτα τεῖχεα τοῖσι ψυγὰς τῶν Ναξίων οἰκοδομήσαντες ἀπαλλάσσοντο ἐς τὴν ἡπειρον, κακῶς πρήσσοντες.

XXXV. Ἀρισταγόρης δὲ οὐκ εἶχε τὴν ὑπόσχεσιν τῷ Ἀρταφέρνηϊ ἐκπληρῶσαι· ἅμα δὲ ἐπέλεξεν ἡ δα- 40 πάνη τῆς στρατιῆς ἀπαιτεσμένη, ἀρρώδεε τε τοῦ στρα- τοῦ πρῆξαντες κακῶς καὶ Μεγαβάτῃ διαβεβλημένους, ἐδόκαε τε τὴν βασιλῆϊν τῆς Μιλήτου ἀπαιρεθῆσεσθαι. (2) Ἀρρωδέων δὲ τούτων ἕκαστα ἐβουλεύετο ἀπόστασιν· συνέπιπτε γὰρ καὶ τὸν ἐστιγμένον τὴν κεφαλὴν ἀπῆχθαι 45 ἐκ Σούσων παρ' Ἰστιάϊου, σημαίνοντα ἀπίστασθαι Ἀρισταγόρεα ἀπὸ βασιλέως. (3) Ὁ γὰρ Ἰστιάϊος βου- λόμενος τῷ Ἀρισταγόρῃ σημῆναι ἀποστῆναι ἄλλως μὲν οὐδαμῶς εἶχε ἀσφαλῆως σημῆναι ὥστε φυλασσομένων τῶν δούων, ὁ δὲ τῶν δούων τὸν πιστότατον ἀποζυγῆσας 50 τὴν κεφαλὴν ἔστειλε καὶ ἀνέμεινε ἀναφῶναι τὰς τρίχας, ὡς δὲ ἀνέφυσαν τάχιστα, ἀπέπεμπε ἐς Μίλητον ἐντει- λάμενος αὐτῷ ἄλλο μὲν οὐδὲν, ἐπεὶ δὲ ἀπῆκται ἐς Μίλητον, κελεύειν Ἀρισταγόρεα ζυρῆσαντά μιν τὰς 55 τρίχας κατιδέσθαι ἐς τὴν κεφαλὴν· τὰ δὲ στίγματα

fectus est quasi in Hellespontum navigatorus. Ubi vero prope Chium fuit, ad Caucasam continuavit naves, inde vento borea in Naxum trajecturus. (2) Ibi, quum non esset in fatis ut hac classe Naxii perderentur, res accidit huiusmodi. Dum custodias navium oblit Megabates, forte in nave Myndia nemo erat qui custodiam ageret. Qua re ille indignatus, iussit satellites quærere hujus navis præfectum, cui nomen erat Scylax, repertumque ita vincere, ut per thalamiam *(per foramen per quod infimi remi exstant)* navis suæ trajiceretur, capite extrorsum eminente, corpore versus interiora porrecto. (3) In hunc modum victo Scylace, renunciat aliquis Aristagoræ, hospitem Myndium a Megabate ita vinctum contumelioseque habitum esse. Et abijt ille ad Persam, veniam pro illo precans : a quo quum nihil impetrasset, ipse Myndiam navem adijt, illumque solvit. (4) Quo cognito indignatus Megabates, cum Aristagora exposulavit. Cui hic dixit : « Ad te vero quid hæc res pertinet? nonne te Artaphernes misit qui mihi pareas, navigesque quo ego jussero? rebus alienis quid te immisces? » (5) Hæc postquam dixit Aristagoras, iratus Megabates, ut nox advenit, navigio Naxum misit nonnullos, qui Naxiis omnia quæ ipsis imminerent significarent.

XXXIV. Neutiquam enim expectaverant Naxii, adversus se illam dirigi expeditionem. Postquam vero intellexerunt, continuo ad tolerandam obsidionem sese compararunt, rebus suis ex agris intra muros comportatis, urbeque et cibariis et potulentis, muro autem munimentis instructo. (2) Qui postquam ad sustinendum bellum erant instructi, hostes, ex Chio Naxum trajicientes, bene munitos sunt adgressi, et per quattuor menses obsederunt. (3) Sed absumptis pecuniis omnibus quas secum Persæ attulerant, multisque etiam insuper ab Aristagora insumptis, quum ad continuandam obsidionem pluribus adhuc esset opus, jam exsulis Naxiis castella exstruxerunt, et male adfecti in continentem se receperunt.

XXXV. Jam vero Aristagoras, quum promissa implere Artapherni non posset, simulque premeretur stipendio persolvendo, quod exercitus repetebat, timensque quod et exercitus male esset adfectus, et ipse odium incurrisset Megabata; denique existimans Mileti tyrannidem sibi iri eruptum : (2) hæc singula timens, defectionem cepit meditari. Acciderat enim forte per idem tempus, ut servus, cui caput punctis erat notatum, Susis ab Histieo adveniret, monens Aristagoram ut a rege deficeret. (3) Histieus enim, quum monere Aristagoram vellet ut defectionem moliretur, nec vero aliam ullam, qua ei rem tuto significaret, haberet rationem, quum viæ omnes essent interceptæ; servi caput, quem habuit fidelissimum, totondit, punctisque notavit; deinde expectavit donec succrevissent capilli. Hunc, simulatque capilli succreverant, Miletum misit, nihil aliud monitum, nisi ut, quum primum Miletum venisset, juberet Aristagoram capillos ipsius tundere, caput

ἐσθίμαινε, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται, ἀπόστασιν. (1) Ταῦτα δὲ ὁ Ἰστιαῖος ἐποίησε συμφορὴν ποιούμενος μεγάλην τὴν ἐωυτοῦ κατοχὴν τὴν ἐν Σούσοισι· ἀποστάσιος ὢν γινομένης πολλὰς εἶχε ἐπιβόας μετῴσασθαι ἐπὶ θάλασσαν, μὴ δὲ νεώτερόν τι ποιήσας τῆς Μιλήτου οὐδαμὰ ἐς αὐτὴν ἤξειν ἔτι ἐλογίζετο.

XXXVI. Ἰστιαῖος μὲν νυν ταῦτα διανοούμενος ἀπέπεμπε τὸν ἄγγελον, Ἀρισταγόρῃ δὲ συνέπιπτε τοῦ αὐτοῦ χρόνου πάντα ταῦτα συνελθόντα· ἐβουλεύετο ὢν μετὰ τῶν στασιωτέων, ἐκφύνας τὴν τι ἐωυτοῦ γνώμην καὶ τὰ παρὰ τοῦ Ἰστιαίου ἀπιγμένα. (2) Οἱ μὲν δὲ ἄλλοι πάντες γνώμην κατὰ τούτῳ ἐξεφέροντο, κελεύοντες ἀπίστασθαι· Ἐκαταῖος δ' ὁ λογοποιὸς πρῶτα μὲν οὐκ ἔα πολεμον βασιλεῖ τῶν Περσέων ἀναίρεσθαι, καταλέγων τὰ τε ἔθνεα πάντα τῶν ἤρχε Δαρεῖος καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπειθε, δεύτερα συνεβούλευε ποιεῖν ὅπως ναυκρατέες τῆς θαλάσσης ἔσονται. (3) Ἄλλως μὲν νυν οὐδαμῶς ἐφη λέγων ἐνορᾶν ἐσόμενον τοῦτο (ἐπίστασθαι γὰρ τὴν δύναμιν τὴν Μιλησίων ἐούσαν ἀσθενέα), εἰ δὲ τὰ χρήματα καταριθεῖν τὰ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Βραγχίδῃ, τὰ Κροῖσος ὁ Λυδὸς ἀνέθηκε, πολλὰς εἶχε ἐπιβόας ἐπικρατήσας τῆς θαλάσσης, καὶ οὕτω αὐτοῦ τε ἐξῆν χρήμασι χρᾶσθαι καὶ τοὺς πολεμίους οὐ συλῆσαι αὐτὰ· τὰ δὲ χρήματα ἦν ταῦτα μεγάλα, ὡς δεδήλωται μοι ἐν τῷ πρώτῳ τῶν λόγων. (4) Αὕτη μὲν δὲ οὐκ ἐνίκα ἡ γνώμη, ἐδόκεε δὲ ὅμως ἀπίστασθαι, ἔνα τε αὐτῶν πλώσαντα ἐς Μυοῦντα ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ ἀπὸ τῆς Νάξου ἀπελθόν, ἐὼν ἐνθαῦτα, συλλαμβάνειν πειρᾶσθαι τοὺς ἐπὶ τῶν νεῶν ἐπιπλῶντας στρατηγούς.

XXXVII. Ἀποπεμφθέντος δὲ Ἱητραγόρῳ κατ' αὐτὸ τοῦτο καὶ συλλαβόντος ὁδῶν Ὀλιατον Ἰβανώλιος Μυλασέα καὶ Ἰστιαῖον Τύμναιον Τερμερέα καὶ Κῶν Ἐρξάνδρου, τῷ Δαρεῖος Μυτιλήνην ἐδωρήσατο, καὶ Ἀρισταγόρῃ Ἡρακλείδῃ Κυμαῖον καὶ ἄλλους συγχούς, οὕτω δὲ ἐκ τοῦ ἐμφανέος δ' Ἀρισταγόρης ἀπεστήκεε, πᾶν ἐπὶ Δαρείῳ μηχανεύμενος. (2) Καὶ πρῶτα μὲν λόγῳ μετείς τὴν τυραννίδα ἰσονομίην ἐποίησε τῇ Μιλήτῳ, ὡς ἂν ἐκόντες αὐτῷ οἱ Μιλήσιοι συναπιστάτατο, μετὰ δὲ καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἰωνίῃ τούτῳ τοῦτο ἐποίησε, τοὺς μὲν ἐξελαύνων τῶν τυράννων, τοὺς δ' ἐλαβε τυράννους ἀπὸ τῶν νεῶν τῶν συμπλωσασέων ἐπὶ Νάξον, τούτους δὲ φίλα βουλούμενος ποιεῖσθαι τῆσι πόλεσι ἐξεδίδου, ἄλλον ἐς ἄλλην πόλιν παραδίδου, ὅθεν εἴη ἕκαστος.

XXXVIII. Κῶν μὲν νυν Μυτιληναῖοι ἐπέλτε τάχιστα παρελθόν, ἐξαγαγόντες κατέλευσαν, Κυμαῖοι δὲ τὸν σφέτερον αὐτῶν ἀπῆχαν· ὡς δὲ καὶ ἄλλοι οἱ πλεῖνες ἀπῆσαν. (2) Τυράννων μὲν νυν κατάπαυσις ἐγένετο ἀνὰ τὰς πόλεις, Ἀρισταγόρης δὲ ὁ Μιλήσιος ὡς τοὺς τυράννους κατέπαυσε, στρατηγούς ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων κελεύσας ἑκάστους καταστήσαι, δεύτερα αὐτὸς ἐς Λακεδαιμόνα τριήρεϊ ἀπόστολος ἐγένετο· ἔδεε γὰρ ὅτι συμμαχίης τινὸς οἱ μεγάλης ἐξευρεθῆναι.

XXXIX. Τῆς δὲ Σπάρτης Ἀναξανδρίδης μὲν ὁ

que inspicere. Significabant autem notæ, quemadmodum ante a me dictum est, defectionem esse molientiam. (4) Id Histiazus fecit, agerrime ferens Susis sese detineri: nam, defectio si exstisset, magnam spem habebat, ad mare se demissum iri; nihil autem novi moliente Mileto, nunquam se in illam rediturum existimaverat.

XXXVI. Hoc igitur machinatus Histiazus quum servum illum misisset, eodem tempore hæc omnia, eodem tendentia, Aristagoræ acciderunt. Deliberavit itaque cum suarum partium hominibus, hisque et sententiam suam, et quæ ei ab Histiazō advenerant, exposuit. (2) Ac cæteri quidem omnes in eandem ivere sententiam, defectionem probantes. Hecataeus vero, historiarum scriptor, statim quidem negavit bellum cum rege Persarum esse suscipiendum; et populos omnes commemorans quibus imperaret Darius, et potentiam regis. Deinde vero, ubi hoc eis non persuasit, secundo loco hortatus illos est, operam darent ut navibus maris tenerent imperium. (3) Quum autem intelligat (sic verba facere perrexit) quam sint tennes Milesiorum vires, nullam se aliam perspicere viam qua eo possint pervenire, nisi si pecuniæ auferantur e templo quod est in Branchidis, quas Cræsus Lydus ibi deposuisset: id si fecissent, magnam se spem habere, posse ipsos maris obtinere imperium; atque ita et ipsos pecunias habituros, quibus utantur, et hostes illas non direpturos. Ingentes autem illæ pecuniæ erant, quemadmodum in primo Iliarum Historiarum libro monstravimus. (4) At hæc quidem non vicit sententia, nihilo minus vero placuit deficere; simulque decreverunt, unum e suorum numero navi Myntem mittere ad exercitum, qui, ex quo Naxum reliquerat, eo loci versabatur: ibi legatus ille operam daret, ut duces eorum qui in navibus essent prehenderet.

XXXVII. Missus est ad hoc ipsum perficiendum Iatragoras: isque dolo comprehendit Oliatum Ibanolis filium, Mylasensem, et Histiazum Tymnæ filium Termerensem, et Coen Erxandri, cui Darius Mytilenem dono dederat, et Aristagoram Heraclidæ filium Cymæum, multosque item alios. Atque ita ex professo defecit Aristagoras, quilibet moliens adversus Dariū. (2) Ac statim quidem, verbo certe, abdicavit tyrannidem, et juris æqualitatem proposuit Mileti civibus, quo libentius Milesii cum ipso deficerent. Deinde in reliqua Ionia idem fecit, tyrannos civitatibus expellens quos vero ex navibus prehenderat quæ expeditionis sociæ fuerant in Naxum susceptæ, hos, gratum facturus civitatibus, suæ cuiusque civitatis civibus tradidit.

XXXVIII. Et Coen quidem Mytilenæ, simul atque illius compotes sunt facti, ex urbe eductum lapidibus obruerunt. Cymæi vero suum dimiserunt incolumem: pariterque alii etiam plerique suos dimiserunt. (2) Atque ita tyrannis liberatæ sunt Igniæ civitates. Quibus submotis, Aristagoras Milesius in unaquaque civitate jussit prætorem constitui; deinde vero ipse Lacedæmonem suscepit legationem, triremi profectus: opus enim ei erat magnam aliquam comparare armorum societatem.

XXXIX. Spartæ per id tempus non amplius in vivis erat

Λέοντος οὐκέτι περιεὼν ἐδασίλευε, ἀλλὰ ἐτετελευτήκει, Κλεομένης δὲ ὁ Ἀναξανδρίδῳ εἶχε τὴν βασιληίην, οὐ κατ' ἀνδραγαθίην σχῶν, ἀλλὰ κατὰ γένος. Ἀναξανδρίδῃ γὰρ ἔχοντι γυναῖκα ἀδελφεῆς ἐωυτοῦ θυγατέρα, καὶ
 5 ἰούσης ταύτης οἱ καταθυμῆς, παῖδες οὐκ ἐγίνοντο. (2) Τοῦτου δὲ τοιοῦτου ἐόντος οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐπικαλεσάμενοι αὐτὸν, « εἰ τοι σύ γε σεωυτοῦ μὴ προορῆς, ἀλλ' ἡμῖν τοῦτο ἐστὶ οὐ περιοπτόν, γένος τὸ Εὐρυσθένης γενέσθαι ἐξίτηλον. Σὺ νυν τὴν μὲν ἔχεις γυναῖκα, ἐπεί-
 10 τε τοι οὐ τίκτει, ἔξεο, ἄλλην δὲ γῆμον· καὶ ποίειν ταῦτα Σπαρτιήτης ἀδύσεις. » (3) Ὁ δ' ἀμείβετο φᾶς τούτων οὐδέτερά ποιήσεις, ἐκείνους τε οὐ καλῶς συμβουλεύειν παραινέοντας, τὴν ἔχει γυναῖκα ἐοῦσαν ἀναμάρτητον ἐωυτῷ, ταύτην ἀπέντα ἄλλην ἐσαγαγέσθαι.
 15 οὐδέ σφι πείσεσθαι.

XL. Πρὸς ταῦτα οἱ ἔφοροι καὶ οἱ γέροντες βουλευσάμενοι προσέφερον Ἀναξανδρίδῃ τάδε, « ἐπεὶ τοίνυν περιεχόμενον σε δρέμεν τῆς ἔχεις γυναικὸς, σὺ δὲ ταῦτα ποίεις, καὶ μὴ ἀντίβαινε τούτοις, ἵνα μὴ τι ἄλ-
 20 λοῖον περὶ σεῦ οἱ Σπαρτιῆται βουλευσώνται. (2) Γυναικὸς μὲν τῆς ἔχεις οὐ προσδεόμεθα σευ τῆς ἐξέσιος· σὺ δὲ ταύτην πάντα ὅσα νῦν παρέχεις πάρεχε, καὶ ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἐσάγαγε γυναῖκα τεκνοποιόν. » Ταῦτά κη λεγόντων συνεζώρῃσε ὁ Ἀναξανδρίδης, μετὰ δὲ γυ-
 25 ναῖκας ἔχων δύο διζὰς ἰστίας οἰκεε, ποίειν οὐδαμὰ Σπαρτιητικά.

XLI. Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος ἡ ἐσύστηρον ἐπελθοῦσα γυνὴ τίκτει τὸν δὴ Κλεομένην τοῦτον. Καὶ αὕτη τε ἐπεδρον βασιλεῖα Σπαρτιήτης ἀπέβαινε,
 30 καὶ ἡ προτέρη γυνὴ τὸν πρότερον χρόνον ἀτοκος ἐοῦσα τότε κως ἐκύησε, συντυχήν ταύτη χρησαμένη. (2) Ἐχουσαν δὲ αὐτὴν ἀληθεὶ λόγῳ οἱ τῆς ἐπελθούσης γυναικὸς οἰκῆτοί πυθόμενοι ὥχλειον, φάμενοι αὐτὴν κομπεῖν ἄλλως βουλευμένην ὑποβαλέσθαι. (3) Δεινὰ δὲ
 35 ποιεύντων αὐτῶν, τοῦ χρόνου συντάμνοντες, ὑπ' ἀπιστίας οἱ ἔφοροι τίκτουσαν τὴν γυναῖκα περιζόμενοι ἐφύλαξαν. Ἡ δὲ ὡς ἔτεκε Δωριέα, ἰθὺς ἴσχει Λεωνίδα, καὶ μετὰ τοῦτον ἰθὺς ἴσχει Κλεόμβροτον· οἱ δὲ καὶ διδύμους λέγουσι Κλεόμβροτόν τε καὶ Λεωνίδα γενέ-
 40 σθαι. (4) Ἡ δὲ Κλεομένην τεκοῦσα καὶ τὸ δεύτερον ἐπελθοῦσα γυνὴ, ἐοῦσα θυγάτηρ Πρινητάδῳ τοῦ Δημαρμένου, οὐκέτι ἐτίκτε τὸ δεύτερον.

XLII. Ὁ μὲν δὴ Κλεομένης, ὡς λέγεται, ἦν τε οὐ φρενήρης ἀκρομανής τε, ὁ δὲ Δωριεὺς ἦν τῶν ἡλικίων
 45 πάντων πρῶτος, εὖ τε ἡπίστατο κατ' ἀνδραγαθίην αὐτὸς σήγῃων τὴν βασιληίην. (2) Ὡστε ὦν οὕτω φρονέων, ἐπειδὴ ὁ τε Ἀναξανδρίδης ἀπέθανε καὶ οἱ Αλακεδαμόνιοι χρεώμενοι τῷ νόμῳ ἐστῆσαντο βασιλεῖα τὸν πρεσβύτατον Κλεομένην, ὁ Δωριεὺς δεῖνόν τε ποιεύμενος
 50 καὶ οὐκ ἀξίῳ ὑπὸ Κλεομένης βασιλεύεσθαι, αἰτήσας ληδὸν Σπαρτιήτας ἦγε ἐς ἀποικίην, οὔτε τῷ ἐν Δελφοῖσι χρηστηρίῳ χρησάμενος ἐς ἤντινα γῆν κτίσων ἦν, οὔτε ποιήσας οὐδὲν τῶν νομιζόμενων. (3) Οἷα δὲ βαρέως φέρων, ἀπῆγε ἐς τὴν Λιβύην τὰ πλοῖα· κατηγέοντο δὲ

rex Anaxandrides, Leontis filius : sed, hoc mortuo, Cleomenes, Anaxandridæ filius, regnum tenebat; non virtutis aliquo specimine, sed nativitatís sorte illud consecutus. Habuerat Anaxandrides in matrimonio fratris sui filiam, quæ cara ei erat, sed liberos nullos pepererat. (2) Quod quum ita esset, ephori ei ad se vocato dixere : « Quandoquidem tu tibi ipse non prospicis, nostri est officii, genus Eurysthenis non pati interire. Tu igitur hanc quam habes uxorem, quoniam tibi liberos non parit, dimitte, et duc aliam : id si feceris, Spartiatis gratum feceris. » (3) At ille respondens ait, neutrum se facturum : nec enim recte illos consulere, sese hortantes ut dimissa, quam habeat, uxore innoxia, aliam ducat; itaque se illis non parituro.

XL. Ad hæc ephori et seniores, re deliberata, hæc Anaxandridæ proposuerunt : « Quoniam igitur, inquit, videmus te amore uxoris tuæ captum, at tu hoc fac, nec huic te oppone conditioni, ne secius quidpiam de te decernant Spartani. (2) Non amplius postulamus, ut uxorem, quam habes, dimittas : præsta vero huic porro quæ adhuc ei præstitisti; sed aliam, præter hanc, domum duc uxorem, quæ liberos tibi pariat. » His fere ab illis dictis adsensus est Anaxandrides; et aliquanto post, alia insuper ducta uxore, duas habitavit domos, nequaquam ex more Spartanorum

XLI. Haud multo interjecto tempore, uxor postmodum ducta peperit huncce Cleomenem. At, dum hæc futurum regni successorem Spartanis in lucem edit, forte fortuna contigit, ut prior uxor, quæ adhuc sterilis fuerat, gravida esset. (2) Huic, quum revera prægnans esset, re cognita, turbas ciebant cognati posterioris uxoris, dicentes frustra illam gloriari, vellemque supponere solem. (3) Itaque his indigne rem ferentibus, instante partus tempore, increduli ephori parientem mulierem circumsedentes observabant. At illa peperit Dorieum; moxque iterum Leonidam; moxque rursus Cleombrotum : dicunt etiam nonnulli, gemellos fuisse Cleombrotum et Leonidam. (4) At posterius ducta uxor, mater Cleomenis, quæ Prinetaadæ filia erat, Demarmeni neptis, post Cleomenem nullos alios liberos peperit.

XLII. Et Cleomenes quidem, ut narrant, mentis haud satis erat compos, ac fere furiosus. Dorieus vero inter æquales primus erat; satisque speraverat, pro sua virtute regnum se adepturum. (2) Hanc spem alens, quum mortuo Anaxandride Spartani ex lege regem constituissent majorem natu Cleomenem, indigne rem ferens Dorieus, et sub Cleomenis vivere nolens imperio, postulata a Spartanis multitudine quadam ex plebe, colonos hos eduxit, non consulto Delphis oraculo quamnam in terram iret conditurus coloniam, neque aliud quidquam ex civitatis instituto ante exsecutus. (3) Sed, indignatus ut erat, ad Africam dirigit naves, ducibus usus civibus nonnullis Theracis. Ubi ad

οὐ ἄνδρες Θηραῖοι. Ἀπικόμενος δ' ἐς Κύνυπα, οἴκισε
χώρον κάλλιστον τῶν Λιθύων παρὰ ποταμόν. Ἐξελα-
θείς δὲ ἐνθεῦτεν τρίτῃ ἔτει ὑπὸ Μακέων τε Λιθύων καὶ
Καρρχηδονίων ἀπῆκετο ἐς Πελοπόννησον.

5 XLIII. Ἐνθαῦτα δὲ οἱ Ἀντιχάρης ἀνὴρ Ἐλεώνιος
συνεβούλευσε ἐκ τῶν Λαίου χρησμῶν Ἡράκλειαν τὴν
ἐν Σικελίῃ κτίζειν, φάς τὴν Ἑρικός χώρην πᾶσαν εἶναι
Ἡρακλειδῶν αὐτοῦ Ἡρακλέος κτησαμένου. (2) Ὁ
δὲ ἀκούσας ταῦτα ἐς Δελφοὺς οἶγγοτο χρησόμενος τῷ
10 χρηστηρίῳ, εἰ αἰρεῖ ἐπ' ἣν στέλλεται χώραν ἡ δὲ
Πυθίη οἱ χρᾶ ἀίρῃσιν. Παραλαβὼν δὲ ὁ Δωριεὺς τὸν
στολὸν τὸν καὶ ἐς Λιθύην ἤγε, ἐκομίζετο παρὰ τὴν Ἰ-
ταλίην.

XLIV. Τὸν χρόνον δὲ τοῦτον, ὡς λέγουσι Συβα-
15 ρῖται, σφέας τε αὐτοὺς καὶ Τῆλυν τὸν ἐσσιτῶν βασιλέα
ἐπὶ Κρότωνᾳ μέλλειν στρατεύεσθαι, τοὺς δὲ Κροτωνιῆ-
τας περιδεῖας γενομένους δεηθῆναι Δωριέος σφίσι τι-
μωρῆσαι καὶ τοῦ γένει δεηθέντας· συστρατεύεσθαί τε δὴ
ἐπὶ Σύβαριν Δωριέα καὶ συνελέειν τὴν Σύβαριν. (2)
20 Ταῦτα μὲν νυν Συβαρῖται λέγουσι ποιῆσαι Δωριέα τε
καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, Κροτωνιῆται δὲ οὐδένα σφίσι φασὶ
ξείνων προσεπιλαβέσθαι τοῦ πρὸς Συβαρίτας πολέμου
εἰ μὴ Καλλίην τῶν Ἰαμιδῶν μάντιν Ἥλειον μῶνον,
καὶ τοῦτον τρόπῳ τοιῷδε· παρὰ Τήλυος τοῦ Συβαρι-
25 τέων τυράννου ἀποδράντα ἀπικέσθαι παρὰ σφέας, ἐπεὶ τε
οἱ τὰ ἱρὰ οὐ προεχώρει χρῆστὰ θυομένην ἐπὶ Κρότωνᾳ.

XLV. Ταῦτα δ' αὖ οὗτοι λέγουσι. Μαρτύρια δὲ
τοῦτων ἑκάτεροι ἀποδεικνῦσι τάδε, Συβαρῖται μὲν τέ-
μενός τε καὶ νῆον ἔοντα παρὰ τὸν ξηρὸν Κραθῖν, τὸν
31 ἰδρύσασθαι συνελόντα τὴν πόλιν Δωριέα λέγουσι Ἀθη-
ναίῃ ἐπωνύμῳ Κραθίῃ· τοῦτο δὲ αὐτοῦ Δωριέος τὸν
θάνατον μαρτύριον μέγιστον ποιεῦνται, ὅτι παρὰ τὰ
μεμνητευμένα ποιεῖν διεφάρη· εἰ γὰρ δὴ μὴ παρέ-
πρηξε μηδὲν, ἐπ' ὃ δὲ ἐσταλὴ ἐποίησε, εἴλε ἀν τὴν Ἑρ-
35 κύνην χώραν καὶ ἔλιν κατέσχε, οὐδ' ἀν αὐτός τε καὶ
ἡ στρατιὴ διεφάρη. (3) Οἱ δ' αὖ Κροτωνιῆται ἀπο-
δεικνῦσι Καλλίην μὲν τῷ Ἥλειῳ ἐξαίρετα ἐν γῇ τῇ
Κροτωνιῆτιδι πολλὰ δοθέντα, τὰ καὶ ἐς ἐμὲ ἐπὶ ἐνέ-
μοντο οἱ Καλλίει ἀπόγονοι, Δωριεῖ δὲ καὶ τοῖσι Δω-
41 ριέος ἀπογόνοισι οὐδέν· καίτοι εἰ συνεπελάβετό γε
τοῦ Συβαριτικοῦ πολέμου Δωριεὺς, δοθῆναι ἂν οἱ
πολλαπλήσια ἢ Καλλίῃ. Ταῦτα μὲν νυν ἑκάτεροι αὐ-
τῶν μαρτύρια ἀποφαίνονται· καὶ πάρεστι, ὁκοτέροισι
τις πείθεται αὐτῶν, τούτοις προσχωρεῖν.

45 XLVI. Συνέπλων δὲ Δωριεῖ καὶ ἄλλοι συγχτίσται
Σπαρτιητέων, Θεσσαλός καὶ Παραβιάτης καὶ Κελέης
καὶ Εὐρυλέων, οἱ ἐπείτε ἀπῆκοντο παντὶ στολῷ ἐς τὴν
Σικελίην, ἀπέθανον μάχῃ ἐσσιυθέντες ὑπὸ τε Φοινίκων
καὶ Ἑγεσταίων· μόνος δὲ γε Εὐρυλέων τῶν συγκτι-
50 στέων περιεγένετο τοῦτου τοῦ πάθεος. (2) Συλλαβὼν
δὲ οὗτος τῆς στρατιᾶς τοὺς περιγενομένους ἔσχε Μι-
νώην τὴν Σελινουσίων ἀποικίην, καὶ συνηλευθέρου Σε-
λινουσίου τοῦ μουνάρχου Πειθαγόρου. (3) Μετὰ δὲ,
ὡς τοῦτον κατείλε, αὐτὸς τυραννίδι ἐπεχείρησε Σελι-

Cinypem pervenit, condidit locum Libyæ pulcherrimum juxta
flumen. Inde vero ejectus tertio anno a Macis Libybus et
Carthaginensibus, in Peloponnesum rediit.

XLIII. Ibi Antichares, civis Eleonius, ex Laii oraculis
consilium ei dedit, ut Heracleam in Sicilia conderet; dicens
universam Erycis regionem Heraclidarum esse, quippe ab
ipso Hercule adquisitam. (2) Quo audito, Delphos profe-
ctus Dorieus, quarit ex oraculo, an potiturus sit terra quam
adire cogitaret; et Pythia, potiturum ea, respondit. Sumpta
itaque classe et multitudine, quam eandem in Africam du-
xerat, Italiam est præfervectus.

XLIV. Per id tempus, ut memorant Sybaritæ, ipsi et rex
ipsorum Telys in eo erant ut adversus Crotonem arma mo-
verent: et Crotoniatæ, metu perculti, rogarunt Dorieum ut
opem sibi ferret, idque ab illo impetrarunt. Sic cum illis ad-
versus Sybarin profectus est Dorieus, et una cum illis Syba-
rin cepit. (2) Hoc igitur a Dorieo, et his qui cum eo erant,
gestum esse aiunt Sybaritæ: Crotoniatæ vero adfirmant,
neminem peregrinum belli contra Sybaritas suscepti socium
sibi fuisse, nisi unum Calliam, vatem Eleum, ex Iamida-
rum familia; eumque hac ratione, quod a Tely, Sybarita-
rum tyranno, ad se profugisset, quum sacrificanti adversus
Crotonem sacra parum prospera evenissent.

XLV. Hoc quidem Crotoniatæ dicunt. Testimonia autem
dictorum hæc adierunt utrique: Sybaritæ quidem, partim
testantur agrum sacrum atque templum prope siccam Cra-
thin; quæ Minervæ, cognomine Crathiae, dedicata esse aiunt
a Dorieo, postquam consociatis armis cum Crotoniatis Sy-
barin cepisset; partim ipsius Doriei mortem ut maximum
adferunt argumentum, quippe quem periisse aiunt eo quod
contra vaticinia fecisset: qui si nihil deliquisset, sed id
fecisset ad quod missus erat, cepisset Erycinam terram, et
captam obtinisset, neque ipse cum suo exercitu fuisset
interemptus. (2) Contra Crotoniatæ multa monstrant in
Crotoniensi agro eximie donata Calliæ Eleo, quæ ad meam
usque ætatem posterii Calliæ possederunt: Dorieo vero
ejusque posteris nihil esse donatum; cui tamen, si socius
fuisset Sybaritici belli, multo plura quam Calliæ fuissent
donata. Hæc utrique proferunt testimonia; quorum utris
fidem quisque habuerit, his accedat licet.

XLVI. Navigarunt autem cum Dorieo alii quoque Spar-
tani, condendæ coloniæ socii, Thessalus, et Parabates, et
Celeas et Euryleon. Qui postquam cum universo adparatu
in Siciliam pervenerunt, periire prælio superati a Pœnis
et Egestanis. Unus sociorum illorum huic cladi superstes
fuit Euryleon. (2) Is, collectis copiarum reliquiis, Minoam
tenuit, Selinusiurum coloniam, et Selinusiis operam suam
contulit, ut Pithagora monarcho liberarentur. (3) Postea
vero, hoc sublato, tyrannidem Selinuntis ipse invasit, eam.

νοῦντος, καὶ ἐμουνάρχησε χρόνον ἐπ' ὀλίγον· οἱ γὰρ μιν Σελινούσιοι ἐπαναστάσαντες ἀπέκτειναν καταργόντα ἐπὶ Διὸς ἀγοραίου βωμόν.

XLVII. Συνέσπετο δὲ Δωριεῖ καὶ συναπέθανε

Φίλιππος ὁ Βουτακίδεω Κροτωνιήτης ἀνὴρ, ὃς ἀρμολύμενος Τήλυος τοῦ Συβαρίτεω θυγατέρα ἔρυγε ἐκ Κρότωνος, ψευθεὶς δὲ τοῦ γάμου οἶχετο πλόων ἐς Κυρήνην, ἐκ ταύτης δὲ ὁρμώμενος συνέσπετο οἰκλήτῃ τε τριήρει καὶ οἰκλήτῃ ἀνδρῶν δαπάνῃ, ἔων τε Ὀλυμπίωνίης καὶ κάλλιτος Ἑλληνῶν τῶν κατ' ἐωυτόν. (2) Διὰ δὲ τὸ ἐωυτοῦ κάλλος ἡνέικατο παρ' Ἑγεσταίων τὰ οὐδεὶς ἄλλος· ἐπὶ γὰρ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἡρώϊον ἰδρυσάμενοι θυσίησι αὐτὸν ἱλάσκονταί.

XLVIII. Δωριεὺς μὲν νυν τρόπῳ τοιοῦτῳ ἐτελεύτησε· εἰ δὲ ἡνέσχετο βασιλευόμενος ὑπὸ Κλεομένεος καὶ κατέμενε ἐν Σπάρτῃ, ἐθαύλαυε ἂν Λακεδαιμόνιος· οὐ γὰρ τινα πολλὸν χρόνον ἤρξε ὁ Κλεομένης, ἀλλ' ἀπέθανε ἄπαις, θυγατέρα μόνην λιπὼν, τῇ οὐνομα ἦν Γόργω.

XLIX. Ἀρικνέεται δ' ὧν ὁ Ἀρισταγόρης ὁ Μιλήτου τύραννος ἐς τὴν Σπάρτην Κλεομένεος ἔχοντος τὴν ἀρχήν· τῷ δὲ ἐς λόγους ἦγε, ὡς Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, ἔχων γάλακτον πίνακα ἐν τῷ γῆς ἀπάσης περιόδος ἐνετέμνητο καὶ θάλασσά τε πᾶσα καὶ ποταμοὶ πάντες. (2) Ἀρικνεύμενος δὲ ἐς λόγους ὁ Ἀρισταγόρης εἰπε πρὸς αὐτὸν τάδε, «Κλεομένεες, σπουδὴν μὲν τὴν ἐμὴν μὴ θωμάσης τῆς ἐνθαῦτα ἀπίσιος· τὰ γὰρ κατήχοντά ἐσσι τοιαῦτα. Ἰώνων παῖδας δούλους εἶναι ἀντ' ἐλευθέρων ὄνειδος καὶ ἄλγος μέγιστον μὲν αὐτοῖσι ἡμῖν, ἐτι δὲ τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὅσω προέστατε τῆς Ἑλλάδος. (3) Νῦν ὧν πρὸς θεῶν τῶν Ἑλληνίων ῥύσασθε Ἰωνας ἐκ δουλοσύνης, ἀνδρας δαίμονας. Εὐπετέως δὲ ὑμῖν ταῦτα ὁἶα τε χωρεῖν ἐστί· οὔτε γὰρ οἱ βάρβαροι ἄλκιμοι εἰσι, ὑμεῖς τε τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐς τὰ μέγιστα ἀνήκετε ἀρετῆς πέρι. (4) Ὡς τε μάχῃ αὐτῶν ἐστί τοιγάρ, τόξα καὶ αἰχμὴ βραχέα· ἀναξυρίδας δὲ ἔχοντες ἔρχονται ἐς τὰς μάχας καὶ κυρδασίας ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι· οὕτω εὐπετέες χειρωθῆναι εἰσὶ. Ἔστι δὲ καὶ ἀγαθὰ τοῖσι τὴν ἡπειρον ἐκείνην νεμομένοις ὅσα οὐδὲ τοῖσι συνάπασι ἄλλοις, ἀπὸ χρυσοῦ ἀρξαμένοις, ἄργυρος καὶ χαλκὸς καὶ ἐσθῆς ποικίλη καὶ ὑποζύγια τε καὶ ἀνδράποδα· τὰ θυμῷ βουλόμενοι αὐτοὶ ἂν ἔχοιτε. (5) Κατοικέεται δὲ ἀλλήλων ἐρόμενοι ὡς ἐγὼ φράσω. Ἰώνων μὲν τῶνδε οἶδε Λυδοὶ, οἰκούντες τε χώραν ἀγαθὴν καὶ πολυαργυρώτατοι ἰόντες. » Δεικνὺς δὲ εἶπε ταῦτα ἐς τῆς γῆς τὴν περίοδον, τὴν ἐφέρετο ἐν τῷ πίνακι ἐνετέμνημένην. «Λυδῶν δὲ» εἶπεν λέγων ὁ Ἀρισταγόρης «οἶδε ἔχονται Φρύγες οἱ πρὸς τὴν ἡῶν, πολυπροδατώτατοι τε ἰόντες ἀπάντων τῶν ἐγὼ οἶδα καὶ πολυκαρπώτατοι. (6) Φρυγῶν δὲ ἔχονται Καππαδόκαι, τοὺς ἡμεῖς Συρίους καλεῖμεν. Τοῦτοισι δὲ πρόσουροι Κίλικες, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν τήνδε, ἐν τῇ ἦδε Κύπρος νῆσος κέεται· οἱ πεντακόσια τάλαντα βασιλεῖ τὸν ἐπέτзон φόρον ἐπιτελεῦσι. (7) Κι-

que per breve tempus obtinuit : nam insurrectione facta interfecerunt eum Selinusii, tametsi ad Forensis Jovis aram profugerat.

XLVII. Secutus Dorieum erat et cum eo periit etiam Philippus, Butacidae filius, civis Crotoniata. Is quum sibi desponsasset Telyis filiam, Sybaritarum regis, Crotone profugerat : frustratus autem nuptiis, relicta Italia Cyrenen navigaverat. Inde profectus, secutus erat Dorieum propria triremi, suo sumptu militibus instructa : vir qui in Olympicis certaminibus victoriam reportaverat, et formosissimus omnium suae ætatis Græcorum. (2) Hic ob formæ præstantiam ab Egestanis consecutus est, quod nemo alius : hi enim super ejus sepulcro Heroum erexerunt, et sacrificiis eum placant.

XLVIII. Hunc finem habuit Dorieus : qui si sustinisset sub Cleomenis vivere imperio et Spartæ manere, ipse rev easisset Lacedæmonis. Neque enim diu admodum regnavit Cleomenes, sed mortuus est nulla prole relicta, nisi una filia, cui nomen erat Gorgo.

XLIX. Hoc igitur regnante Cleomene Spartam venit Aristagoras, Mileti tyrannus. Is regem conveniens, secum adferebat, ut narrant Lacedæmonii, æneam tabulam, in qua totius terræ circuitus erat incisus, et mare universum, fluvique omnes. (2) Ubi in colloquium venit regis, hæc ad eum verba fecit : « Cleomenes, ne meum studium te conveniendi mireris ; talia enim sunt tempora. Servos esse Ionum filios, qui liberi esse debebant, probum et dolor maxime quidem est nobis ipsis, verum etiam, præter cæteros Græcos, tanto magis vobis, quoniam principes estis Græciæ. (3) Nunc igitur, per deos te oro Græciæ præsides, e servitute vindicate Ionas, consanguineos vestros. Facile est autem vobis hoc exsequi. Nec enim fortes viri sunt barbari ; vos vero bellicæ virtutis ad summum fastigium pervenistis. (4) Pugnae genus autem illorum hoc est, arcus et breve spiculum. Braccis induti [non scutis tecti] in prælium eunt et tiaras [pro galeis] in capite gestant : ita superatu sunt faciles. Sunt autem continentem illam habitantibus bona, quanta non sunt aliis omnibus hominibus simul sumptis : aurum statim, tum argentum, et æs, et vestis variegata, et jumenta, et mancipia : quibus vos, si modo libuerit, potiemin. (5) Habitant autem, alius populus alterum attingens sic, quemadmodum ego dicam. Juxta Ionas hosce habitant hi Lydi, terram tenentes bonam et argento abundantem. » Hæc dicens, digito monstravit regionem in illo terræ circuitu, quem æri incisum secum attulerat. « Lydis vero (sic dicere perrexit) contigui sunt versus orientem Phryges hi, et armentis et terræ frugibus opulentissimi omnium, quos equidem novi, populorum. (6) Phrygibus proximi sunt Cappadoces, quos Syrius nos vocamus : hisque finitimi Cilices, ad mare hocce pertinentes, in quo Cyprus hæc insula est ; qui quingenta talenta annum tributum pendunt regi. (7) Cilices at-

λίων δὲ τῶνδε ἔχονται Ἀρμένιοι οἷδε, καὶ οὗτοι ἐόντες πολυπρόβατοι, Ἀρμενίων δὲ Ματιηνοὶ χώραν τήνδε ἔχοντες. Ἐχεται δὲ τούτων γῆ ἥδε Κισσίη, ἐν τῇ δὴ παρὰ ποταμὸν τόνδε Χοάσπεια κείμενά ἐστι τὰ Σούσα
 6 ταῦτα, ἐνθα βασιλεὺς τε μέγας δίκαιταν ποιεῖται, καὶ τῶν χρημάτων οἱ θησαυροὶ ἐνθαῦτά ἐισι· ἐλόντες δὲ ταύτην τὴν πόλιν θαρσέοντες ἤδη τῷ Διὶ πλούτου πέρι ἐρίζετε. (8) Ἀλλὰ περὶ μὲν χώρας ἅρα οὐ πολλῆς οὐδὲ οὕτω χρηστῆς καὶ οὐρῶν σμικρῶν ῥεῶν ἐστὶ ὑμέας
 10 μάχας ἀναβάλλεσθαι πρὸς τε Μεσσηνίους ἐόντας ἰσοπαλέας καὶ Ἀρκάδας τε καὶ Ἀργείους, τοῖσι οὕτε χρυσοῦ ἐχόμενόν ἐστι οὐδὲν οὔτε ἀργύρου, τῶν πέρι καὶ τινα ἐνάγει προθυμίη μαχόμενον ἀποθνήσκειν· παρέχον δὲ τῆς Ἀσίας πάσης ἄρχειν εὐπετέως, ἄλλο τι αἰ-
 15 ρήσεσθε; » Ἀρισταγόρης μὲν ταῦτα ἔλεξε, Κλεομένης δὲ ἀμείβετο τοιοῦδε, « ὦ ξεῖνε Μιλήσιε, ἀναβάλλομαί τοι ἐς τρίτην ἡμέρην ὑποκρινέεσθαι. »

L. Τότε μὲν ἐς τοσοῦτον ἤλασαν· ἐπεῖτε δὲ ἡ κυρὴ ἡμέρῃ ἐγένετο τῆς ὑποκρίσεως καὶ ἦλθον ἐς τὸ συγκεί-
 20 μενον, εἶρετο δὲ Κλεομένης τὸν Ἀρισταγόρεα ὁκόσασαν ἡμερέων ἀπὸ θαλάσσης τῆς Ἰωνῶν δὸς εἶη παρὰ βασιλέα. (2) Ὁ δὲ Ἀρισταγόρης τὰλλα εἶον σοφὸς καὶ διαβάλλων ἐκείνον εὖ ἐν τούτῳ ἐσφαλῆ· ῥεῶν γάρ μιν μὴ λέγειν τὸ ἐόν, βουλομένον γε Σπαρτιότηας ἐξαγαγεῖν
 25 ἐς τὴν Ἀσίην, λέγειν δ' ὅν τριῶν μηνῶν φάς εἶναι τὴν ἄνοδον. (3) Ὁ δὲ ὑπαρπάσας τὸν ἐπιλοιοπὸν λόγον τὸν δὲ Ἀρισταγόρης ὥρμητο λέγειν περὶ τῆς ὁδοῦ, εἶπε, « ὦ ξεῖνε Μιλήσιε, ἀπαλλάσσεο ἐκ Σπάρτης πρὸ δύ-
 30 ντος ἡλίου· οὐδένα γὰρ λόγον εὐπέα λέγεις Λακεδαι-
 35 μονίοισι, ἐθέλων σφέας ἀπὸ θαλάσσης τριῶν μηνῶν ὁδὸν ἀγαγεῖν. » Ὁ μὲν δὲ Κλεομένης ταῦτα εἶπας ἤτε ἐς τὰ οἰκία.

LI. Ὁ δὲ Ἀρισταγόρης λαβὼν ἱκετηρίην ἤτε ἐς τοῦ Κλεομένεος, ἐσελθὼν δὲ ἔσω αἶε ἱκετεύων ἐπακοῦσαι
 35 ἐκέλευε τὸν Κλεομένεα, ἀποπέμψαντα τὸ παιδίον· προσεστῆκε γὰρ δὴ τῷ Κλεομένει ἡ θυγάτηρ, τῇ οὐνομα ἦν Γοργώ· τοῦτο δὲ οἱ καὶ μόνον τέκνον ἐτύγχανε ἐὼν ἐτέων ὁκτώ ἢ ἐννέα ἡλικίην. (2) Κλεομένης δὲ λέγειν μιν ἐκέλευε τὰ βούλεται, μηδὲ ἐπισχεῖν
 40 τοῦ παιδίου εἵνεκεν. Ἐνθαῦτα δὲ ὁ Ἀρισταγόρης ἤρχετο ἐκ δέκα τάλάντων ὑπισχνεόμενος, ἣν οἱ ἐπιτελέσῃ τῶν ἐδέετο. (3) Ἀνανεύοντος δὲ τοῦ Κλεομένεος προέβαινε τοῖσι χρήμασι ὑπερβάλλων ὁ Ἀριστα-
 45 γόρης, ἐς δὲ πεντήκοντά τε τάλαντα ὑπεδέδεκτο καὶ τὸ παιδίον ἠδούαζατο, « πάτερ, διαφθερέει σε δὲ ξείνος, ἣν μὴ ἀποστάς ἴης. » (4) Ὁ τε δὲ Κλεομένης ἡσθεὶς τοῦ παιδίου τῇ παραίνεσι ἤτε ἐς ἕτερον οἴκημα, καὶ ὁ Ἀρισταγόρης ἀπαλλάσσετο τὸ παράπαν ἐκ τῆς Σπάρτης, οὐδέ οἱ ἐξεγένετο ἐπὶ πλέον ἐτι σημῆναι περὶ τῆς
 60 ἀνόδου τῆς παρὰ βασιλέα.

LII. Ἐχει γὰρ ἀμφὶ τῇ ὁδῷ ταύτῃ ὥδε. Σταθμοὶ τε πανταχῇ εἰσι βασιλῆσι καὶ καταλύσεις κάλλιστα, δι' οἰκεομένης τε ἡ δὸς ἅπασα καὶ ἀσφαλὲς. Διὰ μὲν γε Λυδίας καὶ Φρυγίας σταθμοὶ τείνοντες εἰκοσί

tingunt hi Armenii, et ipsi armentis opulenti. Armeniis finitimi Matieni hancce possident regionem. Horum regionem attingit Cissia hæc, in qua juxta fluvium huncce Choaspen sita hic sunt Susa, ubi rex magnus vitam agit, suntque pecuniarum illius thesauri. Hanc urbem quum ceperitis, tum fidenter cum Jove de divitiis contendetis. (8) At nunc de exiguo terræ tractu, neque illo ita bono, et de arctis finibus opus est vobis pugnare cum Messeniis, qui vobis pares sunt armis, et cum Arcadibus et Argivis, qui nihil possident quod sit auri aut argenti simile, cujus studio aliquis ad pugnandum cum vitæ periculo commoveatur. Quare quum facile sit vobis universæ Asiæ potiri imperio, aliudne quidpiam præoptabitis? » Hæc Aristagoras dixit; cui Cleomenes respondit his verbis: « Hospes Milesie, in tertium diem differo tibi respondere. »

L. Tunc quidem in tantum progressi sunt: ubi vero adfuit constitutus responsioni dies, et ad locum ventum est de quo convenerat, ex Aristagora Cleomenes quæsivit, quot dierum iter esset a mari Ioniam adluente usque ad regem. (2) Et Aristagoras, alioquin callidus homo, et pulcre illum circumveniens, in hoc quidem offendit. Nam quum non id quod res est dicere debuisset, ut qui Spartanos in Asiam cuperet evocare, ex veritate respondit, dicens trium mensium esse adscensum. (3) Tum vero Cleomenes, præciciens reliquum sermonem quem de itinere illo facturus erat Aristagoras, ait: « Hospes Milesie, excede Sparta ante solis occasum: nec enim sermonem dicis audiendum Lacedæmoniiis, qui eos cupis trium mensium viam abducere a mari. » His dictis, Cleomenes domum abiit.

LI. Tum vero Aristagoras sumpto oleæ ramo domum adiit Cleomenis, et introgressus supplicis modo illum precatus est, ut, dimissa filiola, sese audiret: adstabat enim forte Cleomeni filia, cui nomen erat Gorgo, unica illius proles, annorum octo aut novem puella. (2) Jussit illum Cleomenes dicere quæ vellet, nec cessare puellæ eausa. Ibi Aristagoras a decem incepit talentis quæ illi pollicebatur, si ea, quæ petiisset, effecta sibi dedisset: (3) abnuenteque Cleomene, progressus est Aristagoras augendo subinde pecuniæ summam; donec postremo, quum quinquaginta ei talenta reciperet, exclamavit puella: « Pater, corrumpet te hic hospes, ni ocyus hinc abcesseris. » (4) Et delectatus Cleomenes puellæ monito, in aliud conclave abiit, et Aristagoras Sparta omnino excessit neque ei licuerat de itinere ad regem plura his commemorare.

LII. Est autem illius itineris ratio hujusmodi. Stationes (sive mansiones) ubique sunt regię, et deversoria pulcerrima: totumque iter per culta ac tuta instituitur loca. Per Lydiam et Phrygiam viginti sunt mansiones, parasangæ

εἰσι, παρασάγγαι δὲ τέσσερες καὶ ἐνανήκοντα καὶ ἥμισυ.
 (2) Ἐκδέχεται δ' ἐκ τῆς Φρυγίας ὁ Ἄλυς ποταμὸς, ἐπ' ὃ πύλαι τε ἐπεισι, τὰς διεξέλδασαι πᾶσα ἀνάγκη καὶ οὕτω διεκπερᾶν τὸν ποταμὸν, καὶ φυλακτῆριον μέγα
 6 ἐπ' αὐτῷ. Διαβάanti δὲ ἐς τὴν Καππαδοκίην καὶ ταύτη πορευομένῳ μέχρι οὖρων τῶν Κιλικίων σταθμοὶ δυὼν δέοντες εἰσι τριήκοντα, παρασάγγαι δὲ τέσσερες καὶ ἑκατόν. (3) Ἐπὶ δὲ τοῖσι τούτων οὖροις διξὰς τε πύλας διεξέλδῃς καὶ διξὰ φυλακτῆρια παραμεῖναι· ταῦτα
 10 δὲ διεξέλασαντι καὶ διὰ τῆς Κιλικίας δὸν ποιευμένῳ τρεῖς εἰσὶ σταθμοὶ, παρασάγγαι δὲ πεντεκαίδεκα καὶ ἥμισυ. (4) Οὖρος δὲ Κιλικίας καὶ τῆς Ἀρμενίας ἐστὶ ποταμὸς νησιπέρητος, τῷ οὐνομα Εὐφρότης. Ἐν δὲ τῇ Ἀρμενίᾳ σταθμοὶ μὲν εἰσι καταγωγέων πεντεκαί-
 15 δεκα, παρασάγγαι δὲ ἑξ καὶ πεντήκοντα καὶ ἥμισυ, καὶ φυλακτῆριον ἐν αὐτοῖσι. (5) Ποταμοὶ δὲ νησιπέρητοι τέσσερες διὰ ταύτης ῥέουσι, τοὺς πᾶσα ἀνάγκη διαπορθεῖναι ἐστὶ, πρῶτος μὲν Τίγρις, μετὰ δὲ δευ-
 20 τερὸς τε καὶ τρίτος αὐτὸς οὐνομαζόμενος, οὐκ αὐτὸς εὖν ποταμὸς οὐδὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ῥέων· ὁ μὲν γὰρ πρό-
 25 τερος αὐτῶν καταλεχθεὶς ἐξ Ἀρμενίων ῥέει, ὁ δὲ ὕστερον ἐκ Ματινῶν· ὁ δὲ τέταρτος τῶν ποταμῶν οὐνομα ἔχει Γύνδης, τὸν Κύρος διέλαβε κοτε ἐς διώρυγας ἐξή-
 30 κοντα καὶ τριηκοσίας. (6) Ἐκ δὲ ταύτης τῆς Ἀρμε-
 25 νίας ἐσβαλλονται ἐς τὴν Ματινήν γῆν σταθμοὶ εἰσι τέσσερες. . . . Ἐκ δὲ ταύτης ἐς τὴν Κισσίην χώ-
 30 ρην μεταβαίνοντι ἑνδεκα σταθμοὶ, παρασάγγαι δὲ δύο καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἥμισυ ἐστὶ ἐπὶ ποταμὸν Χοάσπεα, ἑόντα καὶ τοῦτον νησιπέρητον· ἐπ' ὃ
 30 Σοῦσα πόλις πεπολιταί. Οὗτοι οἱ πάντες σταθμοὶ εἰσι ἑνδεκα καὶ ἑκατόν. Καταγωγαὶ μὲν νυν σταθμῶν το-
 30 σαῦταί· εἰσι ἐκ Σαρδίων ἐς Σοῦσα ἀναβαίνοντι.

LIII. Εἰ δὲ ὀρθῶς μεμῆρται ἡ δόδος ἢ βασιλιῆτι τοῖσι παρασάγγῃσι καὶ ὁ παρασάγγῃς δύναται τριήκοντα
 35 στάδια, ὥσπερ οὗτος γε δύναται ταῦτα, ἐκ Σαρδίων στάδια ἐστὶ ἐς τὰ βασιλιῆα τὰ Μεμνόνια καλούμενα πεντακόσια καὶ τρισχίλια καὶ μύρια, παρασαγγέων ἐόντων πεντήκοντα καὶ τετρακοσίῳ. (2) Πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατόν στάδια ἐπ' ἡμέρῃ ἐκάστη διεξιούσι ἀναι-
 40 σιμοῦνται ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐνανήκοντα.

LIV. Οὕτω τῷ Μιλησίῳ Ἀρισταγόρῃ εἴπαντι πρὸς Κλεομένηα τὸν Λακεδαιμόνιον εἶναι τριῶν μηνῶν τὴν ἀνοδὸν τὴν παρὰ βασιλεῖα ὀρθῶς εἴρητο. Εἰ δέ τις τὸ ἀτρεκέστερον τούτων ἐτι θίξῃται, ἐγὼ καὶ τοῦτο ση-
 40 μανέω· τὴν γὰρ ἐξ Ἐφέσου ἐς Σάρδεις δὸν δεῖ προσλο-
 40 γίσασθαι ταύτη. (2) Καὶ δὴ λέγω σταδίου εἶναι τοὺς πάντας ἀπὸ θαλάσσης τῆς Ἑλληνικῆς μέχρι Σούσων (τοῦτο γὰρ Μεμνόνιον ἀστὺ καλεῖται) τεσσαράκοντα καὶ τετρακισχιλίου καὶ μυρίου· οἱ γὰρ ἐξ Ἐφέσου ἐς
 50 Σάρδεις εἰσὶ τεσσαράκοντα καὶ πεντακόσιοι στάδιοι, καὶ οὕτω τρισὶ ἡμέρησι μὲνεται ἡ τρίμηνος δόδος.

LV. Ἀπελκυνόμενος δὲ ὁ Ἀρισταγόρης ἐκ τῆς Σπάρτης ἦγε ἐς τὰς Ἀθήνας γενομένης τυράννων ᾧδε

vero nonaginta quattuor cum dimidia. (2) Phrygiam ex-
 cipit Halys fluvius, ad quem est porta, per quam omnino
 transire oportet priusquam fluvium trajicias : estque ibi-
 dem magna custodia. Transgresso in Cappadociam, atque
 per eam pergenti usque ad Ciliciæ fines, mansiones sunt
 duodetriginta, parasangæ vero centum et quattuor : (3)
 in his confinibus autem duæ sunt portæ transeundæ, et
 prætereundæ duæ custodiæ. Has postquam præterieris,
 per Ciliciam iter facienti tres sunt mansiones, parasangæ
 vero quindecim cum dimidia. (4) Terminus Ciliciæ et Ar-
 menia flumen est navibus transmittendum, cui nomen
 Euphrates. In Armenia vero mansiones sunt deversorium
 quindecim, et parasangæ quinquaginta sex cum dimidia :
 estque in his etiam custodiæ statio. (5) Perfluunt autem
 Armeniam quattuor fluvii, quos navibus necessario oportet
 trajicere. Primus est Tigris : deinde secundus et tertius
 idem nomen habent, quamvis non idem sit fluvius, nec
 eodem ex loco fluens ; prior enim eorum, quem recensui,
 ex Armeniis fluit, posterior vero ex Matienis. Quarto
 fluvio nomen est Gyndes, is quem Cyrus olim in trecentos
 et sexaginta alveos duxit. (6) Ex hac Armenia ubi in
 Matienen regionem transieris, stationes sunt quattuor....
 Tum ex hac in Cissiam regionem transgredienti, stationes
 undecim, parasangæ vero quadraginta duæ cum dimidia,
 usque ad Choaspem fluvium, navibus itidem trajiciendum ;
 ad quem Susa urbs condita est. Harum omnium mansio-
 num summa est centum et undecim : lotque sunt stationes
 atque deversoria Sardibus Susa iter facienti

LIII. Quodsi vero recte parasangis dimensa est regia via,
 et parasanga si valet triginta stadia, uti revera valet
 erunt Sardibus usque ad regiam, quæ Memnonia vocatur,
 stadiorum tredecim millia et quingenta, quum sint para-
 sangæ quadringentæ et quinquaginta. (2) Jam singulis die-
 bus centena et quinquagena stadia conficiendo, consumun-
 tur accurate dies nonaginta.

CIX. Τοῦτου δὲ τοιούτου γινομένου ἐλεξαν οἱ τυραννοὶ τῆς Κύπρου, συγκαλέσαντες τῶν Ἰώνων τοὺς στρατηγούς, « ἄνδρες Ἴωνες, αἴρουν ὑμῖν δίδομεν ἡμεῖς
 15 οἱ Κύπριοι δοκτέροις βούλεσθε προσφέρεισθαι, ἢ Πέρσῃς ἢ Φοινίξ. (2) Εἰ μὲν γὰρ περὶ βούλεσθε ταχθέντες Περσέων διαπειρᾶσθαι, ὥρῃ ἂν εἴη ὑμῖν ἐκθάντας ἐκ τῶν νεῶν τάσσεσθαι περὶ, ἡμέας δὲ ἐς τὰς νέας ἐμβαίνειν τὰς ὑμετέρας Φοινίξ ἀνταγωνιευμένους· εἰ
 20 δὲ Φοινίκων μᾶλλον βούλεσθε διαπειρᾶσθαι, ποιεῖν χρῶν ἐστὶ ὑμέας, ἐκότερα ἂν δὴ τούτων ἐλθῃτε, ὅπως τὸ κατ' ὑμέας ἔσται ἢ τε Ἰωνίῃ καὶ ἢ Κύπρῳ ἐλευθέρῃ. » (3) Εἶπαν Ἴωνες πρὸς ταῦτα, « ἡμέας ἀπέπεμψε τὸ κοινὸν τῶν Ἰώνων φυλάζοντας τὴν θάλασσαν, ἀλλ'
 25 οὐκ ἵνα Κυπρίοις τὰς νέας παραδόντες αὐτοὶ Πέρσῃσι περὶ προσφερώμεθα. (4) Ἡμεῖς μὲν νυν ἐπ' οὗ ἐτάχθημεν, ταύτῃ πειρησόμεθα εἶναι χρηστοί· ὑμέας δὲ χρῶν ἐστὶ ἀναμνησθέντας ὅα ἐπάσχετε δουλεύοντες πρὸς τῶν Μήδων, γίνεσθαι ἄνδρας ἀγαθοὺς. » Ἴωνες μὲν
 30 τούτοις ἀμείψαντο.

CX. Μετὰ δὲ χρόνων ἐς τὸ πεδὶον τὸ Σαλαμινίῳ τῶν Περσέων διέτασσον οἱ βασιλεῖς τῶν Κυπρίων, τοὺς μὲν ἄλλους Κυπρίους κατὰ τοὺς ἄλλους στρατιώτας ἀντιτάσσοντες, Σαλαμινίῳ δὲ καὶ Σολίων ἀπολέ-
 35 ζαντες τὸ ἀριστον ἀνέτασσον Πέρσῃσι. Ἀρτυβίῳ δὲ τῷ στρατηγῷ τῶν Περσέων ἐλεοντῆς ἀντετάσσετο Ὀνήσιλος.

CXI. Ἦλαυνε δὲ ἵππον ὁ Ἀρτύβιος δεδιδαγμένον πρὸς δπλίτην ἵστασθαι ὀρθόν. Πυθόμενος ὦν ταῦτα ὁ
 40 Ὀνήσιλος, ἦν γὰρ οἱ ὑπασπιστὴς γένος μὲν Κάρ, τὰ δὲ πολέμια κάρτα δοκιμὸς καὶ ἄλλως λήματος πλέος, εἶπε πρὸς τοῦτον, « πυνθάνομαι τὸν Ἀρτυβίου ἵππον ἵστάμενον ὀρθόν καὶ ποσὶ καὶ στόματι κατεργάζεσθαι πρὸς τὸν ἂν προσενηχῇ. (2) Σὺ ὦν βουλευσάμενος αὐτίκα
 45 εἶπε ἐκότερον βούλει φυλάξας πληῆξαι, εἴτε τὸν ἵππον εἴτε αὐτὸν Ἀρτύβιον. » Εἶπε πρὸς ταῦτα ὁ ὀπῶν αὐτοῦ, « ὦ βασιλεῦ, ἐτοῖμος μὲν ἐγὼ εἰμι ποιεῖν καὶ ἀμφοτέρω καὶ τὸ ἕτερον αὐτῶν, καὶ πάντως τὸ ἂν ἐπιτάσῃς σύ· ὥς μὲντοι ἐμοίγε δοκεῖ εἶναι τοῖσι σοῖσι
 50 πρήγμασι προσφερέστερον, φράσω. (3) Βασιλέα μὲν καὶ στρατηγὸν χρῶν εἶναι φημι βασιλεῖ τε καὶ στρατηγῷ προσφέρεισθαι· ἦν τε γὰρ κατέλῃς ἄνδρα στρατηγόν, μέγα τοι γίνεσθαι, καὶ δεύτερα, ἦν σὲ ἐκείνος, τὸ μὴ γένοιτο, ὑπ' ἀξιώχρεω καὶ ἀποθανέιν ἡμίσεα συμ-

hæcce gesta sunt. (2) Onesilo Salaminio Amathusios obsidenti nunciatur, Artybium Persam cum classe et ingenti Persarum exercitu adfuturum esse in Cyprum. Quo cogito Onesilus præcones dimisit per Ioniam, auxilio Ionas advocans : (3) nec diu re deliberata, adfuerunt Iones cum magna classe. Eodemque tempore quo Iones in Cyprum advenere, Persæ etiam quum navibus e Cilicia trajecissent, pedestri itinere Salaminem contenderunt : navibus autem Phœnices circumnavigarunt promontorium illud, quæ Clavæ Cypri vocantur.

CIX. Quæ quum ita essent, Cyprii tyranni convocatis Ionum ducibus dixere : « Vobis, Iones, nos Cyprii damus optionem cum utris velitis configere, eum Persis, an cum Phœnicibus. (2) Quod si pedestri pugna cum Persis vultis congredi, nulla interposita mora oportet vos, navibus egres- sos, pedestrem instruere aciem ; nos vero, conscensis navibus vestris, Phœnicibus nos opponere. Sin cum Phœnicibus tentare fortunam mavultis ; utrumlibet horum elegeritis, operam dare necesse est, ut, quoad est situm in vobis, liberæ sint et Ionia et Cyprus. » (3) Ad hæc Iones responderunt : « Nos commune Ionum misit, ut mare custodiremus ; non ut naves nostras tradentes Cypriis, ipsi cum Persis pedestri acie configamus. (4) Nos igitur, qua parte locati sumus, in ea utilem præstare operam conabimur : vos autem, memores qualia Persis servientes passi ab illis sitis, fortes viros esse oportet. » Hoc illis responsum Iones dederunt.

CX. Post hæc, quum Persæ in Salaminiorum advenissent campum, aciem instruxerunt reges Cypriorum ; ita quidem, ut cæteros Cyprios cæteris hostium militibus opponerent, Persis autem fortissimos e Salaminis et Solis selectos. Contra Artybium vero, ducem Persarum, volens lubens stetit Onesilus.

CXI. Vehabatur Artybius equo, qui erectus stare adversus armatum militem erat edoctus. Qua re cognita Onesilus, quum esset ei armiger genere Car, arte bellica probatus, et animi plenus, dixit huic : « Artybii equum audio erectum stare, et pedibus atque ore pugnare contra adversarium. (2) Tu igitur ocys delibera tecum, mihi que ede, utrum observare ferireque velis, equum, an ipsum Artybium. » Ad hæc famulus respondit : « Paratus equidem sum, rex, et utrumque facere, et alterutrum, et omnino quicquid tu jusseris : dicam tamen id quod tuis rebus conducibilis esse mihi videtur. (3) Regem ducemque aio oportere cum rege duceque congredi : nam, sive tu virum ducem interfeceris, magnum hoc tibi erit : sive, quod dii prohibeant, te ille, ab digno etiam occidi, dimidiata calamitas est. (4) Nos vero

φορῇ· (4) ἡμέας δὲ τοὺς ὑπὲρτάς ἐτέροισι τε ὑπηρέησι προσφέρεσθαι καὶ πρὸς ἵππον, τοῦ σὺ τὰς μηχανὰς μηδὲν φοβηθῆς· ἐγὼ γάρ τοι ὑποδέχομαι μὴ μιν ἀνδρὸς ἐτι γε μηδενὸς στήσεσθαι ἐναντίον. »

CXII. Ταῦτα εἶπε, καὶ μεταυτίκα συνέμισγε τὰ στρατόπεδα πεζῇ καὶ νηυσί. Νηυσὶ μὲν νυν Ἴωνες ἀκροὶ γενομένοι ταύτην τὴν ἡμέρην ὑπερεβάλλοντο τοὺς Φοίνικας, καὶ τούτων Σάμιοι ἡρίστευσαν· πεζῇ δὲ, ὡς
10 συνῆλθον τὰ στρατόπεδα, συμπεσόντα ἐμάχοντο, κατὰ δὲ τοὺς στρατηγούς ἀμφοτέρους τὰδε ἐγένετο· (2) ὡς προσεφέρετο πρὸς τὸν Ὀνήσιλον ὁ Ἀρτύβιος ἐπὶ τοῦ ἵππου κατήμενος, ὁ Ὀνήσιλος κατὰ συνεθήκατο τῷ ὑπασιπαιστῇ παῖδι προσφερόμενον αὐτὸν τὸν Ἀρτύβιον·
15 ἐπιβαλόντος δὲ τοῦ ἵππου τοὺς πόδας ἐπὶ τὴν Ὀνήσιλου ἀσπίδα, ἐνθαῦτα ὁ ὀπών δρεπάνῳ πληξας ἀπαρίσσει τοῦ ἵππου τοὺς πόδας. Ἀρτύβιος μὲν δὲ ὁ στρατηγὸς τῶν Περσῶν ὁμοῦ τῷ ἵππῳ πίπτει αὐτοῦ ταύτη.

20 CXIII. Μαχομένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων Στῆσιώνωρ τύραννος ἐὼν Κουρίῳ προδοῖ ἔχων δύναμιν ἀνδρῶν περὶ ἑωυτὸν οὐ σμικρὴν· οἱ δὲ Κουριέες οὗτοι λέγονται εἶναι Ἀργείων ἀποικοί. Προδόντων δὲ τῶν Κουριέων αὐτίκα καὶ τὰ Σαλαμινίων πολεμιστῆρια ἄρματα τοῦτο
25 τοῖσι Κουριεῦσι ἐποίηεν. (2) Γινομένων δὲ τούτων κατυπέρτεροι ἔσαν οἱ Πέρσαι τῶν Κυπρίων. Τετραμμένους δὲ τοῦ στρατοπέδου ἄλλοι τε ἔπесον πολλοὶ καὶ δὴ καὶ Ὀνήσιλος τε ὁ Χέρσιος, ὅσπερ τὴν Κυπρίων ἀπόστασιν ἔπρῆξε, καὶ ὁ Σολίων βασιλεὺς Ἀριστόκυπρος ὁ Φιλο-
30 κύπρου, Φιλοκύπρου δὲ τούτου τὸν Σόλων ὁ Ἀθηναῖος ἀπικόμενος ἐς Κύπρον ἐν ἔπεισι αἶνεσε τυράννων μάλιστα.

CXIV. Ὀνήσιλου μὲν νυν Ἀμαθούσιοι, οἱ σφέας ἐπολιόρχησε, ἀποταμνόντες τὴν κεφαλὴν ἐκόμισαν ἐς
35 Ἀμαθούντα καὶ μιν ἀνεκρέμασαν ὑπὲρ τῶν πυλῶν. Κρεμαμένης δὲ τῆς κεφαλῆς καὶ ἐούσης ἤδη κοίτης, ἐσμός μελισσῶν ἐσδὺς ἐς αὐτὴν κηρίων μιν ἐνέπληξε. (2) Τούτου δὲ γενομένου τοιοῦτου (ἐχρέοντο γὰρ περὶ αὐτῆς οἱ Ἀμαθούσιοι) ἐμαντεύθη σφὶ τὴν μὲν κεφαλὴν
40 κατελόντας θάψαι, Ὀνήσιλῳ δὲ θύειν ὡς ἥρωϊ ἀνὰ πᾶν ἔτος, καὶ σφὶ ποιεῦσι ταῦτα ἀμεινον συνοίσεσθαι. Ἀμαθούσιοι μὲν νυν ἐποίηεν ταῦτα καὶ τὸ μέγρι ἐμεῦ.

CXV. Ἴωνες δὲ οἱ ἐν Κύπρῳ ναυμαχῆσαντες ἐπέειτε
45 ἐμαθον τὰ πράγματα τὰ Ὀνήσιλου διεφθαρμένα καὶ τὰς πόλεις τῶν Κυπρίων πολιορκευμένας τὰς ἄλλας πλὴν Σαλαμῖνος, ταύτην δὲ Γόργῳ τῷ προτέρῳ βασιλεῖ τοὺς Σαλαμινίους παραδόντας, αὐτίκα μαθόντες οἱ Ἴωνες ταῦτα ἀπέπλων ἐς τὴν Ἰωνίην. (2) Τῶν δὲ ἐν Κύπρῳ
50 πόλιων ἀντίσχε χρόνον ἐπὶ πλείστον πολιορκευμένη Σόλοι, τὴν περίξ ὑπορύσσοντες τὸ τεῖχος πέμπτῳ μηνὶ εἶλον οἱ Πέρσαι.

CXVI. Κύπριοι μὲν δὲ ἐνισταὶν ἐλευθεροὶ γενομένοι αὐτίς ἐκ νέης κατεδεδούλωτο· Δαυρίσης δὲ ἔχων Δαυρείου θυγατέρα καὶ Ὑμέης τε καὶ Ὀτάνης καὶ ἄλλοι

familos aio oportere cum famulis congregari, et cum equo; cujus tu artes noli timere: ego enim tibi recipio, adversus nullum porro hominem illum se erecturum. »

CXII. Hæc postquam ille dixit, mox deinde commissæ pugna est, et terra, et mari. Et navibus quidem Iones, acriter illo die pugnantes, superaverunt Phœnices: et inter Ionas Samiorum præ cæteris virtus eminuit. Pedestres vero ubi congressæ sunt copiæ, magno impetu invicem irruentes pugnabant. Circa imperatores autem utrumque hæc gesta sunt: (2) ubi Artymbius, equo quem dixi vectus, adversus Onesilum impetum fecit, Onesilus, quemadmodum ei cum armigero convenerat, ferit ipsum irruentem Artymbium: quumque equus scuto Onesili pedes injiceret, famulus falce feriens pedes præcidit equi. Ita Artymbius dux Persarum, una cum equo, ibidem cecidit.

CXIII. Dum vero cæteri etiam acie pugnant, deserit Cyprîos Stesenor, Curri tyrannus, cum non exigua militum manu, quos secum habebat: dicuntur autem Curienses hi Argivorum esse coloni. Postquam Curienses deseruere socios, protinus Salaminiorum quoque currus bellici idem fecerunt. (2) Quo facto, superiores Persæ fuerunt Cyprîis. Quorum exercitu in fugam verso, ceciderunt et alii multi, et Onesilus Chersidis filius, qui Cyprîis auctor fuerat defectionis, et Solensium rex Aristocyprus, Philocyprî filius; Philocyprî illius, quem Solon Atheniensis postquam Cyprum venit, præ omnibus tyrannis carmine celebravit.

CXIV. Onesili caput Amathusii, quod ipsos ille obsederat, abscissum Amathunta deportarunt, et super oppidi portam suspenderunt. Postquam suspensum ita caput sensim excavatum est, apium examen in illud sese insinuans, favis replevit. (2) Quod quum tale accidisset, oraculum consulentibus Amathusiis, quid capite facerent, datur responsum, auferrent caput humarentque; Onesilo vero, ut heroi, annua sacra facerent: id si fecissent, melius cum ipsis actum iri. Idque fecerunt Amathusii et faciunt ad meam usque ætatem.

CXV. Iones qui ad Cyprum prælium fecerant navale, ut intellexere perditas res esse Onesili, et Cypriorum oppida omnia obsideri, excepta Salamine, quam priori regi Gorgo reddiderant Salaminii; his rebus Iones cognitis, nulla interposita mora in Ioniam renavigarunt. (2) Præter cæteras Cypri civitates diutissime obsidionem sustinuerunt Soli; sed et hanc, suffosso circumcirca muro, quinto mense Persæ ceperunt.

CXVI. Ita igitur Cyprii, postquam unum annum liberi fuerant, denno in servitutem sunt redacti. Interim Daurises, gener Darii, et Hymeas, et Otanes, alique duces Per-

Πέρσαι στρατηγοί, ἔχοντες καὶ οὗτοι Δαρείου θυγατέρας, ἐπιδιδύσαντες τοὺς ἐς Σάρδεις στρατευσαμένους Ἰώνων καὶ ἐσαράξαντες σφεας ἐς τὰς νέας, τῇ μάχῃ ὡς ἐπεκράτησαν, τὸ ἐνθεῦτεν ἐπιδιελόμενοι τὰς πόλεις ἐπόρθεον.

CXVII. Δαυρίσης μὲν τραπόμενος πρὸς τὰς ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεις εἶλε μὲν Ἀρδάνον, εἶλε δὲ Ἀδυδὸν τε καὶ Περκώτην καὶ Λάμφακον καὶ Παισόν. (2) Ταύτας μὲν ἐπ' ἡμέρης ἐκάστης αἶρες, ἀπὸ δὲ Παισοῦ ἐλαύνοντί οἱ ἐπὶ Πάριον πόλιν ἦλθε ἀγγελίη τοὺς Κἄρας τὸν Ἰῶσι φρονήσαντας ἀπεστάναι ἀπὸ Περσέων. Ἀποστρέψας ὧν ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου ἤλαυνε τὸν στρατὸν ἐπὶ τὴν Καρίην.

CXVIII. Καὶ κως ταῦτα τοῖσι Καροῖ ἐξηγγέλθη πρότερον ἢ τὸν Δαυρίσην ἀπικεῖσθαι. Πυθόμενοι δὲ οἱ Κἄρες συνελέγοντο ἐπὶ Λευκάς τε στῆλας καλυμένας καὶ ποταμὸν Μαρσύνην, δε βέων ἐκ τῆς Ἰδριάδος χώρας ἐς τὸν Μαϊάνδρον ἐκδιδοῖ. (2) Συλλεχθέντων δὲ τῶν Καρῶν ἐνθαῦτα ἐγίνοντο βουλαὶ ἄλλαι τε πολλαὶ καὶ ἀρίστη γέδοκεύσα εἶναι ἐμοὶ Πιζωδάρου τοῦ Μανσώλου ἀνδρὸς Κυϊνδέος, δε τοῦ Κυλικῶν βασιλέος Συεννέσιος εἶχε θυγατέρα. (3) Τοῦτου τοῦ ἀνδρὸς ἡ γνώμη ἔφερε διαβάντας τὸν Μαϊάνδρον τοὺς Κἄρας, καὶ κατὰ νότου ἔχοντας τὸν ποταμὸν, οὕτω συμβάλλειν, ἵνα μὴ ἔχοντες ὀπίσω φεύγειν οἱ Κἄρες αὐτοῦ τε μένειν ἀναγκαζόμενοι γενοίαιτο ἐπὶ ἀμείνονες τῆς φύσιος. (4) Αὕτη μὲν νυν οὐκ ἐνίκῃ ἡ γνώμη, ἀλλὰ τοῖσι Πέρσησι κατὰ νότου γίνεσθαι τὸν Μαϊάνδρον μάλλον ἢ σπῖσι, δηλαδὴ ἣν φυγὴ τῶν Περσέων γένηται καὶ ἐσσωθῶσι τῇ συμβολῇ, ὡς οὐκ ἀπονοστήσουσι ἐς τὸν ποταμὸν ἐπίπτοντες.

CXIX. Μετὰ δὲ παρεόντων καὶ διαβάντων τὸν Μαϊάνδρον τῶν Περσέων, ἐνθαῦτα ἐπὶ τῷ Μαρσύνῃ ποταμῷ συνέβαλον τε τοῖσι Πέρσησι οἱ Κἄρες καὶ μάχην ἐμαχέσαντο ἰσχυρὴν καὶ ἐπὶ χρόνον πολλόν, τέλος δὲ ἐσώθησαν διὰ πλῆθος. (2) Περσέων μὲν δὴ ἔπεσον ἄνδρες ἐς δισχίλους, Καρῶν δὲ ἐς μυρίους. Ἐνθεῦτεν δὲ οἱ διαφυγόντες αὐτῶν κατεκλήθησαν ἐς Λάβρανδα, ἐς Διὸς στρατίου ἱρὸν, μέγα τε καὶ ἅγιον ἄλσος πλατανίστων· μῦνον δὲ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Κἄρες εἰσι οἱ Διὶ στρατίῳ θυσίας ἀνάγουσι. (3) Κατεκλήθεντες δὲ ὧν οὗτοι ἐνθαῦτα ἐβουλεύοντο περὶ σωτηρίας, ὁκότερα ἢ παραδόντες σφεας αὐτοὺς Πέρσησι ἢ ἐκλιπόντες τὸ παράπαν τὴν Ἀσίην ἀμεινον προήξουσι.

CXX. Βουλευόμενοι δὲ οἱ ταῦτα παραγίνονται βωθόντες Μιλήσιοι τε καὶ οἱ τοῦτον σύμμαχοι. Ἐνθαῦτα δὲ τὰ μὲν πρότερον οἱ Κἄρες ἐβουλεύοντο μετήκαν, οἱ δὲ αὐτὶς πολεμείν ἐξ ἀρχῆς ἀρτέοντο. (2) Καὶ ἐπιούσι τε τοῖσι Πέρσησι συμβάλλουσι, καὶ μαχεσάμενοι ἐπὶ πλεῶν ἢ πρότερον ἐσώθησαν· πεσόντων δὲ τῶν πάντων πολλῶν Μιλήσιοι μάλιστα ἐπλήγγαν.

CXXI. Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ τῷμα ἀνελαβόν τε καὶ ἀνεμαχέσαντο οἱ Κἄρες· πυθόμενοι γὰρ ὡς στρατεύεσθαι ὠρμέαται οἱ Πέρσαι ἐπὶ τὰς πόλεις σφέων, ἐλόχη-

sæ, qui et ipsi filias Darii in matrimonio habebant, postquam Ionas, expeditionis adversus Sardes socios, erant persecuti, eosdemque prælio victos in naves compulerant, deinde divisim inter se vicibus civitates diripiebant.

CXVII. Et Daurises quidem, contra civitates ad Hellespontum conversus, Dardanum cepit, et Abydum, et Perconten, et Lampsacum, et Pæsum : (2) quarum singulas singulis cepit diebus. A Paso vero adversus Parium urbem ducenti adfertur nuncius, Cares communicato cum Ionibus consilio defecisse a Persis : itaque ab Hellesponto remotum adversus Cariam duxit exercitum.

CXVIII. Ea res forte renunciata Caribus erat priusquam Daurises advenisset. Cujus cognito consilio, Cares ad Albas Columnas, quæ vocantur, amnemque Marsyam congregabantur, qui ex Idriade regione fluens, Mæandro miscetur. (2) Eo postquam convenere Cares, quum aliæ multæ dictæ sunt sententiæ, tum illa, optima quæ mihi videtur, Pixodari, Mausoli filii, civitate Cyindensis, qui Syennesis filiam, Cilicum regis, in matrimonio habebat. (3) Hujus viri sententia hæc erat, Mæandrum transmittere debere Cares, atque ita prælium committere ut fluvium a tergo haberent ; ne scilicet retro fugere possent Cares, sed ibi manere coacti, fortiores sese quam pro sua natura præstarent. (4) At hæc non vicit sententia : sed Persis maluerunt a tergo esse Mæandrum, quam sibi ; scilicet, ut illi, si prælio superati in fugam verterentur, receptum non haberent, sed in fluvium inciderent.

CXIX. Deinde, ubi adfuerunt Persæ, Mæandrumque trajecerunt, ibi tunc ad Marsyam fluvium cum illis congressi sunt Cares : et acri commisso prælio, postquam diu fortiter pugnarunt, ad extremum hostium multitudine sunt superati. (2) Persarum ad bis mille ceciderunt, Carum vero ad decies mille. Qui ex illorum numero cladem effugerunt, hi ad Labranda in amplum sanctumque platanetum Jovi Stratio (quasi dicas Militari) sacratum sunt compulsi. Soli autem hominum, quos novimus, Cares sunt, qui Jovi Stratio sacra faciant. (3) Ibi igitur conglobati, de salute deliberarunt, utrum Persis sese dedere, an Asiam prorsus relinquere satius sibi esset.

CXX. Dum hæc deliberant, auxilio eis adveniunt Milesii eorumque socii. Tum vero, missa priori deliberatione, Cares ad redintegrandum denuo bellum sese compararunt. (2) Atque invadentibus Persis in aciem occurrunt : sed, prælio commisso, majorem etiam quam antea cladem acceperunt. Cecidere plurimi ex omnibus ; sed Milesiorum præ ceteris maxima strages facta est.

CXXI. Postea vero vulnus hoc repararunt sanaveruntque Cares. Postquam enim cognoverunt progredi Persas, oppida sua invasuros, in via ad Pedasum collocarunt iusi-

σαν τὴν ἐν Πηδάσῳ ὁδὸν, ἐς τὴν ἐμπεσόντες οἱ Πέρσαι νυκτὸς διεφθάρησαν καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ στρατηγοὶ αὐτῶν, Δαυρίσης καὶ Ἀμόργης καὶ Σισιμάχης· σὺν δὲ σφὶ ἀπέθανε καὶ Μύρσος ὁ Γύγεω. (2) Τοῦ δὲ λόγου τούτου ἡγεμὼν ἦν Ἡρακλείδης Ἰθανώλιος ἀνὴρ Μυλασεύς. Οὗτοι μὲν νυν τῶν Περσέων οὕτω διεφθάρησαν.

CXXII. Ὑμέης δὲ καὶ αὐτὸς ἐὼν τῶν ἐπιδιωζάντων τοὺς ἐς Σάρδεις στρατεύσασμένους Ἰώνων, τραπεζόμενος ἐς τὴν Προποντίδα εἶλε Κίον τὴν Μυσίην. Ταύτην δὲ ἐξελὼν, ὡς ἐπέθετο τὸν Ἑλλήσποντον ἐκλελοιπέναι Δαυρίσῃ καὶ στρατεύεσθαι ἐπὶ Καρίης, καταλιπὼν τὴν Προποντίδα ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἤγε τὸν στρατὸν, (2) καὶ εἶλε μὲν Αἰολέας πάντας, ὅσοι τὴν Ἰλιάδα νέμονται, εἶλε δὲ Γέργιθας τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν ἀρχαίων Τευκρῶν· αὐτοὺς τε Ὑμέης αἰρέων ταῦτα τὰ ἔθνεα νοῦσω τελευτᾷ ἐν τῇ Τρωάδι.

CXXIII. Οὗτος μὲν δὴ οὕτω ἐτελεύτησε. Ἀρταφέρνης δὲ ὁ Σαρδίῳ ὑπαρχος καὶ Ὀτάνης ὁ τρίτος στρατηγὸς ἐτάχθησαν ἐπὶ τὴν Ἰωνίην καὶ τὴν προσεχέα Αἰολίδα στρατεύεσθαι. Ἰωνίης μὲν νυν Κλαζομενᾶς αἰρέουσι, Αἰολέων δὲ Κύμην.

CXXIV. Ἀλισκομένῳ δὲ τῶν πολλῶν, ἦν γάρ, ὡς διέδεξε, Ἀρισταγόρης ὁ Μιλήσιος ψυχὴν οὐκ ἄκρος, δὲ ταραξίας τὴν Ἰωνίην καὶ ἐγκερασάμενος πρήγματα τὰ μεγάλα δρησμὸν ἐβούλετο δρέων ταῦτα· πρὸς δὲ οἱ καὶ ἀδύνατα ἐράνη βασιλέα Δαρεῖον ὑπερβαλέσθαι. (2) Πρὸς ταῦτα δὴ τῶν συγκαλέσας τοὺς συστασιώτας ἐβουλεύετο, λέγων ὡς αἰμεινὸν σφὶ εἶη κρησφύγετόν τι ὑπάρχον εἶναι, ἣν ἄρα ἐξωθῶνται ἐκ τῆς Μιλήτου, εἴτε δὴ τῶν ἐς Σαρδῶν ἐκ τοῦ τόπου τούτου ἄγοι ἐς ἀποικίην, εἴτε ἐς Μύρκινον τὴν Ἠδωνῶν, τὴν Ἰστιάδος ἐτείχεε παρὰ Δαρείου ὠρεὴν λαβὼν. Ταῦτα ἐπειρώτα ὁ Ἀρισταγόρης.

CXXV. Ἐκαταῖοι μὲν νυν τοῦ Ἡγησάνδρου, ἀνδρὸς λογοποιού, τούτων μὲν ἐς οὐδετέραν στέλλειν ἔφερε ἡ γνώμη, ἐν Λέρῳ δὲ τῇ νήσῳ τεῖχος οἰκοδομησάμενον ἡσυχίην ἄγειν, ἣν ἐκπέση ἐκ τῆς Μιλήτου· ἔπειτεν δὲ ἐκ ταύτης ὁρμώμενον κατελεύσεσθαι ἐς τὴν Μιλητον. Ταῦτα μὲν δὴ Ἐκαταῖος συνεβούλευε.

CXXVI. Αὐτῷ δὲ Ἀρισταγόρῃ ἡ πλείστη γνώμη ἦν ἐς τὴν Μύρκινον ἀπάγειν. Τὴν μὲν δὴ Μιλητον ἐπιτρέπει Πυθαγόρῃ ἀνδρὶ τῶν ἀστῶν δοκίμῳ, αὐτὸς δὲ παραλαβὼν πάντα τὸν βουλόμενον ἐπλωε ἐς τὴν Θρηίκην, καὶ ἔσχε τὴν χώραν ἐπ' ἣν ἐστάλη. (2) Ἐκ δὲ ταύτης ὁρμώμενος ἀπόλλυται ὑπὸ Θρηίκων, αὐτὸς τε ὁ Ἀρισταγόρης καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ, πόλιν περιχατήμενος καὶ βουλομένων τῶν Θρηίκων ὑποσπόνδων ἐξίεναι.

dias; in quas noctu incidentes Persæ interfecti sunt et ipsi et eorum duces, Daurises, et Amorges, et Sisimaces: cum iisdemque periit etiam Myrsus, Gygis filius. (2) Insidiarum illarum dux fuerat Heracles, Ibanolidis filius, Mylasensis. Ita igitur Persæ illi perierunt.

CXXII. Hymeas vero, alter ex his qui Ionas eos persecuti sunt qui contra Sardes militaverant, ad Propontidem conversus, Cion Mysiam cepit. Qua expugnata, ubi cognovit Daurisen relicto Hellesponto versus Cariam arma promovere, ipse Propontide relicta in Hellespontum duxit exercitum: (2) et Æolenses subegit omnes, quotquot Iliadem habitant terram, et Gergithas subegit, priscorum Teucrorum reliquias. At ipse Hymeas, dum hos populos subigit, morbo correptus moritur in Troade.

CXXIII. Et hic quidem illi finis fuit: Artapherni vero, Sardium præfecto, et Otani, tertio duci Persarum, mandatum erat bellum Ionie et finitimæ Æolidi a continente inferendum. Atque hi Clazomenas Ionie ceperunt, et Cynen Æolidis.

CXXIV. Ita dum capiuntur oppida, Aristagoras Milesius hæc videns, homo parum acri, ut factis ipse ostendit, ingenio, qui Ioniam concitaverat magnasque miscuerat turbas, fugam agitabat, satis ille intelligens superari Darium regem prorsus non posse. (2) Hoc consilio, convocatis suarum partium hominibus, deliberationem proposuit, dicens, commodum ipsis fore, certum habere refugium, si Mileto pellerentur, sive in Sardiniam ipsos ex hoc ducat in coloniam, sive in Myrcinum Edonorum, Histiaeo a Dario dono datam, et in oppidum ibi ab Histiaeo munitum. Hæc igitur, nimirum utrum vellent, ex ipsis quærebat Aristagoras.

CXXV. Jam Hecateus quidem, Hegesandri filius, historicarum scriptor, in neutrum horum locorum abeundum censuit; sed in Lero insula debere castellum munire Aristagoram, ibique, si Mileto excideret, quietum se tenere, donec impetu inde facto Miletum repetere posset. Hoc Hecatei fuit consilium.

CXXVI. Ipse vero Aristagoras eo maxime inclinabat, ut Myrcinum abiret. Itaque Mileto Pythagoræ fidei commissa, probati inter cives viri, ipse, secum sumpto quicumque voluisset, in Thraciam navigavit, regionemque quam petierat tenuit. (2) Inde vero progressus, interfectus est a Thracibus et ipse et exercitus ejus, quum oppidum aliquod consideret, rejectis conditionibus, quibus Thraces excedere oppido voluerant.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΕΚΤΗ.

(ΕΡΑΤΩ.)

I. Ἀρισταγόρης μὲν νυν Ἰωνῖν ἀποστήσας οὕτω τελευτᾷ, Ἰστιαῖος δὲ ὁ Μιλήτου τύραννος μεμετιμένος ὑπὸ Δαρείου παρῆν ἐς Σάρδεις. Ἀπικνόμενος δὲ αὐτὸν ἐκ τῶν Σούσων εἴρετο Ἀρταφέρνης ὁ Σαρδίων ὑπαρχος
5 κατὰ κοῖον τι δοκεῖ Ἰωνας ἀπεστάναι. (2) Ὁ δὲ οὔτε εἰδέναι ἔφη, ἐθώμαζέ τε τὸ γεγονός ὡς οὐδὲν ἔθ-
θεν τῶν παρεόντων πρηγμάτων ἐπιστάμενος. Ὁ δὲ Ἀρταφέρνης ὁρῶν αὐτὸν τεχνάζοντα εἶπε, εἰδὼς τὴν ἀτρέκειαν τῆς ἀποστάσιος, « οὕτω τοι, Ἰστιαῖε, ἔχει
10 κατὰ ταῦτα τὰ πρήγματα· τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψας μὲν σὺ, ὑπεδήσατο δὲ Ἀρισταγόρης. »

II. Ἀρταφέρνης μὲν ταῦτα ἐς τὴν ἀπόστασιν ἔχοντα εἶπε, Ἰστιαῖος δὲ δέσας ὡς συνιέντα Ἀρταφέρνηα ὑπὸ τὴν πρώτην ἐπελθοῦσαν νύκτα ἀπέδρη ἐπὶ θάλασσαν,
15 βασιλέα Δαρεῖον ἐξηπατηκώς· ὁ δὲ Σαρδὼ νῆσον τὴν μεγίστην ὑποδεξάμενος κατεργάσσεσθαι, ὑπέδυνε τῶν Ἰωνῶν τὴν ἡγεμονίην τοῦ πρὸς Δαρεῖον πολέμου. (2) Διαβὰς δὲ ἐς Χίον ἐδέθη ὑπὸ Χίων, καταγνοσθεὶς πρὸς αὐτῶν νεώτερα πρήσσειν πρήγματα ἐς ἐσωτοὺς ἐκ Δα-
20 ρείου. Μαθόντες μὲντοι οἱ Χῖοι τὸν πάντα λόγον, ὡς πολέμιος εἴη βασιλεῖ, ἔλυσαν αὐτόν.

III. Ἐνθαῦτα δὲ εἰρωτεύμενος ὑπὸ τῶν Ἰωνῶν ὁ Ἰστιαῖος κατ' ὅτι προθύμως οὕτω ἐπέστειλε τῷ Ἀρι-
σταγόρῃ ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλέος καὶ κακὸν τοσοῦτον
25 εἴη Ἰωνας ἐξεργασμένος, τὴν μὲν γενομένην αὐτοῖσι αἰτίην οὐ μάλα ἐξέφρανε, (2) ὁ δὲ ἔλεγέ σφι ὡς βασιλεὺς Δαρεῖος ἐβουλεύσατο Φοινίκας μὲν ἐξαναστήσας ἐν τῇ Ἰωνίῃ κατοικίσαι, Ἰωνας δὲ ἐν τῇ Φοινίχῃ, καὶ τούτων εἵνεκεν ἐπιστείλειε. Οὐδέν τι πάντως ταῦτα
30 βασιλέος βουλευσαμένου ἐδειμμάτου τοὺς Ἰωνας.

IV. Μετὰ δὲ ὁ Ἰστιαῖος δι' ἀγγέλου ποιούμενος Ἑρ-
μίππου ἀνδρὸς Ἀταρνείτω τοῖσι ἐν Σάρδισι ἐούσι Περσέων ἐπέμπε βιβλία ὡς προλελεσχηνευμένων αὐ-
τῷ ἀποστάσιος πέρι. Ὁ δὲ Ἑρμιππος, πρὸς τοὺς μὲν
35 ἀπεπέμφθη, οὐ διδοῖ, φέρων δὲ ἐνεχείρισε τὰ βιβλία Ἀρταφέρνηϊ. (2) Ὁ δὲ μαθὼν ἅπαν τὸ γινόμενον, ἐκέλευε τὸν Ἑρμιππον τὰ μὲν παρὰ τοῦ Ἰστιαίου δοῦναι φέροντα τοῖσι περ ἔφερε, τὰ δὲ ἀμοιβαῖα τὰ παρὰ τῶν Περσέων ἀντιπεμπόμενα Ἰστιαίῳ ἐσωτῶ
40 δοῦναι. Τούτων δὲ γενομένων φανερῶν ἀπέκτεινε ἐν-
θαῦτα πολλοὺς Περσέων ὁ Ἀρταφέρνης.

V. Περὶ Σάρδεις μὲν δὴ ἐγένετο ταραχὴ, Ἰστιαῖον δὲ ταύτης ἀποσφαλέντα τῆς ἐλπίδος Χῖοι κατῆγον ἐς Μίλητον, αὐτοῦ Ἰστιαίου δεηθέντος. Οἱ δὲ Μιλήσιοι ἄσμενοι ἀπαλαχθέντες καὶ Ἀρισταγόρῳ, οὐδαμῶς

HERODOTI

HISTORIARUM LIBER SEXTUS.

(ERATO.)

(439, 440.)

I. Aristagoras igitur, quo auctore Ionia defecerat, hoc modo vitam finivit. Histiaeus vero, Mileti tyrannus, a Dario dimissus, Sardes erat profectus: quo ubi Susis per-
venit, interrogavit eum Artaphernes, Sardium praefectus, qua re inductos putaret Ionas a rege defecisse. (2) Id quum ille se ignorare diceret, mirareturque factum, quasi nihil de rebus praesentibus compertum haberet, artificii utentem videns Artaphernes ait: « Ita tibi, Histiae, haec res habet: calceum hunc tu suisti, et induit eum Aristagoras. »

II. Hoc quum Artaphernes, ad defectionem quod attinet, dixisset; metuens eum Histiaeus, utpote intelligentem quid rei esset, protinus prima nocte ad mare profugit: qui, quum Dario pollicitus esset Sardiniam maximam insulam imperio se illius esse subjecturum, decepto rege, clam auctor Ionibus fuerat belli adversus illum suscipiendi. (2) Sed Chium transgressus, in vincula a Chiis conjectus est, suspectum eum habentibus quasi res novas adversus ipsos Darii nomine molientem. Mox tamen, cognita rei veritate, hostem esse regi, vinculis eum Chii solverunt.

III. Ibi vero interrogatus Histiaeus a Ionibus, cur ita studiose Aristagorae, ut a rege deficeret, mandasset, et in tantas calamitates Ionas conjecisset, veram illis causam nequaquam exprompsit; (2) sed, regem Darium, ait, constituisse Phoenices sedibus suis excitos in Ioniam transferre, Ionas autem in Phoenicen: ea causa se istud mandasse. Ita Ionas terruit, quum nihil umquam tale rex animo agisset.

IV. Post haec internuncio Hermippo usus Histiaeus, homine Atarnita, ad Persas nonnullos, qui Sardibus erant, epistolas misit, ut qui secum antea de defectione sermones miscuissent. At Hermippus eis, ad quos missus erat, non reddidit epistolas, sed Artapherni tradidit. (2) Ille vero, re omni cognita, jussit Hermippum eis epistolas red-
dere ad quos datae erant ab Histiae: sibi vero tradere illas, quas Persae vicissim ad Histiaeum perferendas ipsi dedissent. Quo facto postquam illi comperti fuerunt, de multis Persarum supplicium sumpsit Artaphernes.

V. Atque ita tumultus Sardibus exstitit. Illa autem spe frustratum Histiaeum Chii, rogante ipso, Miletum deduxere. At Milesiis, lubenter Aristagora etiam liberatis, neutiquam

πρόθυμοι ἔσαν ἄλλον τύραννον δέκεσθαι ἐς τὴν χώραν οἷά τε ἐλευθερίας γευσάμενοι. (2) Καὶ δὴ, νυκτὸς γὰρ ἐούσης βίη ἐπειράτο κατιῶν ὁ Ἰστιαῖος ἐς τὴν Μίλητον, τιτρώσκεται τὸν μηρὸν ὑπὸ τοῦ τῶν Μιλησίων. 5 Ὁ μὲν δὴ ὡς ἀπωστὸς τῆς ἐσωτοῦ γίνεται, ἀπικνέεται ὀπίσω ἐς τὴν Χίον· ἐνθεῦτεν δὲ, οὐ γὰρ ἐπειθε τοὺς Χίους ὥστε ἐσωτῇ δοῦναι νέας, διέβη ἐς Μυτιλήνην καὶ ἔπεισε Αἰσβίου δοῦναι οἱ νέας. (3) Οἱ δὲ πληρώσαντες ὁκτὼ τριήρεις ἐπλωον ἅμα Ἰστιαίῳ ἐς Βυζάντιον, ἐνθαῦτα δὲ ἰζόμενοι τὰς ἐκ τοῦ Πόντου ἐκπλωούσας τῶν νεῶν ἐλάμβανον, πλην ἧ ὅσοι αὐτῶν Ἰστιαίῳ ἔφασαν ἐτοίμοι εἶναι πείθεσθαι.

VI. Ἰστιαῖος μὲν νυν καὶ Μυτιληναῖοι ἐποίουν ταῦτα, ἐπὶ δὲ Μίλητον αὐτὴν ναυτικὸς πολλὸς καὶ 15 πεζὸς ἦν στρατὸς προσδόκιμος· συστραφέντες γὰρ οἱ στρατηγοὶ τῶν Περσέων καὶ ἐν ποιήσαντες στρατόπεδον ἤλαυνον ἐπὶ τὴν Μίλητον, τὰλλα πολιέματα περὶ ἐλάσσονος ποιησάμενοι. (2) Τοῦ δὲ ναυτικοῦ Φοίνικες μὲν ἔσαν προθυμότατοι, συνεστρατεύοντο δὲ καὶ Κύ- 20 πριοι νεωστὶ κατεστραμμένοι καὶ Κίλικές τε καὶ Αἰγύπτιοι.

VII. Οἱ μὲν δὴ ἐπὶ τὴν Μίλητον καὶ τὴν ἄλλην Ἰωνίην ἐστράτευσον, Ἴωνες δὲ πυθανόμενοι ταῦτα ἔπειπον προβοῦλους σφέων αὐτῶν ἐς Πανιώνιον. (2) 25 Ἀπικομένοισι δὲ τούτοις ἐς τοῦτον τὸν χώρον καὶ βουλευομένοισι ἔδοξε πεζὸν μὲν στρατὸν μὴ συλλέγειν ἀντιζῶον Πέρσῃσι, ἀλλὰ τὰ τείχεα ῥύεσθαι αὐτοὺς Μιλησίους, τὸ δὲ ναυτικὸν πληροῦν ὑπολειπομένους μηδεμίαν τῶν νεῶν, πληρώσαντας δὲ συλλέγεσθαι τὴν 30 ταχίστην ἐς Λάδην, προναυμχῆσαντας Μιλήτου. Ἡ δὲ Λάδη ἐστὶ νῆσος σμικρὴ ἐπὶ τῇ πόλει τῇ Μιλησίων κειμένη.

VIII. Μετὰ δὲ ταῦτα πεπληρωμένησι τῇσι νηυσὶ παρῆσαν οἱ Ἴωνες, σὺν δὲ σφι καὶ Αἰολέων οἱ Ἀέσθον 35 μένονται. Ἐτάσσοντο δὲ ὅδε. (2) Τὸ μὲν πρὸς τὴν ἡῶν εἶχον κέρας αὐτοὶ Μιλήσιοι, νέας παρεχόμενοι ὀγδώκοντα· εἶχοντο δὲ τούτων Πριηνέες δωδέκα νηυσὶ καὶ Μυοῦσιοι τρεῖς νηυσὶ, Μυοῦσιων δὲ Τήϊοι εἶχοντο ἑπτακαίδεκα νηυσὶ, Τήϊων δὲ εἶχοντο Χῖοι ἑκατὸν 40 νηυσί. (3) Πρὸς δὲ τούτοις Ἐρυθραῖοι τε ἐτάσσοντο καὶ Φωκαεῖς, Ἐρυθραῖοι μὲν ὁκτὼ νέας παρεχόμενοι, Φωκαεῖς δὲ τρεῖς· Φωκαεῶν δὲ εἶχοντο Ἀέσθιοι νηυσὶ ἑβδομήκοντα· τελευταῖοι δὲ ἐτάσσοντο ἔχοντες τὸ πρὸς ἐσπέρην κέρας Σάμιοι ἐξήκοντα νηυσί. Πασέων δὲ 45 τούτων ὁ σύμπας ἀριθμὸς ἐγένετο τρεῖς καὶ πεντήκοντα καὶ τριηκόσιαι τριήρεις.

IX. Αὐταὶ μὲν Ἴωνες ἔσαν· τῶν δὲ βαρβάρων τὸ πλῆθος τῶν νεῶν ἔσαν ἑξακόσιαι. Ὡς δὲ καὶ αὐταὶ ἀπύκατο πρὸς τὴν Μιλησίην καὶ ὁ πεζὸς σφι ἅπας 50 παρῆν, ἐνθαῦτα οἱ Περσέων στρατηγοὶ πυθόμενοι τὸ πλῆθος τῶν Ἰάδων νεῶν καταρρώδησαν μὴ οὐ δυνατοὶ γίνωνται υπερβλέεσθαι, καὶ οὕτω οὕτε τὴν Μίλητον οἷά τε ἐῷσι ἐξελέειν μὴ οὐκ ἐόντες ναυκράτορες, πρὸς τε Δαρείου κινδυνεύουσι κακὸν τι λαβέειν. (3) Ταῦτα

volupe erat alium tyrannum in terram suam recipere, quippe qui libertatem gustassent. (2) Itaque, quum noctu per vim intrare Miletum conatus esset Histiaeus, repulsus est, atque etiam ab aliquo ex Milesiis in femore vulneratus. Rejectus igitur a patria Chium rediit: inde vero, quum Chiis ut sibi naves darent persuadere non potuisset, Mytilenen trajecit; et Lesbii, ut naves sibi darent, persuasit. (3) Hi igitur, instructis octo triremibus, cum Histiaeo Byzantium navigarunt: ibique in insidiis stantes, naves ex Ponto navigantes vi ceperunt, exceptis eorum navigiis qui se paratos esse Histiaeo parere profiterentur.

VI. Dum hæc Histiaeus et Mytilenæi agebant, interim ad ipsam Miletum ingens et navalis et pedestris expectabatur exercitus. Nam Persarum duces, junctis viribus et in unum exercitum collatis, adversus Miletum, insuper habitis minoribus oppidis, proficiscebantur: (2) et navaliū copiarum promptissimi erant Phœnices: una autem militabant et Cyprii, nuper subacti, et Cilices, atque Ægyptii.

VII. Quos ubi Iones intellexerunt adversus Miletum reliquamque Ioniam proficisci, miserunt de suis ad Panionium, qui de rebus ad se pertinentibus deliberarent. (2) Quibus prædicto loco congregatis, habito consilio, placuit, ut pedestris exercitus, qui opponeretur Persis, nullus cogeretur, sed muros defenderent ipsi per se Milesii; classis autem, nulla excepta navi, rebus omnibus instrueretur, atque ita instructa quamprimum ad Ladem occurreret, et pro Mileto pugna navali decerneret. Est autem Lade parva insula, urbi Milesiorum obversa.

VIII. Post hæc, ubi instructis navibus adfuere Iones, cum eisque Æolenses Lesbum incolentes, aciem in hunc modum ordinarunt. (2) Cornu ad orientem spectans ipsi tenebant Milesii, naves præbentes octoginta: his contigui erant Prienenses cum duodecim navibus, et Myusii navibus tribus: Myusiis proximi stabant Teii, septemdecim navibus: Teiis proximi Chii, navibus centum. (3) Juxta hos locati Erythræi et Phocæenses, quorum illi octo contulerant naves, hi vero tres. Phocæensibus contigui erant Leshii, navibus septuaginta. Postremi locati Samii, cornu tenentes occidenti obversum, navibus sexaginta. Univerſus harum omnium numerus fuit, triremes trecentæ quinquaginta tres.

IX. Et hæc quidem Ionum erant. At barbari quas habebant naves, multitudine erant sexcentæ. Quæ ubi et ipsæ ad Milesiorum fines pervenere, simulque pedestres universæ aderant copiæ, ibi tum duces Persarum, cognita Ionicarum navium multitudine, veriti sunt ne superare has non possent, adeoque nec Miletum possent capere, mari non potentes, atque ita periculum incurrerent pœnas dandi Dario.

ἐπιλεγόμενοι, συλλέξαντες τῶν Ἰώνων τοὺς τυράννους, οἱ ὑπ' Ἀρισταγόρῳ μὲν τοῦ Μιλήσιου καταλυθέντες τῶν ἀρχέων ἔφευγον ἐς Μήδους, ἐτύγγανον δὲ τότε συστρατεύμενοι ἐπὶ τὴν Μίλητον, τούτων τῶν ἀνδρῶν τοὺς παρεόντας συγκαλέσαντες ἔλεγόν σφι τάδε, « ἄνδρες Ἴωνες, νῦν τις ὑμέων εὖ ποιήσας φανήτω τὸν βασιλέος οἶκον· τοὺς γὰρ ἑωυτοῦ ἕκαστος ὑμέων πολιήτας πειράσθω ἀποσχίζων ἀπὸ τοῦ λοιποῦ συμμαχικοῦ. (3) Προϊσγόμενοι δὲ ἐπαγγεῖλασθε τάδε, ὡς πείσονται»

10 τε ἄρα οὐδὲν διὰ τὴν ἀπόστασιν, οὐδὲ σφι οὔτε τὰ ἱρὰ οὔτε τὰ ἰδία ἐμπεπρήσεται, οὐδὲ βιαιότερον ἔξουσιν οὐδὲν ἢ πρότερον εἶχον. (4) Εἰ δὲ ταῦτα μὲν οὐ ποιήσουσι, οἱ δὲ πάντως διὰ μάχης ἐλεύσονται, τάδε σφι λέγετε ἐπηρεάζοντες τὰ πέρ σφας κατέξει, ὡς ἐσωθέντες 15 τῇ μάχῃ ἐξανδραποδιεῦνται, καὶ ὡς σφῶν τοὺς παῖδας ἐκτομίας ποιήσομεν, τὰς δὲ παρθένους ἀνασπάσους ἐς Βάκτρα, καὶ ὡς τὴν χώραν ἄλλοισι παραδώσομεν. »

X. Οἱ μὲν δὴ ἔλεγον ταῦτα, τῶν δὲ Ἰώνων οἱ τύραννοι διέπαμπον νυκτὸς ἕκαστος ἐς τοὺς ἑωυτοῦ ἑξαγ- 20 γελλόμενος. (2) Οἱ δὲ Ἴωνες, ἐς τοὺς καὶ ἀπύκοντο αὐταὶ αἱ ἀγγελίαι, ἀγνωμοσύνη τε διεχρόντο καὶ οὐ προσέιντο τὴν προδοσίην, ἑωυτοῖσι τε ἕκαστοι ἐδόκεον μόνουσι ταῦτα τοὺς Πέρσας ἐξαγγέλλεσθαι. Ταῦτα μὲν νυν ἰδέως ἀπικομένων ἐς τὴν Μίλητον τῶν Περ- 26 σέων ἐγίνετο.

XI. Μετὰ δὲ τῶν Ἰώνων συλληθέντων ἐς τὴν Λάδην ἐγίνοντο ἀγοραί, καὶ δὴ κού σφι καὶ ἄλλοι ἡγορώοντο, ἐν δὲ δὴ καὶ ὁ Φωκαεὺς στρατηγὸς Διονύσιος λέγων τάδε, « ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔγεται ἡμῖν τὰ 30 πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι, καὶ τούτοις ὡς ὀρηπέτῃσι. (2) νῦν ὦν ὑμεῖς, ἣν μὲν βούλησθε ταλαιπωρίας ἐνδέκεσθαι, τὸ παράχρημα μὲν πόνον ὑμῖν ἔσται, οἷοί τε δὲ ἔσεσθε ὑπερβαλλόμενοι τοὺς ἐναντίους εἶναι ἐλευθέροι· εἰ δὲ μαλακίῃ 25 τε καὶ ἀταξίῃ διαχρήσεσθε, οὐδεμίαν ὑμέων ἔχω ἐλπίδα μὴ οὐ δώσειν ὑμέας δίκην βασιλεῖ τῆς ἀποστάσιος. (3) Ἄλλ' ἐμοὶ τε πείθεσθε καὶ ἐμοὶ ὑμέας αὐτοὺς ἐπιτρέψατε· καὶ ὑμῖν ἐγώ, θεῶν τὰ ἴσα νεμόντων, ὑποδέχομαι ἢ οὐ συμμίζειν τοὺς πολεμίους ἢ συμμίσγοντας 40 πολλὸν ἐλασώσεσθαι. »

XII. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Ἴωνες ἐπιτράπουσι σφέας αὐτοὺς τῷ Διονυσίῳ. Ὁ δὲ ἀνάγων ἑκάστοτε ἐπὶ κέρας τὰς νέας, ὅπως τοῖσι ἐρέτῃσι χρήσαιο διέκ- 45 πλοον ποιεύμενος τῇσι νηυσὶ δι' ἀλλήλων καὶ τοὺς ἐπιβάτας ὀπλίσειε, τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας τὰς νέας ἔρσεκε ἐπ' ἀγκυρέων, παρῆγέ τε τοῖσι Ἴωσι πόνον δι' ἡμέρας. (2) Μέχρι μὲν νυν ἡμερέων ἑπτὰ ἐπεΐθοντό τε καὶ ἐποίουν τὸ κελυμένον· τῇ δὲ ἐπὶ ταύτῃσι οἱ Ἴωνες, οἷα ἀπαθέες ἐόντες πόνον τοιοῦτον τετρυμένοι τε τα- 50 λαιπωρήσι τε καὶ ἡλίῳ, ἔλεξαν πρὸς ἑωυτοὺς τάδε, « τίνα δαιμόνιον παραβάντες τάδε ἀναπίμπλαμεν; (3) Οἵτινες παραφρονήσαντες καὶ ἐκπλώσαντες ἐκ τοῦ νόου ἀνδρὶ Φωκαεῖ ἀλαζόνι, παρεγχομένῳ νέας τρεῖς, ἐπιτρέψαντες ἡμέας αὐτοὺς ἔχομεν· ὁ δὲ παραλαβὼν

(2) Hæc secum reputantes, convocarunt Ionum tyrannos, qui ab Aristagora Milesio imperiis dejecti ad Medos profugerant, jamque cum illis adversus Miletum militabant. Ex horum igitur numero convocatos, quotquot præsentēs erant, in hunc modum sunt adlocuti : « Nunc, viri Iones, quisque vestrum palam faciat, de regis domo se bene velle mereri. Unusquisque nempe vestrum det operam, ut populares suos a reliquorum abstrahat societate. (3) Proponite igitur illis, enunciateque, nihil triste illos ob defectionem passuros, nec ædes eorum vel sacras vel privatas iri incensum, nec duriorē conditione, quam ante, futuros. (4) Sin a societate non recesserint, sed utique pugnae periculo rem commiserint, hæc minitantes illis prædicite, quæ ipsis sint eventura : nos prælio victos in servitutem rapturos, pueros eorum castraturos, virgines Bactra abducturos, et terram aliis esse tradituros. »

X. Quæ quum illi dixissent, Ionum tyranni noctu ad populares suos unusquisque dimisit qui hæc eis renunciant. (2) At Iones, ad quos hi nuntii pervenere, tenaciter in proposito suo perstiterunt, nec admiserunt proditio- nem : et quique sibi solis hæc a Persis edici existimabant. Et hæc quidem protinus, ex quo ad Miletum Persæ per- venerant, peracta sunt.

XI. Deinde vero, ubi in Lade insula Iones convenere, conciones sunt habitæ; et quum alii apud eos verba fecere, tum Phocænsium dux Dionysius sic est locutus : « Nunc, quum in novaculæ acie sint res nostræ, ut vel liberi simus, vel servi, et ii quidem velut fugitivi; (2) si quidem volueritis, viri Iones, labores suscipere, erit id quidem in præsentia vobis molestum, sed poteritis superatis hostibus esse liberi; sin disciplina militari insuper habita, mollitiæ vos dedideritis, nullam equidem spem habeo, pœnam defectionis regi dandam effugere vos posse. (3) Sed me audite, mihi quæ vos permitte; et vobis ego, si modo dii aqua dederint, recipio, aut pugnae aleam non subituros esse hostes, aut, si nos adgressuri sunt, magnam cladem accepturos. »

XII. His auditis, Dionysio se permiserunt Iones. Tum ille quotidie, navibus longo ordine eductis, postquam remiges in discurrendo singulis navibus per binas alias exercuisset, et classarios jussisset armatos in ponte stare, reliquam diei partem in ancoris naves tenebat; atque ita toto die laborem Ionibus exhibebat. (2) Et illi quidem ad septimum usque diem ei parebant, mandataque exsequabantur; insequente vero die, quum impatientes essent talium laborum, molestiis et solis ardore vexati, hosce inter se sermones miscere : « Quo tandem numine læso hos exhaurimus labores? (3) qui desipientes et de statu mentis dejecti, homini Phocænsi, vano jactatori, qui tres naves in commune contulit, nos totos permisimus. Et ille nos,

ἡμέας λυμáινεται λύμῃσι ἀνγέστοισι, καὶ δὴ πολλοὶ μὲν ἡμέων ἐς νούσους πεπτώκασι, πολλοὶ δὲ ἐπίδοξοι τὸν τοῦτο πείσεσθαι. (4) Πρὸ τε τούτων τῶν κακῶν ἡμῶν γε κρέσσον καὶ δτιῶν ἄλλο παθεῖν ἐστὶ, καὶ τὴν μέλλουσαν δουλητὴν ὑπομῆναι, ἥτις ἔσται, μᾶλλον ἢ τῇ παρεούσῃ συνέχεσθαι. Φέρετε, τοῦ λοιποῦ μὴ πειθώμεθα αὐτοῦ. » (5) Ταῦτα ἔλεξαν, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα πείθεσθαι οὐδεὶς ἠθέλε, ἀλλ' οἷα στρατιῇ, σκηνάς τε πηξάμενοι ἐν τῇ νήσῳ ἐσκητροφρόντο, καὶ ἐσθαίνειν οὐκ ἐθέλεσκον ἐς τὰς νέας οὐδ' ἀναπειρᾶσθαι.

XIII. Μαθόντες δὲ ταῦτα γινόμενα ἐκ τῶν Ἰώνων οἱ στρατηγοὶ τῶν Σαμίων, ἐνθαῦτα δὴ παρ' Αἰάκεος τοῦ Συλοσῶντος ἐκείνους τοὺς πρότερον ἐπεμπε λόγους ὁ Αἰάκης κελεύοντων τῶν Περσέων, δεόμενός σφεν ἐκλιπεῖν τὴν Ἰώνων συμμαχίην. (2) οἱ Σάμιοι ὦν ὁρέοντες ἅμα μὲν εἶδον ἀταξίην πολλὴν ἐκ τῶν Ἰώνων ἐδέχοντο τοὺς λόγους, ἅμα δὲ κατεφαίνετό σφι εἶναι ἀδύνατα τὰ βασιλείος πρῆγματα ὑπερβαλέσθαι, εὖ τε ἐπιστάμενοι ὥς εἰ καὶ τὸ παρεὸν ναυτικὸν ὑπερβαλοῖατο τοῦ Δαρείου, ἄλλο σφι παρέσται πενταπλήσιον. (3) Προφάσιος ὦν ἐπιλαβόμενος, ἐπεῖτε τάχιστα εἶδον τοὺς Ἰωνας ἀρνευμένους εἶναι χρηστοὺς, ἐν κέρδει ἐποικῶντο περιποιῆσαι τὰ τε ἱρὰ τὰ σφέτερα καὶ τὰ ἴδια. (4) Ὁ δὲ Αἰάκης, παρ' ὅτε τοὺς λόγους ἐδέχοντο, παῖς μὲν ἦν Συλοσῶντος τοῦ Αἰάκεος, τύραννος δὲ ἔων Σάμου ὑπὸ τοῦ Μιλησίου Ἀρισταγόρῳ ἀπεστέρητο τὴν ἀρχὴν κατὰ περ οἱ ἄλλοι τῆς Ἰωνίης τύραννοι.

XIV. Τότε ὦν ἐπεὶ ἐπέπλων οἱ Φοίνικες, οἱ Ἴωνες ἀντανήγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας ἐπὶ κέρας. Ὡς δὲ καὶ ἀγχοῦ ἐγίνοντο καὶ συνέμισγον ἀλλήλοισι, τὸ ἐνθεῦτεν οὐκ ἔγω ἀτρεκέως συγγράφαι ὅτινες τῶν Ἰώνων ἐγένοντο ἄνδρες κακοὶ ἢ ἀγαθοὶ ἐν τῇ ναυμαχίᾳ ταύτῃ. ἀλλήλους γὰρ καταιτιέονται. (2) Λέγονται δὲ Σάμιοι ἐνθαῦτα, κατὰ τὰ συγκείμενα πρὸς τὸν Αἰάκα, αἰεράμενοι τὰ ἱστία ἀποπλῶσαι ἐκ τῆς τάξης ἐς τὴν Σάμον, πλὴν ἑνδεκα νεῶν. (3) Τούτων δὲ οἱ τριήραρχοι παρέμενον καὶ ἐναυμάχεον ἀνηκουστήσαντες τοῖσι στρατηγοῖσι· καὶ σφι τὸ κοινὸν τὸ Σαμίων ἔδωκε διὰ τοῦτο τὸ πρῆγμα ἐν στήλῃ ἀναγραφῆναι πατρόθεν ὥς ἀνδράσι ἀγαθοῖσι γενομένοις, καὶ ἐστὶ αὕτη ἡ στήλη ἐν τῇ ἀγορῇ. (4) Ἰδόμενοι δὲ καὶ Λέσβιοι τοὺς προσερχέας φεύγοντας τὸν τοῦτο ἐποίουν τοῖσι Σαμίοις· ὥς δὲ καὶ οἱ πλεῖνες τῶν Ἰώνων ἐποίουν τὰ αὐτὰ ταῦτα.

XV. Τῶν δὲ παραμεινάντων ἐν τῇ ναυμαχίᾳ περιέφθησαν τρηχύτατα Χιοὶ ὥς ἀποδεικνύμενοί τε ἔργα λαμπρὰ καὶ οὐκ ἐβελοκαχέοντες. Παρεῖχοντο μὲν γὰρ, ὥσπερ καὶ πρότερον εἰρήτῃ, νέας ἑκατὸν, καὶ ἐπ' ἑκάστης αὐτῶν ἄνδρας τεσσαράκοντα τῶν ἀστῶν λογάδας ἐπιβατύνοντας. (2) ὁρέοντες δὲ τοὺς πολλοὺς τῶν συμμάχων προδιδόντας οὐκ ἐδικαίουν γενέσθαι τοῖσι κακοῖσι αὐτῶν ὁμοιοί, ἀλλὰ μετ' ὀλίγων συμμάχων μεμουνυμένοι διεκπλώνοντες ἐναυμάχεον, ἐς δὲ τῶν

sibi traditos, miseriis intolerabilibus vexat; ita ut nostrum multi in morbos inciderint, et multis item aliis eadem sors imminere videatur! (4) Quanto nobis praestat, quidvis aliud, quam haec mala, pati, et futuram servitutem potius tolerare, qualiscumque illa fuerit, quam hanc praesentem, qua constricti sumus! Agite, ne porro huic homini pareamus! » (5) Haec dixerant, et extemplo nemo amplius mandata facere voluit; sed, tamquam pedestris exercitus, tentoriis in insula fixis degebant in umbra, naves conscendere exerceique nolentes.

XIII. Quae ubi a Ionibus fieri viderunt Samiorum duces; tum vero, quos sermones jubentibus Persis ad eos deferendos prius curaverat Aëces, Sylosontis filius, deserere eos jubens Ionum societatem, (2) hos tunc sermones animis admittebant Samii, spretam ab Ionibus militarem omnem videntes disciplinam, simulque intelligentes superari non posse regis potentiam; satis quippe gnari, etiamsi praesentes navales copias superarent Darii, alias quintuplices contra se adfuturas. (3) Adripientes igitur occasionem, simulatque Ionas viderunt negantes in officio se futuros, lucro sibi duxerunt servare res suas et sacras et privatas. (4) Erat autem Aëces ille, cui morem Samii gesserunt, filius Sylosontis, Aëcis nepos: qui, quum tyrannus fuisset Sami, ab Aristagora Milesio exutus fuerat imperio, quemadmodum reliqui Ioniae tyranni.

XIV. Tunc igitur, ubi Phoenices cum classe contra progressi sunt, Iones etiam naves suas longo ordine eduxerunt. Ut vero prope invicem fuerunt, commiseruntque praelium, exinde quinam ex Ionibus aut ignavi in hac navali pugna aut fortes viri fuerint, adcurate scribere non possum: nam alii alios invicem culpant. (2) Dicuntur autem tunc Samii, ut convenerat cum Aëce, sublatis velis, deserta acie, Samum navigasse, undecim navibus exceptis. (3) Harum enim praefecti manserunt, pugnave-runtque spreto ducum suorum imperio: hisque commune Samiorum, ob hoc factum, eum honorem habuit, ut nomica ipsorum cum paternis nominibus columnae inscriberentur, ut qui prohi fortesque viri fuissent; et est haec columna in foro. (4) Lesbii vero, proximos profugere videntes, idem fecerunt quod Samii; eorumque exemplum major pars Ionum secuta est.

XV. Ex his vero qui in praelio substiterunt, pessime accepti sunt Chii, praclaris quidem factis nobilitati, et ne-tiquam, ut alii, de industria cessantes. Contulerant enim, quemadmodum ante etiam dictum est, naves centum, et in earum unaquaque erant quadraginta selecti ex civibus propugnatores. (2) Qui ubi plerosque socios prodere rem communem viderunt, noluerunt pravorum esse similes; sed cum paucis e sociis soli relictis, pugnarunt discur-rentes per hostium naves, easque perrumpentes; donec,

πολεμίων ἐλόντες νέας συγχὰς ἀπέβαλον τῶν σφετέρων νεῶν τὰς πλεῦνας. Χίοι μὲν δὲ τῆσι λοιπῇσι τῶν νεῶν ἀποφεύγουσι ἐς τὴν ἑωυτῶν.

XVI. Ὅσοισι δὲ τῶν Χίων ἀδύνατοι ἔσαν αἱ νέες ὑπὸ τρωμάτων, οὗτοι δὲ ὡς ἐδιώκοντο καταφυγάνουσι πρὸς τὴν Μυκάλην. Νέας μὲν δὲ αὐτοῦ ταύτη ἐποκελιαντες κατέλιπον, οἱ δὲ περὶ ἐκομίζοντο διὰ τῆς ἡπείρου. (2) Ἐπεὶ δὲ ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἐφεσίην κομιζόμενοι οἱ Χίοι, νυχτὸς τε ἀπικέατο ἐς αὐτὴν καὶ ἐόντων τῆσι γυναιξὶ αὐτοῖσι θεσμοφορίων. Ἐνθάδε δὲ οἱ Ἐφέσιοι, οὗτε προακηχούτες ὡς εἶχε πρὸς τῶν Χίων, ἰδόντες τε στρατὸν ἐς τὴν γῶρην ἐσβεβληκότα, πάγχυ σφέας καταδοῦντας εἶναι κλῶπας καὶ ἰέναι ἐπὶ τὰς γυναῖκας, ἐξεβώθεον πανδημεὶ καὶ ἔκτεινον τοὺς Χίους. Οὗτοι μὲν νυν τοιαύτῃσι περιέπιπτον τύχῃσι.

XVII. Διονύσιος δὲ ὁ Φωκαεὺς ἐπεῖτε ἔμαθε τῶν Ἰωνῶν τὰ πρήγματα διεφθαρμένα, νέας ἐλὼν τρεῖς τῶν πολεμίων ἀπέπλωε ἐς μὲν Φωκαίαν οὐκέτι, εὐεϊδὼς ὡς ἀνδραποδιέεται σὺν τῇ ἄλλῃ Ἰωνίῃ· ὁ δὲ ἰθὺς ὡς εἶχε ἐπλῶε ἐς Φοινίκην, γαυλοὺς δὲ ἐνθάδε καταδύσας καὶ χρήματα λαβὼν πολλὰ ἐπλῶε ἐς Σικελίην, ὁρμώμενος δὲ ἐνθεῦτεν ληϊστὴς κατεστήκεε Ἑλλήνων μὲν οὐδενός, Καρχηδονίων δὲ καὶ Τυρσηνῶν.

XVIII. Οἱ δὲ Πέρσαι ἐπεῖτε τῇ ναυμαχίῃ ἐνίκων τοὺς Ἰῶνας, τὴν Μίλητον πολιορκέοντες ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ ὑπορύσσοντες τὰ τεῖχη καὶ παντοίας μηχανὰς προσφέροντες αἰρέουσι κατ' ἀκρῆς ἕκτω ἔτει ἀπὸ τῆς ἀποστάσιος τῆς Ἀρισταγόρει· καὶ ἡνδραποδίσαντο τὴν πόλιν, ὥστε συμπεσεῖν τὸ πάθος τῷ χρηστηρίῳ τῷ ἐς Μίλητον γενομένῳ.

XIX. Χρεωμένοισι γὰρ Ἀργείοισι ἐν Δελφοῖσι περὶ σωτηρίας τῆς πόλιος τῆς σφετέρης ἐχρήσθη ἐπίκοινον χρηστήριον, τὸ μὲν ἐς αὐτοὺς Ἀργεῖους φέρον, τὴν δὲ παρενθήκη ἐχρήσε ἐς Μιλησίους. (2) Τὸ μὲν νυν ἐς τοὺς Ἀργεῖους ἔχον, ἐπέαν κατὰ τοῦτο γένωμαι τοῦ λόγου, τότε μνησθήσομαι· τὰ δὲ τοῖσι Μιλησίοισι οὐ παρῶσι ἐχρήσε, ἔχει ὧδε,

καὶ τότε δὴ, Μίλητε κακῶν ἐπιμήχανε ἔργων, πολλοῖσιν δειπνὸν τε καὶ ἀγλαὰ θῶρα γένῃσῃ, σὰι δ' ἄλοχοι πολλοῖσι πόδας νίψουσι κομήταις, νηοῦ δ' ἡμέτερου Διδύμοις ἄλλοις μελήσει.

(3) Τότε δὲ ταῦτα τοὺς Μιλησίους καταλάμβανε, ὅτε γε ἄνδρες μὲν οἱ πλεῖντες ἐκτείνοντο ὑπὸ τῶν Περσέων ἐόντων κομητέων, γυναῖκες δὲ καὶ τέκνα ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ἐγίνοντο, ἱρὸν δὲ τὸ ἐν Διδύμοισι, ὁ νηὸς τε καὶ τὸ χρηστήριον, συληθέντα ἐνέπιμπρατο. Τῶν δ' ἐν τῷ ἱρῷ τούτῳ χρημάτων πολλὰκις μνήμην ἐτέρωσι τοῦ λόγου ἐποιήσαμην.

XX. Ἐνθεῦτεν ἐὶ ζωγρηθέντες τῶν Μιλησίων ἦγοντο ἐς Σούσα. Βασίλειος δὲ σφας Δαρεῖος κακὸν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας κατοίκησε ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ καλυμένη θαλάσῃ, ἐν Ἀίμῃ πόλει, παρ' ἣν Τίγρης ποταμὸς παραρρεῖν ἐς θάλασσαν ἐξίει. (2) Τῆς δὲ Μίλη-

postquam plures naves ceperant, ipsi suarum maiorem partem amiserunt. Chii igitur cum reliquis e suis navibus domum profugerunt.

XVI. Quibus vero ex Chiorum numero invalidæ naves erant ob accepta vulnera, hi, quum hostis eos persequeretur, ad Mycalen profugerunt; et relictis ibi navibus in brevibus ejectis, pedibus per continentem redire instituerunt. (2) Ut vero Ephesiorum fines ingressi sunt redeuntes Chii, noctuque ad eum locum pervenerunt ubi tunc mulieres Thesmophoria celebrabant; ibi tunc Ephesii, quum quo pacto res Chiorum se haberent ante non audivissent, viderentque militum multitudinem fines suos invadentem, prorsus persuasi fures hos esse, qui mulieribus suis insidiarentur, universi ad vim arcendam procurrerunt, et Chios interfecerunt. Ac Chii quidem tali utrimque fortuna usi sunt.

XVII. Dionysius vero Phocæensis, perditas res esse intelligens Ionum, captis tribus hostium navibus, abiit non jam Phocæam navigans, satis gnarus eam cum reliqua Ionia in servitutem iri redactum; sed e vestigio recta in Phœnicen contendit. Ibi quum onerarias multas naves demersisset, multa pecunia et aliis rebus pretiosis esset potitus, in Siciliam inde vela fecit: ex qua coortus, prædatoriam exercuit; Græcicæ quidem nulli navi insidiatus, sed Carthaginensibus ac Tyrrenis.

XVIII. Persæ, victis pugna navali Ionibus, terra marique Miletum oppugnarunt, et, suffossis muris, admotisque ejusque generis machinis, penitus vi ceperunt, sexto a defectione Aristagoræ anno; captamque in servitutem redegerunt. Ita ea ipsa calamitate defuncta Miletus est, quæ in illam ab oraculo prædicta erat.

XIX. Nam quum Argivi Delphis oraculum de suæ urbis salute consuluisse, editum est promiscuum effatum, unum quidem ad Argivos spectans, sed huic immixtum aliud ad Milesios pertinens. (2) Et illud quidem, quod Argivos spectabat, deinde referam, quum ad illum narrationis locum pervenero; quæ vero Milesiis, tunc non præsentibus, prædixit deus, ita habent:

Tunc quoque, commentrix operum Milete malorum, permixtis cœna et præstantia munera fies, crinittique pedes tua pluribus abluit uxor; templi aliis nostri in Didymis sua cura manebit.

(3) Tunc igitur hæc Milesiis acciderunt, quando virorum major pars interfecta est a Persis longos capillos alentibus, et mulieres et liberi mancipiorum loco sunt habiti, et templum Didymis, ædes et oraculum, exspoliatum deflagavit. Cæterum pecuniæ rerumque pretiosarum, quæ in hoc templo depositæ erant, sæpe alibi in hac narratione feci mentionem.

XX. Inde, quotquot Milesii viri capti erant, Susa sunt ducti: quibus rex Darius, nullo alio malo adfectis, sedes adsignavit ad Rubrum quod vocatur mare, in Ampe opido, juxta quam præterfluens Tigris fluvius in mare evolvitur. (2) Agri vero Milesii eam partem, quæ prope u-

αἷς χώρας αὐτοὶ μὲν οἱ Πέρσαι εἶχον τὰ περὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ πεδίον, τὰ δὲ ὑπεράκρια ἔδωσαν Καρσί Πη-
δασεῦσι ἐκτῆσθαι.

XXI. Παθοῦσι δὲ ταῦτα Μιλήσιοισι πρὸς Περσέων
οὐκ ἀπέδωσαν τὴν δημοίην Συβαρίται, οἱ Λάον τε καὶ
Σκιδρόν οἶκεον τῆς πόλιος ἀπεστερημένοι. Συβάριος
γὰρ ἀλούσης ὑπὸ Κροτωνιητέων Μιλήσιοι πάντες
ἤδηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλὰς καὶ πένθος μέγα προσ-
εθήκαντο· πόλιες γὰρ αὐταὶ μάλιστα δὴ τῶν ἡμεῖς
10 ἴδμεν ἀλλήλησι ἐξενώθησαν. (2) Οὐδὲν ὁμοίως καὶ
Ἀθηναῖοι. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποίησαν ὑπερα-
γθεσύνετες τῇ Μιλήτου ἀλώσει τῇ τε ἄλλῃ πολλὰ χῆ,
καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυγίῳ δρᾶμα Μιλήτου ἀλω-
σιν καὶ διδάξαντι ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον, καὶ
15 ἐξημῶσάν μιν ὡς ἀνανηστάντα οἰκῆα κακὰ χιλήσι
ὀρχαμῆσι, καὶ ἐπέταξαν μηκέτι μηδὲνα χρᾶσθαι
τοῦτω τῷ δρᾶματι.

XXII. Μιλήτος μὲν νυν Μιλησίων ἡρήμωτο, Σα-
μίων δὲ τοῖσι τι ἔχουσι τὸ μὲν ἐς τοὺς Μήδους ἐκ τῶν
20 στρατηγῶν τῶν σφετέρων ποιηθὲν οὐδαμῶς ἤρεσκε,
ἔδοξε δὲ μετὰ τὴν ναυμαχίην αὐτίκα βουλευομένοισι,
πρὶν ἢ σπρὶ ἐς τὴν χώραν ἀπικέσθαι τὸν τύραννον Αἰά-
κεα, ἐς ἀποικίην ἐκπλῶειν μηδὲ μένοντας Μήδοισι τε
καὶ Αἰακεῖ δουλεύειν. (2) Ζαγκλαῖοι γὰρ οἱ ἀπὸ Σι-
25 κελίης τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον πέμποντες ἐς τὴν Ἰω-
νίην ἀγγέλους ἐπεκαλεῦντο τοὺς Ἰωνας ἐς Καλὴν
ἀκτὴν, βουλομένοι αὐτοῖσι πόλιν κτίσαι Ἰώνων· ἡ δὲ
Καλὴ αὕτη ἀκτὴ καλυμένη ἐστὶ μὲν Σικελῶν, πρὸς
δὲ Τυρσηνίην τετραμμένη τῆς Σικελίης. (3) Τούτων
30 ὧν ἐπικαλυμένων οἱ Σάμιοι μῦνοι Ἰώνων ἐστάλη-
σαν, οὐδὲ σπρὶ Μιλησίων οἱ ἐκπεφυγότες.

XXIII. Ἐν δὲ τοιόνδε δὴ τι συνήνεικε γενέσθαι.
Σάμιοι τε γὰρ κομιζόμενοι ἐς Σικελίην ἐγίνοντο
ἐν Λοκροῖσι τοῖσι Ἐπιζεφυρίοισι, καὶ Ζαγκλαῖοι
35 αὐτοὶ τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, τῷ οὐνόμα ἦν Σκύθης,
περιεκατέατο πόλιν τῶν Σικελῶν ἐξελείπειν βουλό-
μενοι. (2) Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Ῥηγίου τύραννος
Ἀναξίλειος, ὥστε ἐὼν διάφορος τοῖσι Ζαγκλαῖοις,
συμμίξας τοῖσι Σαμίοις ἀναπέλθει ὡς χρεὼν εἰπὶ Κα-
40 λὴν μὲν ἀκτὴν, ἐπ' ἣν ἔπλωον, ἔαν χαίρειν, τὴν δὲ
Ζάγκλην σκεῖν εὐῶσαν ἐρῆμον ἀνδρῶν. (3) Πειθο-
μένων δὲ τῶν Σαμίων καὶ σφόντων τὴν Ζάγκλην, ἐν-
θαῦτα οἱ Ζαγκλαῖοι, ὡς ἐπύθοντο ἐγομένην τὴν πόλιν
ἐσωτῶν, ἐβώθεον αὐτῇ καὶ ἐπεκαλεῦντο Ἱπποκράτεια
45 τὸν Γέλης τύραννον· ἦν γὰρ δὴ σπρὶ οὗτος σύμμαχος.
(4) Ἐπεῖτε δὲ αὐτοῖσι καὶ ὁ Ἱπποκράτης σὺν τῇ στρα-
τῇ ἦκε βοθέων, Σκύθην μὲν τὸν μούναρχον τῶν Ζαγ-
κλαίων ἀποβαλόντα τὴν πόλιν ὁ Ἱπποκράτης πεδύσας,
καὶ τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Πυθογένεα, ἐς Ἴνυκον πόλιν
50 ἀπέπεμψε, τοὺς δὲ λοιποὺς Ζαγκλαῖους κοινολογισά-
μενος τοῖσι Σαμίοις καὶ ὄρκους δοὺς καὶ δεξάμενος
προέδωκε. (5) Μισθὸς δὲ οἱ ἦν εἰρημένος ὅδε ὑπὸ
τῶν Σαμίων, πάντων τῶν ἐπίπλων καὶ ἀνδραπόδων τὰ
ἡμίσεα λαβεῖν τῶν ἐν τῇ πόλει, τὰ δ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν

bem et in planitie sita est, Persæ tenuerunt ipsi; colles et
montana Caribus Pedasensibus possidenda dedere.

XXI. Milesiis, hac calamitate afflictis a Persis, parem
gratiam non retulerunt Sybaritæ, qui patria urbe exuti
Laum et Scidrum incolebant. Nam Sybari a Crotoniatis
capta Milesii universi, nulla excepta ætate, capita rase-
rant, et ingentem præ se tulerant luctum: hæ enim
civitates maxime omnium, quas novimus, hospitii inter s-
jura coluerant. (2) Diverso modo fecere Athenienses. Hi
enim et aliis multis modis testatum fecerunt, quam acer-
bum ex Mileti expugnatione luctum perceperint; et, quum
Phrynichus drama scripsisset docuissetque, Mileti expu-
gnationem, in lacrimas eruperunt spectatores omnes, et
mille drachmis multatus est poeta, quod domesticarum
calamitatum memoriam refrixisset; legeque cautum est, ne
quis amplius hoc dramate uteretur.

XXII. Ita Miletus viduata est Milesiis. Samiorum vero
his, qui aliquid in bonis habebant, minime placuit id quod
ab ipsorum ducibus in gratiam Medorum erat factum.
Itaque statim a navali pugna deliberantes decreverunt,
prius quam in ipsorum terram advenisset Æaces tyrannus,
navibus in coloniam emigrare, nec manere dum Medis et
Æaci servire cogerentur. (2) Etenim per idem tempus
Zancleæ ex Sicilia nuncios miserant in Ioniam, qui Ionas
ad Calactam invitarent, ubi Ionicam condi urbem Zancleæ
cupiebant. Est autem hæc Cale Acte (*Pulcrum littus*)
quæ vocatur, Siciliæ tractus, Tyrreniæ obversus. (3) Illis
igitur invitantibus, soli ex Ionibus Samii in coloniam abie-
runt, cum eisque Milesii, qui patriæ calamitatem effugerant.

XXIII. Interim res accidit hujusmodi. Samii, dum Sici-
liam petunt, in Locris erant Epizephyriis, et Zancleæ cum
rege ipsorum, cui nomen erat Scythies, urbem aliquam
Siciliæ obsidebant, quam expugnare cupidi erant. (2)
Ea re cognita, Anaxilaus Rhegii tyrannus, infensus tunc
Zancleis, cum Samiis egit, monens eos omittendam esse,
quam peterent, Calactam, occupandamque Zanclam, viris
tuum vacuum. (3) Et Samii, dicto audientes, Zanclam
tenuere. Zancleæ, ut occupatam suam urbem audire, ad
opem ferendam adcurrunt, advocato etiam Hippocrate,
Gelæ tyranno, cui cum illis societas erat. (4) At Hippocra-
tes, postquam cum exercitu tamquam opem illis laturus ad-
venit, ipse Scythiam Zancleorum monarcham, qui urbem
amiserat, fratremque ejus Pythogenem, compedibus vinctos
in oppidum Inycum misit; reliquos autem Zancleæos, fœdere
cum Samiis inito, et fide data acceptaque, prodidit. (5) Mer-
ces ei a Samiis hæc erat stipulata, ut omnium quæ moveri
possent mancipiorumque, quæ in urbe essent, dimidiam
partem Hippocrates acciperet; quæ vero in agris essent,

πάντα Ἱπποκράτεια λαγχάνειν. (6) Τοὺς μὲν δὲ πλεῖνας τῶν Ζαγκλαίων αὐτοὺς ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ εἶχε δῆσας, τοὺς δὲ κορυφαίους αὐτῶν τριηκοσίους ἔδωκε τοῖσι Σαμίοισι κατασφάζειν οὐ μέντοι οἱ γε Σάμιοι ἐποίησαν ταῦτα.

XXIV. Σχύθης δὲ δὲ τῶν Ζαγκλαίων μούναρχος ἐκ τῆς Ἰνύκου ἐκδιδρῆσκει ἐς Ἱμέρην, ἐκ δὲ ταύτης παρῆν ἐς τὴν Ἀσίην καὶ ἀνέβη παρὰ βασιλέα Δαρείον. (2) Καὶ μιν ἐνόμισε Δαρείος πάντων ἀνδρῶν δικαιοτά-
10 τον εἶναι, ὅσοι ἐκ τῆς Ἑλλάδος παρ' ἐωυτὸν ἀνέβησαν· καὶ γὰρ παραιτησάμενος βασιλέα ἐς Σικελίην ἀπίκετο καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς Σικελίης ὀπίσω παρὰ βασιλέα, ἐς δὲ γῆραί μιν μέγα ὀλίγος ἔων ἐτελεύτησε ἐν Πέρσῃσι. Σάμιοι δὲ ἀπαλαχθέντες Μήδων ἀπονητὶ πόλιν
15 καλλίστην Ζάγκλην περιεβέβλητο.

XXV. Μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίην τὴν ὑπὲρ Μιλήτου γενομένην Φοίνικες κελευσάντων Περσέων κατήγον ἐς Σάμον Αἰάκεα τὸν Συλοσῶντος ὡς πολλοῦ τε ἀξίον γε-
20 νόμενον σφίσι καὶ μεγάλα κατεργασάμενον· (2) καὶ Σαμίοισι μούνοισι τῶν ἀποστάντων ἀπὸ Δαρείου διὰ τὴν ἐκλείψιν τῶν νεῶν τὴν ἐν τῇ ναυμαχίῃ οὔτε ἡ πόλις οὔτε τὰ ἱρὰ ἐνεπρήσθη. Μιλήτου δὲ ἀλούσης αὐτίκα Καρίην ἔσχον οἱ Πέρσαι, τὰς μὲν ἐθελοντὴν τῶν πολλῶν ὑποκυψάσας, τὰς δὲ ἀνάγκῃ προσηγάγοντο.

25 XXVI. Ταῦτα μὲν δὲ οὕτω ἐγένετο, Ἰστιαίῳ δὲ τῷ Μιλήσιῳ ἐόντι περὶ Βυζάντιον καὶ συλλαμβάνοντι τὰς Ἰώνων δολκάδας ἐκπλωούσας ἐκ τοῦ Πόντου ἐξαγγέλλεται τὰ περὶ Μίλητον γέγονενα. (2) Τὰ μὲν δὲ περὶ Ἑλλήσποντον ἔχοντα πρήγματα ἐπιτρά-
30 πει Βισαλτῇ Ἀπολλοφάνεος παιδὶ Ἀδουδηνῷ, αὐτὸς δὲ ἔχων Λεσβίους ἐς Χίον ἐπλωε, καὶ Χίων φρουρῇ οὐ προσειμένη μιν συνέβαλε ἐν Κοίλοισι καλυμμένοις. τῆς Χίως χώρας. (3) Τούτων τε δὲ ἐφόνευσε συχνούς, καὶ τῶν λοιπῶν Χίων, οἳ δὲ κεκακωμένοι ἐκ τῆς ναυ-
35 μαχίης, ὁ Ἰστιαῖος ἔχων τοὺς Λεσβίους ἐπεκράτησε, ἐκ Πολίχνης τῆς Χίων ὁρμώμενος.

XXVII. Φιλέει δὲ κως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλις ἢ ἐθνὴ ἐσεσθαι καὶ γὰρ Χίοισι πρὸ τούτων σημήϊα μεγάλα ἐγένετο. Τοῦτο
40 μὲν σφι πέμψασι ἐς Δελφούς· χορὸν νενηνίων ἑκατὸν δύο μῶνοι τούτων ἀπενόστησαν, τοὺς δὲ ὁκτώ τε καὶ ἐνενηνίοντα αὐτῶν λοιμὸς ὑπολαβὼν ἀπῆνεικε· (2) τοῦτο δὲ ἐν τῇ πόλει τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον, ὀλίγῳ πρὸ τῆς ναυμαχίης, παισὶ γράμματα διδάσκομένοις
45 ἐνέπεσε ἡ στέγη, ὥστε ἀπ' ἑκατὸν καὶ εἴκοσι παίδων εἰς μῶνος ἀπέφυγε. (3) Ταῦτα μὲν σφι σημήϊα ὁ θεὸς προέδειξε, μετὰ δὲ ταῦτα ἡ ναυμαχία ὑπολαβοῦσα ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε, ἐπὶ δὲ τῇ ναυμαχίῃ ἐπεγένετο Ἰστιαῖος Λεσβίους ἄγων· κεκακωμένων δὲ τῶν Χίων,
50 καταστροφὴν εὐπετέως αὐτῶν ἐποίησατο.

XXVIII. Ἐνθεῦτεν δὲ ὁ Ἰστιαῖος ἐστρατεύετο ἐπὶ Θάσον, ἄγων Ἰώνων καὶ Αἰολέων συχνούς. Περιε-
τημένη δὲ οἱ Θάσον ἦλθε ἀγγελία ὡς οἱ Φοίνικες ἀνα-
πλώουσι ἐκ τῆς Μιλήτου ἐπὶ τὴν ἄλλην Ἰωνίην. (2)

ea cuncta sortiretur. (6) Igitur Zancleorum plerosque ipse mancipiorum loco in vinculis habuit, eminentiores autem illorum trecentos Samiis tradidit interficiendos : at ab hac quidem culpa Samii abstinere.

XXIV. Scythes vero, Zancleorum monarcha, ex Inyco Himeram profugit ; indeque in Asiam profectus, ad regem Darium adscendit. (2) Et hunc Darius justissimum judicavit virorum omnium, qui ex Græcia ad ipsum ascendebant : nam venia a rege impetrata in Siciliam redierat, rursusque ex Sicilia ad regem erat reversus. Denique senex et beatus apud Persas e vita discessit. Ita igitur Samii, procul a Medis profecti, nullo labore pulcherrima urbe Zancle sunt potiti.

XXV. Post peractam pro Mileto navalem pugnam, Phoenices ex Persarum mandato Æacem, Sylosontis filium, Samum reduxerunt, utpote qui utilissimam illis egregiamque operam præstitisset. (2) Et solis, ex omnibus qui a Dario defecerant, Samiis neque urbs neque templa incensa sunt, propterea quod naves eorum in pugna navali socios deseruerant. Capta vero Mileto, profinus Caria in potestatem venit Persarum, aliis oppidis ultro sese deditibus, aliis vi ad obsequium redactis.

XXVI. Atque ita hæc res gestæ sunt. Histiaeus autem Milesio circa Byzantium versanti et Ionum onerarias naves e Ponto venientes intercipienti, adfertur nuncius de rebus ad Miletum gestis. (2) Itaque, rebus ad Hellespontum Bisaltæ Abydeno permissis, Apollophanis filio, ipse secum sumptis Lesbiis Chium navigavit. Ubi quum non reciperet eum Chiorum præsidium, acie cum his congressus est in Cælis (*id est Cavis*) quæ vocantur Chiæ terræ ; (3) et eorum multos interfecit : mox reliquos etiam Chios, quippe navali pugna misere adfectos, sub potestatem suam Histiaeus, Lesbiis adjutus, redegit, ex Polichna Chiorum oppido impetu facto.

XXVII. Solet autem deus ante significare, quando magna mala civitati aut populo cuipiam imminet ; atque etiam Chiis ante has calamitates ingentia signa acciderant. Primum enim, quum centum juvenum chorum Delphos misissent, non nisi duo ex his redierant, cæteris octo et nonaginta peste absumptis : (2) tum per idem tempus, laud multo ante navalem pugnam, super puerorum capitibus literas discentium tectum corruerat, ut de centum et viginti pueris unus solus evaserit. (3) His signis a deo ante ostensis, deinde secuta pugna navalis in genu projecit civitatem ; post pugnam vero navalem supervenit Histiaeus cum Lesbiis, et Chios jam ante adtritros facile prorsus depressit.

XXVIII. Inde Thaso arma Histiaeus intulit, magnam Ionum et Æolensium manum secum ducens. Dum vero Thasum circumsidet, adfertur ei nuncius, Phoenices Mileto profectos reliquam Ioniam navibus petere. (2) Quo

Πυθόμενος δὲ ταῦτα Θάσον μὲν ἀπόρρητον λείπει, αὐ-
τὸς δὲ ἐς τὴν Λέσβον ἡπείγετο ἄγων πᾶσαν τὴν στρα-
τιήν. Ἐκ Λέσβου δὲ λεξιμανύσης οἱ τῆς στρατιῆς
πέρην διαβαίνει, ἐκ τοῦ Ἀταρνεὸς ὡς ἀμύσων τὸν σι-
5 ρον, τὸν τε ἐνθεύτην καὶ τὸν ἐκ Καϊκού πεδίου, τὸν
τῶν Μυσῶν. (3) Ἐν δὲ τούτοις τοῖς χωρίοις ἐτύγγανε
ἔων Ἀρπαγὸς ἀνὴρ Πέρσης, στρατηγὸς στρατιῆς οὐκ
ὀλίγης, ὃς οἱ ἀποθάντι συμβαλὼν αὐτὸν τε Ἰστιαῖον
ζωγρὴν ἔλαβε καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ τὸν πλέω διέ-
10 φεیره.

XXIX. Ἐζωγρήθη δὲ ὁ Ἰστιαῖος ὧδε. Ὡς ἐμά-
χοντο οἱ Ἕλληνες τοῖς Πέρσῃσι ἐν τῇ Μαλήνῃ τῆς
Ἀταρνεΐτιδος χώρας, οἱ μὲν συνέστασαν χρόνον ἐπὶ
πολλόν, ἡ δὲ ἵππος ὑπερον δρμηθεῖσα ἐπιπίπτει τοῖς
15 Ἕλλησι. Τό τε δὴ ἔργον τῆς ἵππου τοῦτο ἐγένετο, (2)
καὶ τετραμμένων τῶν Ἑλλήνων ὁ Ἰστιαῖος ἐλπίζων
οὐκ ἀπολέσθαι ὑπὸ βασιλέως διὰ τὴν παρούσαν ἀμαρ-
τάδα φιλοψυχὴν τοιγύνη τινα ἀναίρεται· ὡς φεύγων
τε κατελαμβάνετο ὑπ' ἀνδρὸς Πέρσῃσι καὶ ὡς καταίρε-
20 ὁμος ὑπ' αὐτοῦ ἐμελλε συγκεντηθῆσεσθαι, Περσίδα
γλώσσαν μετεῖς καταμηνύει ἑωυτὸν ὡς εἶη Ἰστιαῖος ὁ
Μιλήσιος.

XXX. Εἰ μὲν νυν, ὡς ἐζωγρήθη, ἀνάχθη ἀγόμενος
παρὰ βασιλέα Δαρεῖον, ὃ δ' οὐτ' ἂν ἔπαθε κακὸν οὐδὲν
25 δοκέειν ἐμοί, ἀπῆκε τ' ἂν αὐτῷ τὴν αἰτίην· νῦν δὲ μιν
αὐτῶν τε τούτων εἵνεκεν, καὶ ἵνα μὴ διαφυγὼν αὐτῷ
μέγας παρὰ βασιλεῖ γένηται, Ἀρταφέρνης τε ὁ Σαρ-
δίῳ ὑπαρχὸς καὶ ὁ λαδῶν Ἀρπαγὸς, ὡς ἀπύκετο ἀγό-
μενος ἐς Σάρδεις, τὸ μὲν αὐτοῦ σῶμα αὐτοῦ ταύτη ἀνε-
30 σταύρωσαν, τὴν δὲ κεφαλὴν ταριχεύσαντες ἀνήνεικαν
παρὰ βασιλέα Δαρεῖον ἐς Σοῦσα. (2) Δαρεῖος δὲ
πυθόμενος ταῦτα καὶ ἐπαίτιησάμενος τοὺς ταῦτα ποιή-
σαντας ὅτι μιν οὐ ζῶντας ἀνήγαγον ἐς ὄψιν τὴν ἑωυτοῦ,
τὴν κεφαλὴν τὴν Ἰστιαίου λούσαντάς τε καὶ περιστεί-
35 λαντάς εὖ ἐνετελιματο θάψαι ὡς ἀνδρὸς μεγάλως ἑωυτῷ
τε καὶ Πέρσῃσι εὐεργέτην. Τὰ μὲν περὶ Ἰστιαίου
οὕτω ἔσχε.

XXXI. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Περσέων χειμε-
ρίσας περὶ Μίλητον, τῷ δευτέρῳ ἔτει ὡς ἀνέπλωσε,
40 αἰρέει εὐπετέως τὰς νήσους τὰς πρὸς τῇ ἡπείρῳ κειμέ-
νας, Χίον καὶ Λέσβον καὶ Τένεδον. (2) Ὅπως δὲ
λάβοι τινα τῶν νήσων, ὡς ἐκάστην αἰρέοντες οἱ βάρβα-
ροι ἐσαγίνευον τοὺς ἀνθρώπους. Σαγηνέουσι δὲ τόνδε
τὸν τρόπον· ἀνὴρ ἀνδρὸς ἀψάμενος τῆς χειρὸς ἐκ θαλάσ-
45 σης τῆς βορρῆς ἐπὶ τὴν νοτίην διήκουσι, καὶ ἐπειτεν
διὰ πάσης τῆς νήσου διέρχονται ἐκθηρεύοντες τοὺς ἀν-
θρώπους. (3) Ἀφρον δὲ καὶ τὰς ἐν τῇ ἡπείρῳ πόλεις
τὰς Ἰάδας κατὰ τὰ αὐτὰ, πλὴν οὐκ ἐσαγίνευον τοὺς
ἀνθρώπους· οὐ γὰρ οἶά τ' ἦν.

60 XXXII. Ἐνθαῦτα Περσέων οἱ στρατηγοὶ οὐκ ἐψέυ-
σαντο τὰς ἀπειλὰς τὰς ἐπηπειλήσαν τοῖς Ἴωσι στρα-
τοπεδευόμενοις ἐναντία σφίσι. (2) Ὡς γὰρ δὴ ἐπε-
κράτησαν τῶν πολλῶν, παῖδας τε τοὺς εὐειδεστάτους
ἐκλεγόμενοι ἐξέταμνον καὶ ἐποίηον ἀντὶ τοῦ εἶναι

cognito, Thasum inexpugnatam relinquens, Lesbum con-
tendit, universis copiis secum ductis. Lesbo vero, quum
fame laboraret exercitus, in continentem trajecit, frumen-
tum demelere et ex Atarneo cogitans, et ex Caico campo
Mysorum ditionis. (3) At fuit forte in ea regione Harpagus
Persa, haud exigui dux exercitus : qui, cum illo in terram
egresso commissa pugna, et ipsum Histiaeum vivum cepit,
et majorem copiarum illius partem interfecit.

XXIX. Captus est autem Histiaeus hoc modo. Commis-
so Græcos inter et Persas prælio in Malena agri Atarnensis,
per satis longum tempus æquo Marte pugnatum est ; ad
extremum vero immissus est Græcis equitatus, qui pu-
gnam hanc confecit : (2) et in fugam versis Græcis, Hi-
stiaeus, sperans se ob admissam culpam non supplicio ad-
fectum iri a rege, talem quemdam vitæ amorem concepit :
quum fugientem adsecutus esset homo Persa, qui jam in eo
erat ut deprehensum confoderet, Persico ille sermone ho-
minem adloquens, esse se Histiaeum Milesium indicavit.

XXX. Qui si in vita fuisset servatus, et ad Darium re-
gem adductus, puto equidem nihil mali fuisse eum passu-
rum, remissurumque ei culpam fuisse regem. Nunc hanc
ipsam ob causam, ne salvus evaderet iterumque mi-
gnus fieret apud regem, Artaphernes Sardium præfectus, ei
qui illum captivum fecerat Harpagus, ut Sardes adductus
est Histiaeus, corpus illius suspenderunt e cruce, caput an-
tam, sale conditum, Susa ad Darium regem miserunt. (2)
Quibus rebus cognitis Darius, vituperatis his qui hoc fe-
cerant, quod non vivum illum in suum conspectum ad-
duxissent, caput Histiaei lotum et bene curatum jussit
sepeliri, ut viri de se et de Persis præclare meriti. Hoc
igitur fato functus Histiaeus est.

XXXI. Jam navalis Persarum exercitus, postquam circa
Miletum hiemaverat, sequenti anno inde profectus, insu-
las facile cepit haud procul a continente sitas, Chium et
Lesbum et Tenedum. (2) Quarum insularum ut quaque
potiti erant barbari, incolas omnes indagine cinctos capie-
bant. Indagine autem cingunt hoc modo : vir virum
manu prehensens, a mari septemtrionali ad australe perti-
nentes, totam pervadunt insulam, atque ita homines ve-
nantur. (3) Pariter vero etiam Ionicas in continente ce-
perunt civitates, nisi quod ibi homines non indagine cinctos
venati sunt ; neque enim fieri id poterat.

XXXII. Tunc vero Persarum duces vera præstiterunt
ea, quæ minati Ionibus erant, quum illi ex adverso ca-
stra haberent. (2) Postquam enim urbibus potiti sunt,
selectos puerorum formosissimos castrabant, ex viris eunu-
chos facientes ; et virgines forma præcellentes abducebant

ἐνόρχιας εὐνούχους, καὶ παρθένους τὰς καλλιστευού-
σας ἀνασπύστους παρὰ βασιλέα· ταῦτά τε δὴ ἐποίουν,
καὶ τὰς πόλιας ἐνετίμπρασαν αὐτοῖσι ἱροῖσι. (3) Οὕτω
δὴ τὸ τρίτον Ἴωνες κατεδουλώθησαν, πρῶτον μὲν ὑπὸ
6 Λυδῶν, δις δὲ ἐπεξῆς τότε ὑπὸ Περσέων.

XXXIII. Ἀπὸ δὲ Ἰωνῆς ἀπαλλασόμενος ὁ ναυτι-
κὸς στρατὸς τὰ ἐπ' ἀριστερὰ ἐσπλώνοντι τοῦ Ἑλλησ-
πόντου αἶρεε πάντα· τὰ γὰρ ἐπὶ δεξιὰ αὐτοῖσι Πέρ-
σης ὑποχείρια ἦν γεγονότα κατ' ἤπειρον. (2) Εἰσι
10 δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ αἶδε τοῦ Ἑλλησπόντου, Χερσονήσος
τε, ἐν τῇ πόλει συχναὶ ἐνεῖσι, καὶ Περὶνθος καὶ τὰ
τείχεα τὰ ἐπὶ Θρηάκης καὶ Σηλυβρίας τε καὶ Βυζάντιον.
(3) Βυζάντιοι μὲν νυν καὶ οἱ πέρηθε Καλχηδόνιοι
οὐδ' ὑπέμειναν ἐπιπλώνοντας τοὺς Φοίνικας, ἀλλ' οἴχοντο
15 ἀπολιπόντες τὴν σφετέρην ἔσω ἐς τὸν Εὐξείνιον πόντον,
καὶ ἐνθαῦτα πόλιν Μεσαμβρίην οἰκίσαν· οἱ δὲ Φοίνικες
κατακαύσαντες ταύτας τὰς χώρας τὰς καταλεχθείσας
τράπονται ἐπὶ τε Προκόννησον καὶ Ἀρτάκην, πυρὶ δὲ
καὶ ταύτας νεύμαντες ἐπλώουν αὐτὴς ἐς τὴν Χερσονήσον,
20 ἐξαιρήσαντες τὰς ἐπιλοίπους τῶν πόλιν, ὅσας πρότε-
ρον προσσχόντες οὐ κατέσυραν. (4) Ἐπὶ δὲ Κύζικον
οὐδὲ ἐπλώσαν ἀρχὴν αὐτοὶ γὰρ Κυζικηνοὶ ἔτει πρό-
τερον τοῦ Φοινίκων ἔσπλου ἐγεγόνεσαν ὑπὸ βασι-
λέϊ, Οἰδάρει τῷ Μεγαβάζου διμολογήσαντες, τῷ
25 ἐν Δασκυλείῳ ὑπάρχῳ. Τῆς δὲ Χερσονήσου, πλὴν
Καρδίας πόλιος, τὰς ἄλλας πάσας ἐχειρώσαντο οἱ
Φοίνικες.

XXXIV. Ἐτυράννευε δὲ αὐτέων μέχρι τότε Μι-
τιάδης ὁ Κίμωνος τοῦ Στισταγόρου, κτησαμένου τὴν
30 ἀρχὴν ταύτην πρότερον Μιτιάδου τοῦ Κυφέλου τρώ-
πι τοῦ ὧδε. ἔχον Δολογχοὶ Θρηάικες τὴν Χερσονή-
σον ταύτην. (2) Οὗτοι ὦν οἱ Δολογχοὶ πιεσθέντες πο-
λέμῳ ὑπ' Ἀψινθίων ἐς Δελφούς ἐπεμψαν τοὺς βασιλεῖς
περὶ τοῦ πολέμου χρησόμενους. Ἡ δὲ Πυθίῃ σφι
35 ἀνέειλε οἰκιστὴν ἐπάγεσθαι ἐπὶ τὴν γῶρην τοῦτον ὃς ἂν
σφας ἀπιόντας ἐκ τοῦ ἱεροῦ πρῶτος ἐπὶ ξείνια καλέσῃ.
(3) Ἰόντες δὲ οἱ Δολογχοὶ τὴν ἱρὴν ὁδὸν διὰ Φωκίων τε
καὶ Βιωτῶν ἤϊσαν· καὶ σφας ὡς οὐδεὶς ἐκάλεε, ἐκτρά-
πονται ἐπ' Ἀθηναίους.

XXXV. Ἐν δὲ τῇσι Ἀθήνῃσι τηλικαῦτα εἶχε μὲν
τὸ πᾶν κράτος Πεισίστρατος, ἀτὰρ ἐδυνάστευε καὶ
Μιτιάδης ὁ Κυφέλου ἐὼν οἰκίης τεθριποτρόφου, τὰ
μὲν ἀνάκαθεν ἀπ' Αἰακοῦ τε καὶ Αἰγίνης γεγονώς, τὰ
δὲ νεώτερα Ἀθηναῖος, Φιλαίου τοῦ Αἰάντος παιδὸς
45 γενομένου πρώτου τῆς οἰκίης ταύτης Ἀθηναίου. (2)
Οὗτος ὁ Μιτιάδης κατήμενος ἐν τοῖσι προθύροις τοῖσι
ἑωυτοῦ, ὁρέων τοὺς Δολογχοὺς παριόντας ἐσθῆτα οὐκ
ἐγχωρίην ἔχοντας καὶ αἰχμὰς προσεβώσατο καὶ σφι
προσελθοῦσι ἐπηγγεῖλατο καταγωγὴν καὶ ξείνια. (3)
60 Οἱ δὲ δεξάμενοι καὶ ξεινισθέντες ὑπ' αὐτοῦ ἐξέφαινον
πᾶν οἱ τὸ μαντήϊον, ἐκρήξαντες δὲ ἐδέοντο αὐτοῦ τῷ
θεῷ μιν πείθεσθαι. Μιτιάδεα δὲ ἀκούσαντα παρα-
τίκα ἐπεισε ὁ λόγος οἷα ἀχρόμενόν τε τῇ Πεισιστράτου
ἀρχῇ καὶ βουλούμενον ἐκποδῶν εἶναι. (4) Αὐτίκα δὲ

ad regem : et hæc igitur faciebant et urbes cum ipsis templis
incendio cremabant. (3) Atque sic tertio in servitutem
Jones redacti sunt : primum a Lydis, et his deinceps tunc a
Persis.

XXXIII. Post hæc, relicta Ionia, navalis exercitus omnia
Hellesponti loca, quæ ad sinistram sunt intrant, sube-
git : nam, quæ a dextra sunt, ea Persæ jam ipsi per se,
terra adgressi, suam in potestatem redegerant. (2) Sunt au-
tem ad Hellespontum in Eutropa loca hæc : Chersonesus,
in qua complura insunt oppida, tum Perinthus, et castella
Thracia, et Selybria, et Byzantium. (3) Jam Byzantii qui-
dem, et his ex adverso oppositi Calchedonii, ne expecta-
runt quidem Phœnicie classis adventum ; sed, relictis suis
sedibus, introrsus in Pontum Euxinum se receperunt, ibi-
que urbem condiderunt Mesembriam. Phœnices vero, in-
censis his quæ nominavi locis, contra Proconnesum et
Artacam se converterunt : quibus et ipsis igni datis, ite-
rum in Chersonesum navigarunt, reliquas urbes expugna-
turi, quas superiori adpulsu non everterant. (4) Adver-
sus Cyzicum vero cursum omnino non direxerunt : nam
Cyziceni ipsi jam ante Phœnicum adventum in obsequio
erant regis Persarum, deditionem cum Cebare pacti, Me-
gabazi filio, Dascylei præfecto. Chersonesi vero, una
Cardia excepta, reliquis omnibus urbibus potiti sunt Phœ-
nices.

XXXIV. Tyrannus tunc Chersonesi Miltiades erat, Ci-
monis filius, Stesagoræ nepos : quod regnum primus olim
susceperat Miltiades, Cypseli filius, hoc modo. Tenebant
hanc Chersonesum Dolonci Thracæ. (2) Hi, bello pressi
ab Apsinthiis, reges suos miserant Delphos, qui de hoc
bello oraculum consulerent ; quibus Pythia respondit,
colonie conditorem in hanc regionem secum adducerent
eum, qui ipsos, postquam templo egressi essent, primus
ad hospitium vocasset. (3) Rediere Dolonci sacra via,
per Phocences et Bœotos : ubi quum nemo eos vocasset,
Athens deflectunt.

XXXV. Erat tunc Athenis summa potestas penes Pisi-
stratum : cæterum dominabatur etiam Miltiades Cypseli
filius, e familia quadrigas alente ; originem quidem generis
ab Æaco ex Ægina repelens, sed recentiori memoria civis
Atheniensis ; Philæus enim, Ajacis filius, primus ex hac
familia in civium Atheniensium numerum erat receptus.
(2) Hic Miltiades, in vestibulo ædium suarum sedens,
quum prætereuntes conspiceret Doloncos, vestem gesta-
ntes extraneam et lanceas, inclamavit illos ; accedentibusque
deversorium et hospitalia officia obtulit. (3) Tum illi,
accepta conditione, hospitio ab eo recepti, totum hospiti
effatum oraculi aperuerunt, rogaruntque eundem ut deo
obsequeretur. Quorum audito sermone, protinus persua-
sus Miltiades est, quippe ægre ferens Pisistrati imperium,
et procul ipse abesse cupiens. (4) Itaque extemplo Del-

ἑστᾶλη ἐς Δελφοῦς, ἐπειρησόμενος τὸ χρηστήριον εἰ ποίη τά περ αὐτοῦ οἱ Δολογχοὶ προσεδέοντο.

XXXVI. Κελευούσης δὲ καὶ τῆς Πυθίης, οὗτω δὴ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου, Ὀλύμπια ἀναραιρηκώς πρότερον τούτων τεθρίπῳ, τότε παραλαβὼν Ἀθηναίων πάντα τὸν βουλόμενον μετέγειν τοῦ στολοῦ ἐπλωε ἅμα τοῖσι Δολόγχοις, καὶ ἔσχε τὴν χώραν καὶ μιν οἱ ἐπαγαγόμενοι τύραννον κατεστήσαντο. (2) Ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἀπετείχισε τὸν ἰσθμὸν τῆς Χερσονήσου ἐκ Καρδίας πόλιος ἐς Πακτύην, ἵνα μὴ ἔροιεν σφῆας οἱ Ἀψινθιοὶ οὐδέποτε ἐσβάλλοντες ἐς τὴν χώραν. Εἰσι δὲ οὗτοι στάδιοι ἑξ τε καὶ τριήκοντα τοῦ ἰσθμοῦ· ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσθμοῦ τούτου ἡ Χερσόνησος ἔσω πᾶσά ἐστι σταδίων εἴκοσι καὶ τετρακοσίων τὸ μῆκος.

XXXVII. Ἀποτείχισας ὦν τὸν αὐχένα τῆς Χερσονήσου ὁ Μιλτιάδης, καὶ τοὺς Ἀψινθίους τρόπῳ τοιούτῳ ὥσάμενος, τῶν λοιπῶν πρῶτοις ἐπολέμησε Λαμψακηνοῖσι· καὶ μιν οἱ Λαμψακηνοὶ λογήσαντες αἰρέουσιν ζωγρίῃ. (2) Ἦν δὲ ὁ Μιλτιάδης Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνύμῃ γεγονώς· πυθόμενος ὦν ὁ Κροῖσος ταῦτα, πέμπων προηγόρευε τοῖσι Λαμψακηνοῖσι μετιέναι Μιλτιάδεα· εἰ δὲ μὴ, σφῆας πίτυος τρόπον ἠπειλεε ἐκτρίψειν. (3) Πλανεωμένων δὲ τῶν Λαμψακηνῶν ἐν τοῖσι λόγοις τί ἐθέλει τὸ ἔπος εἶναι τό σφι ἠπειλήσεν ὁ Κροῖσος, πίτυος τρόπον ἐκτρίψειν, μόγις κοτὲ μαθὼν τῶν τις πρεσβυτέρων εἶπε τὸ ἔον, ὅτι πίτυς μούνη δενδρέων πάντων ἔκκοπεῖσα βλαστὸν οὐδένα μετρίει, ἀλλὰ πανώλεθρος ἐξαπολλύται. Δείσαντες ὦν οἱ Λαμψακηνοὶ Κροῖσον, λύσαντες μετήξαν Μιλτιάδεα.

XXXVIII. Οὗτος μὲν δὴ διὰ Κροῖσον ἐκρεύει, μετὰ δὲ τελευτᾷ ἄπαις, τὴν ἀρχὴν τε καὶ τὰ χρήματα παραδούς Σησαγόρῃ τῷ Κίμωνος ἀδελφεοῦ παιδὶ ὁμομητρίῳ. Καὶ οἱ τελευτήσαντι Χερσονησιταὶ θύουσι ὡς νόμος οἰκιστῇ, καὶ ἄγῳνα ἱππικὸν τε καὶ γυμνικὸν ἐπιστάσι, ἐν τῷ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐγγίνεται ἀγωνίζεσθαι. (2) Πολέμου δὲ ἔοντος πρὸς Λαμψακηνοὺς καὶ Σησαγόρεα κατέλαβε ἀποθανέειν ἄπαιδα, πληγέντα τὴν κεφαλὴν πελέκει ἐν τῷ πρυτανείῳ πρὸς ἀνδρὸς αὐτομόλου μὲν τῷ λόγῳ, πολεμίου δὲ καὶ ὑποδερμότερου τῷ ἔργῳ.

XXXIX. Τελευτήσαντος δὲ καὶ Σησαγόρῳ τρόπῳ τοιούτῳ, ἐνθαῦτα Μιλτιάδεα τὸν Κίμωνος, Σησαγόρῳ δὲ τοῦ τελευτήσαντος ἀδελφεόν, καταλαμψόμενον τὰ πράγματα ἐπὶ Χερσονήσου ἀποστελλοῦσι τριήρει οἱ Πεισιστρατίδαι, οἳ μιν καὶ ἐν Ἀθήνῃσι ἐποίησαν εὖ ὡς οὐ συνειδότες ᾔθην τοῦ πατρὸς Κίμωνος αὐτοῦ τὸν θάνατον, τὸν ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ σημανέω ὡς ἐγένετο. (2) Μιλτιάδης δὲ ἀπικόμενος ἐς τὴν Χερσόνησον εἶχε κατ' οἴκους, τὸν ἀδελφὸν Σησαγόρεα δηλαδὴ ἐπιτιμέων. Οἱ δὲ Χερσονησιταὶ πυνθανόμενοι ταῦτα συνελθόντες ἀπὸ πασῶν τῶν πολιῶν οἱ δυναστεύοντες πάντοθεν, κοινῷ δὲ στολῇ ἀπικόμενοι ὡς συλλυπητῆστοι ἐδέσθην ὑπ' αὐτοῦ. (3) Μιλτιάδης τε δὴ ἴσχει τὴν Χερσόνησον, πεντακοσίους βόσκων ἐπικυρούρας, καὶ

phos profectus, consuluit oraculum, an faceret quod eum Dolonci rogassent.

XXXVI. Quod ubi etiam Pythia facere jussit, ita Miltiades Cypseli filius, qui ante id tempus quadrigæ curriculo victoriam Olympiæ reportaverat, tunc, adsumptis quicumque ex Atheniensibus protectionis esse socii voluerant, una cum Doloncibus navigavit: et, postquam terram illam tenuit, ab his ipsis qui eum adduxerant tyrannus est constitutus. (2) Is igitur primo isthmum Chersonesi muro interceptit, ex Cardia urbe usque Pactyam; ne possent Apsinthii incursionibus vastare regionem. Est autem latitudo isthmi illius stadia sex et triginta; longitudo vero Chersonesi ab hoc isthmo introrsum est quadringentorum et viginti stadiorum.

XXXVII. Faucibus Chersonesi muro interceptis, eaque ratione expulsis Apsinthiis, primis cæterorum Lampsacenis arma Miltiades intulit: quo bello a Lampsacenis, structis insidiis, vivus captus est. (2) Erat autem Miltiades Cræso Lydo familiaris. Itaque re cognita, Cræsus præcone misso edixit Lampsacenis, saluum dimitterent Miltiadem: id ni fecissent, minatus est, pinus arboris in modum se illos excisurum. (3) Incertis Lampsacenis, disceptantibusque inter se quid sibi vellet hoc verbum, quod ipsis minatus Cræsus esset, pinus in modum se illos excisurum, postremo tandem seniorum quispiam verum docuit, scilicet pinum solam ex cunctis arboribus, postquam excisa sit, nullum amplius germen edere, sed funditus perire. Igitur Cræsum metuens Lampsaceni Miltiadem solutis vinculis liberum dimiserunt.

XXXVIII. Hic igitur, postquam opera Cræsi salvus evasit, deinde sine liberis obiit, regno et rebus suis omnibus Stesagoræ relictis, Cimonis filio, fratris sui eadem matre nati. Et ei vita functo sacra faciunt Chersonitæ, uti mos est conditori facere; et equestre gymnicumque in illius honorem certamen celebrant, in quo nulli Lampsacenorum certare fas est. (2) Dum vero bellum geritur cum Lampsacenis, accidit ut Stesagoras quoque sine liberis vita discederet, securi caput percussus in prytaneo ab homine, qui in speciem transfuga, revera autem hostis erat isque ferventior.

XXXIX. Ita mortuo etiam Stesagora, deinde Miltiadem, Cimonis filium, mortui Stesagoræ fratrem, ad suscipiendum imperium cum triremi in Chersonesum miserunt Pisistratidæ; qui Athenis etiam eundem beneficiis promeruerant, quasi non conscii fuissent cædis patris illius Cimonis; quæ quo pacto patrata fuerit, in alia narrationis parte exponam. (2) Miltiades postquam in Chersonesum pervenit, domi se tenuit, tamquam mortui fratris Stesagoræ memoriam honorans. Quod ubi rescivere Chersonesitæ, congressi principes ex omnibus undique civitatibus, quum communi consilio simul omnes ad eum condolendi causa convenissent, in vincula ab illo conjecti sunt. (3) Atque ita Miltiades Chersonesum tenuit, quingentos alens satellites

γαμέει Ὀλόρου τοῦ Θρηάκιων βασιλέως θυγατέρα Ἥγησιπύλῃν.

XI. Οὗτος δὲ ὁ Κίμωνος Μιλτιάδης νεωστὶ μὲν ἐληλύθει εἰς τὴν Χερσονήσον, καταλαμβάνει δὲ μιν ἐλθόντα ἄλλα τῶν κατεχόντων πρηγμάτων χαλεπώτερα. Τρίτῳ μὲν γὰρ ἔτει τούτων Σκύθας ἐκφεύγει Σκύθαι γὰρ οἱ νομάδες ἐρεθισθέντες ὑπὸ βασιλέως Δαρείου συνεστράφησαν καὶ ἤλασαν μέχρι τῆς Χερσονήσου ταύτης. (2) Τούτους ἐπιόντας οὐκ ὑπομείνας ὁ Μιλτιάδης ἐφευγε ἀπὸ Χερσονήσου, εἰς δ' οἷ τε Σκύθαι ἀπαλλάγησαν καὶ μιν οἱ Δόλογχοι κατήγαγον ὅπισω. Ταῦτα μὲν δὴ τρίτῳ ἔτει πρότερον ἐγεγόνει τῶν τότε μιν κατεχόντων.

XLI. Τότε δὲ πυνθανόμενος εἶναι τοὺς Φοίνικας ἐν Τενέδῳ, πληρώσας τριήρεας πέντε χρημάτων τῶν παρόντων ἀπέπλωε εἰς τὰς Ἀθήνας. Καὶ ὥσπερ ὠρμήθη ἐκ Καρδίας πόλιος, ἐπλωε διὰ τοῦ Μέλανος κόλπου παραμειβόμενος τὴν Χερσονήσον, καὶ οἱ Φοίνικες οἱ περιπίπτουσι τῇσι νηυσί. (2) Αὐτὸς μὲν δὴ Μιλτιάδης σὺν τῇσι τέσσαρσι τῶν νεῶν καταφεύγει εἰς Ἴμβρον, τὴν δὲ οἱ πέμπτην τῶν νεῶν κατεῖλον διώκοντες οἱ Φοίνικες. (3) Τῆς δὲ νεὸς ταύτης ἔτυχε τῶν Μιλτιάδῳ παίδων ὁ πρεσβύτατος ἄρχων Μητίοχος, οὐκ ἐκ τῆς Ὀλόρου τοῦ Θρηάκιος ἐὼν θυγατὶς, ἀλλ' ἐξ ἄλλης καὶ τοῦτον ἅμα τῇ νηϊ εἶλον οἱ Φοίνικες, καὶ μιν πυθόμενοι ὡς εἴη Μιλτιάδῳ παῖς ἀνήγαγον παρὰ βασιλέα, δοκούντες χάριτα μεγάλην καταθήσεσθαι, ὅτι δὴ Μιλτιάδης γνώμην ἀπεδέξατο ἐν τοῖσι Ἰωσι πείθεσθαι κελεύων τοῖσι Σκύθῃσι, ὅτε οἱ Σκύθαι προσεδέοντο λύσαντας τὴν σχεδὴν ἀποπλῶειν εἰς τὴν ἑσωτῶν. (4) Δαρεῖος δὲ, ὡς οἱ Φοίνικες Μητίοχον τὸν Μιλτιάδῳ ἀνήγαγον, ἐποίησε κακὸν μὲν οὐδὲν Μητίοχον, ἀγαθὰ δὲ συχνά· καὶ γὰρ οἶκον καὶ κτήσιν ἔδωκε καὶ Περσίδα γυναῖκα, ἐκ τῆς οἱ τέκνα ἐγένετο τὰ εἰς Πέρσας κεκοσμέεται.

XLII. Μιλτιάδης δὲ ἐξ Ἰμβρου ἀπικνέεται εἰς τὰς Ἀθήνας. Καὶ κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο ἐκ τῶν Περσέων οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγένετο τούτων εἰς νεῖκος φέρον Ἰωσι, ἀλλὰ τὰδε μὲν χρήσιμα κάρτα τοῖσι Ἰωσι ἐγένετο τούτου τοῦ ἔτους. (2) Ἀρταφέρνης ὁ Σαρδίων ὑπαρχος μεταπεμφόμενος ἀγγέλους ἐκ τῶν πολιῶν συνθήκας σφίσι αὐτοῖσι τοὺς Ἰωνας ἠνάγκασε ποιέεσθαι, ἵνα δωσίδικοι εἶεν καὶ μὴ ἀλλήλους φέροιν τε καὶ ἀγοιεν. (3) Ταῦτά τε ἠνάγκασε ποιέειν, καὶ τὰς χώρας σφέων μετρήσας κατὰ παρασάγγας, τοὺς καλεῖσι οἱ Πέρσαι τὰ τριήκοντα στάδια, κατὰ δὲ τούτους μετρήσας φόρους ἔταξε ἐκάστοισι, οἱ κατὰ χώραν διατελέουσι ἔχοντες ἐκ τούτου τοῦ χρόνου αἰεὶ ἔτι καὶ ἐς ἡμῶς ἐτάχθησαν ἐξ Ἀρταφέρνηος ἐτάχθησαν δὲ σχεδὸν κατὰ τὰ αὐτὰ τὰ καὶ πρότερον εἶχον.

XLIII. Καὶ σφι ταῦτα μὲν εἰρηναῖα ἦν. Ἄμα δὲ τῷ ἔαρι, τῶν ἄλλων καταλειμμένων στρατηγῶν ἐκ βασιλέως, Μαρδόνιος ὁ Γωδρύειω κατέβαινε ἐπὶ θάλασσαν, στρατὸν πολλὸν μὲν κάρτα πεζὸν ἅμα ἀγόμενος,

et uxorem duxit filiam Olori Thracum regis Hegesipylam.

XI. Hic igitur Cimonis filius Miltiades recentiori memoria in Chersonesum venerat : cui, ex quo advenit, alia acciderunt praesentibus graviora. Tertio enim ab his rebus superiori anno Scythas fugiens in exsilium abiit. Nempe Scythae Nomades, a Dario rege irritati, junctis viribus usque in hanc Chersonesum invaserunt : (2) quorum adventum exspectare non ausus Miltiades e Chersoneso profugit ; donec, regressis Scythis, Dolonci eum reduxerunt. Haec igitur tertio anno ante ea quae nunc ei acciderunt, acta sunt.

XLI. Nunc vero, ubi Phoenices in Tenedo esse cognovit, quinque triremibus ex his, quae ad manus erant, pecunia et aliis rebus pretiosis impletis Athenas navigavit. Dum vero, ex Cardia urbe profectus, per Melanem sinum navigans, praetervehitur Chersonesum, occurrunt navibus ejus Phoenices. (2) Et ipse quidem Miltiades cum quattuor navibus Imbrum eflugit ; quintam vero persequentibus Phoenices ceperunt, (3) cui navi praefectus tum erat Miltiades filius natu maximus Metiochus, non ex Olori Thracis filia natus, sed ex alia uxore : atque hunc simul cum navi ceperunt Phoenices. Qui, ut resciverunt Miltiadis esse filium, ad regem eum abduxerunt, ingentem existimantes gratiam se inituros propter sententiam quam in Ionum concilio dixerat Miltiades, quum illos hortaretur obtemperare Scythas rogantibus, ut pontem solverent Iones domumque navigarent. (4) At Darius, postquam ad eum Phoenices Metiochum Miltiadis filium adduxerunt, nihil Metiocho mali fecit, sed multa in eum beneficia contulit : nam et domum et possessiones ei dedit, et Persicam uxorem, ex qua ei nati sunt filii, qui Persarum ordini sunt adscripti.

XLII. Miltiades vero ex Imbro Athenas pervenit. Atque eo anno nihil amplius hostile adversus Ionas a Persis susceptum est ; immo vero haec valde utilia Ionibus hoc anno contigere. (2) Artaphernes, Sardium praefectus, arcessitis legatis ex civitatibus, coegit Ionas, ut pactiones mutuas facerent de litibus ex juris formula dirimendis, nec porro vi et armis inter se agerent. (3) Et hoc eos sacre coegit, et terras eorundem dimensus per parasangas (sic Persae mensuram vocant triginta stadiorum), tributa quibusque imposuit, quae ab illo inde tempore constanter ad eam usque aetatem eadem manent, sicut ab Artapherne constituta sunt : constituta autem ab illo sunt fere eadem conditione atque prius fuerant.

XLIII. Et haec quidem pacata illis contigerunt. Primo autem vere, reliquis imperatoribus domum dimissis a rege, Mardonius Gobryae filius ad mare descendit, ingentem et pedestrem exercitum ducens, et navalem. Aetate juve-

πολλὸν δὲ ναυτικὸν, ἡλικίην τε νέος ἔων καὶ νεωστὶ γαμητικῶς βασιλείῳ Δαρείου θυγατέρα Ἀρτοζώστην. (2) Ἄγων δὲ τὸν στρατὸν τοῦτον ὁ Μαρδόνιος ἐπέτε ἐγένετο ἐν τῇ Κιλικίᾳ, αὐτὸς μὲν ἐπιβάς ἐπὶ νεὸς ἐκομίζετο ἅμα τῇσι ἄλλῃσι νηυσὶ, στρατιὴν δὲ τὴν πεζὴν ἄλλοι ἡγεμόνες ἦγον ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. (3) Ὡς δὲ παραπλώων τὴν Ἀσίην ἀπίκετο ὁ Μαρδόνιος ἐς τὴν Ἰωνίην, ἐνθαῦτα μέγιστον ὄμμα ἐρέω τοῖσι μὴ ἀποδεχομένοις Ἑλλήνων Περσέων τοῖσι ἐπτά Ὀτάνεα γνώμην ἀποδέεσθαι ὡς χρεὼν εἴη δημοκρατέεσθαι Πέρσας· τοὺς γὰρ τυράννους τῶν Ἰωνίων καταπαύσας πάντας ὁ Μαρδόνιος δημοκρατίας κατίστα ἐς τὰς πόλεις. (4) Ταῦτα δὲ ποιήσας ἡπείγετο ἐς τὸν Ἑλλήσποντον. Ὡς δὲ συνελέχθη μὲν γρῆμα πολλὸν νεῶν, συνελέχθη δὲ καὶ πεζὸς στρατὸς πολλός, διαδάντες τῇσι νηυσὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐπορεύοντο διὰ τῆς Εὐρώπης, ἐπορεύοντο δὲ ἐπὶ τε Ἐρέτριαν καὶ Ἀθήνας.

XLIV. Αὗται μὲν ὦν σφι πρόσχημα ἔσαν τοῦ στόλου· ἀτὰρ ἐν νόμῳ ἔχοντες δσας ἂν πλείστας δύναιντο καταστρέφειν τῶν Ἑλληνίδων πολλίων, τοῦτο μὲν δὴ τῇσι νηυσὶ Θασίους οὐδὲ χεῖρας ἀνταειραμένους κατεστρέψαντο, τοῦτο δὲ τῷ πεζῷ Μακεδόνας πρὸς τοῖσι ὑπάρχουσι δούλους προσεκτήσαντο· τὰ γὰρ ἐντὸς Μακεδόνων ἔθνεα πάντα σφι ᾗδῃ ἦν ὑποχείρεια γεγονότα. (2) Ἐκ μὲν δὴ Θάσιου διαβαλόντες πέρην ὑπὸ τὴν ἡπειρόν ἐκομίζοντο μέχρι Ἀκάνθου, ἐκ δὲ Ἀκάνθου ὁρμυόμενοι τὸν Ἀθῶν περιέβαλλον. Ἐπιπεσόν δὲ σφι περιπλώουσι βορέης ἄνεμος μέγας τε καὶ ἄπορος κάρτα τρηχέως περιέσπεε πληθεῖ πολλὰς τῶν νεῶν ἐχθάλλων πρὸς τὸν Ἀθῶν. (3) Λέγεται γὰρ κατὰ τριηκοσίας μὲν τῶν νεῶν τὰς διασπαρείσας εἶναι, ὑπὲρ δὲ δύο μυριάδας ἀνθρώπων· ὥστε γὰρ θηριωδестаτῆς ἐούσης τῆς θαλάσσης ταύτης τῆς περὶ τὸν Ἀθῶν, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων διεφθείροντο ἀρπαζόμενοι, οἱ δὲ πρὸς τὰς πέτραις ἀρασσόμενοι· οἱ δὲ αὐτῶν νέειν οὐκ ἡπιστάτο καὶ κατὰ τοῦτο διεφθείροντο, οἱ δὲ ῥίγει. Ὁ μὲν δὲ ναυτικὸς στρατὸς οὕτω ἐπρῆσσε.

XLV. Μαρδόνιῳ δὲ καὶ τῷ πεζῷ στρατοπεδευομένῳ ἐν Μακεδονίᾳ νυκτὸς Βρύγοι Ὀρήϊκες ἐπεχείρησαν· καὶ σφῶν πολλοὺς φονεύουσι οἱ Βρύγοι, Μαρδόνιον δὲ αὐτὸν τραυματίζουσι. Οὐ μέντοι οὐδὲ αὐτοὶ δουλοσύνην διέφυγον πρὸς Περσέων· οὐ γὰρ δὴ πρότερον ἀπηνέστη ἐκ τῶν χωρέων τούτων Μαρδόνιος πρὶν ἢ σφῆας ὑποχειρίους ἐποιήσατο. (2) Τούτους μέντοι καταστρεψάμενος ἀπῆγε τὴν στρατιὴν ὀπίσω ἅτε τῷ πεζῷ τε προσπταίσας πρὸς τοὺς Βρύγους καὶ τῷ ναυτικῷ μεγάλως περὶ τὸν Ἀθῶν. Οὗτος μὲν νυν δὲ στόλος αἰσχροῦς ἀγωνισάμενος ἀπαλλάχθη ἐς τὴν Ἀσίην.

XLVI. Δευτέρῳ δὲ ἔτει τούτων ὁ Δαρεῖος πρῶτα μὲν Θασίους διαβληθέντας ὑπὸ τῶν ἀστυγιτόνων ὡς ἀπόστασιν μηχανοίατο, πέμψας ἄγγελον ἐκέλευε σφῆας τὸ τεῖχος περιαιρέειν καὶ τὰς νέας ἐς Ἀδὸν ἄρα κομίζειν. (2) Οἱ γὰρ δὴ Θάσιοι, οἳ ἔπ' Ἰσθμίου τε τοῦ Μιλήσιου πολιορκηθέντες καὶ προσόδων ἐουσέων μεγάλων,

nis is erat, et nuper regis Darii filiam Artozostram duxerat uxorem. (2) Huic igitur exercitui praefectus Mardonius, postquam in Ciliciam pervenit, navem ipse conscendit, et cum reliquis navibus est profectus; pedestrem vero exercitum alii duces ad Hellespontum duxerunt. (3) Quum vero Asiam praeternavigans Mardonius ad Ioniam pervenisset, rem hic ego dicam maxime miram eis Graecis, qui sibi persuaderi non patiuntur, Otanen unum e septem illis Persis pro sententia dixisse, populare imperium apud Persas debere institui. Namque Mardonius, abrogato tyrannorum omnium inter Ionas imperio, popularem statum in civitatibus instituit. (4) Eo facto in Hellespontum properavit. Ut vero coacta est magna vis navium, et collectus ingens pedestris exercitus, navibus superato Hellesponto, per Europam iter fecerunt: proficiscebantur autem adversus Eretriam et Athenas.

XLIV. Nempe, contra has dirigi expeditionem, verbis praese ferebant. Ceterum, quum constitutum apud se haberent quam plurimas possent ex Graecis civitatibus subigere, primum Thasios classe adgressi, qui ne manus quidem contra illos sustulerant, sibi subjecerunt; tum pedestri exercitu Macedonas, post illos qui jam Persis serviebant, sub jugum miserunt: nam qui cis Macedoniam habitant populi, jam cuncti illis subjecti erant. (2) Dein navibus a Thaso continentem versus transvecti, secundum oram perrexerunt navigare usque Acanthum: tum Acantho profecti, Athon montem circumvehii instituerunt. Sed dum circumvehuntur, ingruens ventus boreas ingens, et contra quem eluctari nulla arte poterant, maximum navium numerum ad montem impulsas misere adflixit. (3) Aiunt enim ad trecentas ex navibus periisse, et hominum amplius viginti millia. Etenim quum belluis frequens admodum sit hoc circa Athon mare, alii a belluis rapti periere; alii vero ad petras adlisi; alii, quum natare non didicissent, hoc ipso periere; alii gelu. Haec clades classem adflixit.

XLV. Mardonium vero et pedestrem exercitum, quum in Macedonia castra haberet, noctu adgressi Brygi Thracas, magnum militum numerum occiderunt, ipsumque vulnerarunt Mardonium. At ne hi quidem servitutem a Persis imminentem effugere: etenim non prius ex his regionibus discessit Mardonius, quam in potestatem illos redeget. (2) Verumtamen, subactis his, retro duxit exercitum, quippe et terra clade a Brygis accepta, et mari maximam calamitatem ad Athon passus. Ita haec copiae, turpiter re gesta, in Asiam redierunt.

XLVI. Altero vero ab his rebus anno primum Thasios, a vicinis insimulatos quasi defectionem molirentur, misso nuncio jussit Darius diruere murum, et naves suas Abdera devehere. (2) Thasii enim, ex quo ab Histiae Miliesio fuerant obsessi, quum magni illis essent reditus publici,

ἐχρέοντο τοῖσι χρήμασι νέας τε ναυπηγούμενοι μακρὰς καὶ τεῖχος ἰσχυρότερον περιβαλλόμενοι. Ἡ δὲ πρόσ-
δος σφι ἐγένετο ἐκ τε τῆς ἡπείρου καὶ ἀπὸ τῶν μετά-
λων. (1) Ἐκ μὲν γὰρ τῶν ἐκ Σκαπτῆς ὕλης τῶν
6 χρυσεῶν μετάλλων τὸ ἐπίπαν ὀδωκόοντα τάλαντα προσ-
ήϊε, ἐκ δὲ τῶν ἐν αὐτῇ Θάσῳ ἐλάσσων μὲν τούτων,
συχνὰ δὲ οὕτω ὥστε τὸ ἐπίπαν Θασίοις ἐοῦσι καρπῶν
ἀτελέσι προσήϊε ἀπὸ τε τῆς ἡπείρου καὶ τῶν μετάλλων
ἔτεος ἑκάστου διηκόσια τάλαντα, ὅτε δὲ τὸ πλείστον
10 προσῆλθε, τριηκόσια.

XLVII. Εἶδον δὲ καὶ αὐτὸς τὰ μέταλλα ταῦτα,
καὶ μακρῶν ἦν αὐτῶν θωμασιώτατα τὰ οἱ Φοίνικες ἀνεῦ-
ρον οἱ μετὰ Θάσου κτίσαντες τὴν νῆσον ταύτην, ἥτις
νῦν ἐπὶ τοῦ Θάσου τούτου τῶν Φοίνικος τὸ οὐνομα
15 ἔσχε. (2) Τὰ δὲ μέταλλα τὰ Φοινικὰ ταῦτα ἐστὶ
τῆς Θάσου μεταξὺ Αἰνύρων τε χώρου καλυμένου καὶ
Κοινύρων, ἀντίον δὲ Σαμοθρῆτικῆς, οὗρος μέγα ἀνε-
στραμμένον ἐν τῇ ζητῇσι.

XLVIII. Τοῦτο μὲν νῦν ἐστὶ τοιοῦτο· οἱ δὲ Θάσιοι
20 τῷ βασιλεῖ καλεύσαντι καὶ τὸ τεῖχος τὸ σφέτερον κα-
τεῖλον καὶ τὰς νέας τὰς πάσας ἐκόμισαν ἐς Ἀβδῆρα.
(2) Μετὰ δὲ τοῦτο ἀπεπειρᾶτο ὁ Δαρεῖος τῶν Ἑλλή-
νων 8 τι ἐν νόμῳ ἔχοιεν, κότερα πολεμείν ἐωυτῷ ἢ πα-
ραδιδόναι σφέας αὐτούς. Διέπειμπε ὧν χήρυκας ἄλ-
25 λους ἄλλη τάξας ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα, καλεύων αἰτέειν
βασιλεῖ γῆν τε καὶ ὕδωρ. (3) Τούτους μὲν δὴ ἐς τὴν
Ἑλλάδα ἔπειμπε, ἄλλους δὲ χήρυκας διέπειμπε ἐς τὰς
ἐωυτοῦ δασμοφόρους πόλιας τὰς παραθαλασσίους,
καλεύων νέας τε μακρὰς καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα ποιεῖ-
30 σθαι.

XLIX. Οὗτοί τε δὴ παρεσκευάζοντο ταῦτα, καὶ
τοῖσι ἤκουσι ἐς τὴν Ἑλλάδα χήρυξι πολλοὶ μὲν ἡπει-
ρωτέων ἔδωσαν τὰ προίσχτο αἰτέων ὁ Πέρσης, πάντες
δὲ νησιῶται ἐς τοὺς ἀπικοῖατο αἰτήσαντες. Οἱ τε δὴ
35 ἄλλοι νησιῶται διδοῦσι γῆν τε καὶ ὕδωρ Δαρείῳ καὶ δὴ
καὶ Αἰγινῇται. (2) Ποιήσασι δὲ σφι ταῦτα ἰθέως
Ἀθηναῖοι ἐπεκέατο, δοκέοντες ἐπὶ σφίσι ἔχοντας τοὺς
Αἰγινήτας δεδωκέναι, ὥς ἅμα τῷ Πέρσῃ ἐπὶ σφέας
στρατεύωνται. Καὶ ἄσμενοι προπάσις ἐπελάβοντο,
40 φοιτούντες τε ἐς τὴν Σπάρτην κατηγορεῖν τῶν Αἰγινη-
τέων τὰ πεποιήκοιεν προδόντες τὴν Ἑλλάδα.

L. Πρὸς ταύτην δὲ τὴν κατηγορίαν Κλεομένης ὁ
Ἀναξανδρίδῳ βασιλεὺς ἐὼν Σπαρτιτῶν διεβή ἐς
Αἰγιναν, βουλόμενος συλλαβείν Αἰγινητέων τοὺς αἰ-
45 τιωτάτους. Ὡς δὲ ἐπειρᾶτο συλλαμβάνων, ἄλλοι τε
δὴ αὐτῷ ἐγένοντο ἀντίξοι τῶν Αἰγινητέων, ἐν δὲ δὴ
καὶ Κρίος ὁ Πολυκρίτου μάλιστα, ὃς οὐκ ἔφη αὐτὸν
οὐδένα ἄξειν χαίροντα Αἰγινητέων· (2) ἀνευ γάρ μιν
Σπαρτιτῶν τοῦ κοινῷ ποίειν ταῦτα, ὥπ' Ἀθηναίων
50 ἀναγνωσθέντα χρήμασι ἅμα γὰρ ἂν μιν τῷ ἑτέρῳ βα-
σιλεῖ ἐλθόντα συλλαμβάνειν. Ἐλεγε δὲ ταῦτα ἐξ ἐπι-
στολῆς τῆς Δημαρχίου. (3) Κλεομένης δὲ ἀπελαυνό-
μενος ἐκ τῆς Αἰγίνης εἶρετο τὸν Κρίον 8 τι οἱ εἴη τὸ
οὔνομα· ὃ δὲ οἱ τὸ ἐὼν ἔφρασε. Ὁ δὲ Κλεομένης πρὸς

pecuniis suis utebantur ad construendas naves longas,
et ad validiorem murum urbi suæ circumducendum.
Erant autem illis reditus et ex continente et ex metallis. (3)
Certe ex his quæ in Scapte-Hyle metalla sunt, quæ sunt
auri fodinæ, omnino octoginta redibant talenta; ex his
vero quæ in ipsa Thæso, aliquanto quidem minus, sed ta-
men tantum, ut, quum Thasii essent vectigalium immunes
fructuum nomine pendendorum, ex continente et ex me-
tallis redirent iis omnino quotannis ducenta talenta, et,
quando plurimum redibat, trecenta.

XLVII. Vidi etiam ipse hæc metalla: quorum maxime
admiranda mihi visa sunt ea, quæ a Phœnicibus fuerant
inventa, qui cum Thaso insulam hanc condiderunt, quæ
nunc ab hoc Thaso Phœnice nomen traxit. (2) Sunt au-
tem Phœnicia hæc metalla inter duo Thasi loca, quorum
alteri Ænyra nomen est, alteri Cœnyra, adversus Samo-
thraciam: ingens mons est, quærendis metalli venis susque
deque versus.

XLVIII. Et hæc quidem huiusmodi sunt. Cæterum Tha-
sii, regis imperio parentes, et murum suum diruerunt, et
naves cunctas devexerunt Abdera. (2) Post hæc tentare
Græcorum animos Darius instituit, cogniturus utrum se-
cum bellum gesturi, an se ipsi tradituri essent. Igitur præ-
cones per Græciam, alios alio, dimisit, qui regis nomine
terram et aquam a Græciæ populis poscerent. (3) Dum
vero hos in Græciam mittit, simul alios præcones per mari-
timas civitates sibi tributarias dimisit, qui eas juberent
naves longas aliasque transvehendis equis comparare.

XLIX. Hæ igitur comparabant imperatas naves: qui vero
in Græciam venerunt legati, his multi quidem in continente
populi ea, quæ ipsa rex proposuerat postulaveratque, de-
dere; insulani vero omnes, ad quoscumque legati cum
eisdem postulatis pervenerunt. Igitur quum cæteri insu-
lani terram et aquam Dario dederunt, tum vero etiam Ægi-
netæ. (2) Qui quum hoc fecissent, protinus eis imminabant
Athenienses, rati adversus se tendere illud Æginetarum
factum, ut simul cum rege Persarum bellum sibi inferrent.
Itaque cupide arripientes hanc occasionem, Spartam misere
legatos, qui accusarent Æginetas huius facti causa, quod
ad proditionem pertineret Græciæ.

L. Qua audita accusatione, Cleomenes Anaxandridæ fi-
lius, rex Spartanorum, Æginam trajecit, comprehensurus
hos ex Æginetis qui ejus rei maxime fuissent auctores. Ut
vero comprehenderet eos est adgressus, quum alii Ægineta-
rum ei restiterunt, tum in his maxime Crius, Polycriti
filius; qui, non impune, ait, illum quemquam ex Æginetis
esse abducturum: (2) non enim publico Spartanorum
consilio eum hoc facere, sed pecunia corruptum ab Athe-
niensibus; alioqui simul cum altero rege venturum fuisse
ad hos comprehendendos. Dixit autem hæc ex Demarati
mandato. (3) Cleomenes igitur, Ægina abire coactus,
ex Crio quæsit, quodnam ei nomen esset. Qui quum ve-
rum respondisset, dixit ei Cleomenes: « Nunc igitur, Aries

αὐτὸν ἐφη, « ἤδη νῦν καταχάλοῦ, ὦ κριε, τὰ κέρα, ὡς συνοισόμενος μεγάλῳ κακῷ. »

LI. Ἐν δὲ τῇ Σπάρτῃ τοῦτον τὸν χρόνον ὑπομένειν Δημόκριτος ὁ Ἀριστωνος διέβαλλε τὸν Κλεομένηα, εἶν βασιλεὺς καὶ οὗτος Σπαρτιτῶν, οἰκίης δὲ τῆς ὑποδεστέρης, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν ὑποδεστέρης (ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ γεγόνاسι), κατὰ πρεσβυγένειαν δὲ πως τετίμηται μᾶλλον ἢ Εὐρυσθένης.

LII. Λακεδαιμόνιοι γὰρ ὁμολογέοντες οὐδενὶ ποιη-
 11 τῇ λέγουσι αὐτὸν Ἀριστοδήμον τὸν Ἀριστομάχου τοῦ Κλεοδαίου τοῦ Ἰλλου βασιλεύοντα ἀγαγεῖν σφέας ἐς ταύτην τὴν χώραν τὴν νῦν ἐκτέταται, ἀλλ' οὐ τοὺς Ἀριστοδήμου παῖδας. (2) Μετὰ δὲ χρόνον οὐ πολλὸν Ἀριστοδήμῳ τεκέειν τὴν γυναῖκα, τῇ οὐνομα εἶναι
 16 Ἀργεῖν· θυγατέρα δὲ αὐτὴν λέγουσι εἶναι Αὐτεσίωνος τοῦ Τισαμενοῦ τοῦ Θερσάνδρου τοῦ Πολυνείκους· ταύτην δὲ τεκέειν δίδυμα, ἐπιδόντα δὲ τὸν Ἀριστοδήμον τὰ τέκνα νούσῳ τελευτᾶν. (3) Λακεδαιμόνιους δὲ τοὺς τότε ὄντας βουλευσάαι κατὰ νόμον βασιλέα τῶν παίδων
 20 τὸν πρεσβύτερον ποιήσασθαι. Οὐκ ὦν δὴ σφῆας ἐχέειν ἰσχυρότερον ἐλπίσιν, ὥστε καὶ ὁμοῖαν καὶ ἴσων ὄντων· οὐ δυναμένους δὲ γνῶναι, ἥ καὶ πρὸ τούτου, ἐπειρο-
 25 τᾶν τὴν τεκοῦσαν. (4) Τὴν δὲ οὐδὲ αὐτὴν φάναι διαγινώσκειν, εἰδῶσαν μὲν καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα, βου-
 25 λόμενῃ δὲ εἰ πως ἀμφοτέροι γενοῖατο βασιλεὺς. Τοὺς ὦν δὴ Λακεδαιμόνιους ἀπορίειν, ἀπορέοντας δὲ πέμ-
 30 πειν ἐς Δελφοὺς ἐπειρησμένους ὅ τι χρῆσονται τῇ πρήγματι. (5) Τὴν δὲ Πυθίαν κελεύειν σφέας ἀμφο-
 30 τέρα τὰ παῖδια ἡγήσασθαι βασιλέας, τιμᾶν δὲ μᾶλλον τὸν γεραίτερον. Τὴν μὲν δὴ Πυθίαν ταῦτά σφι ἀνε-
 35 λέειν, τοῖσι δὲ Λακεδαιμόνιοις ἀπορέουσι οὐδὲν ἔσσαν ὅπως ἐξεύρωσι αὐτῶν τὸν πρεσβύτερον, ὑποθέσθαι ἄν-
 35 δρα Μεσσηνίον τῷ οὐνομα εἶναι Πανίτην· ὑποθέσθαι δὲ τοῦτον τὸν Πανίτην τάδε τοῖσι Λακεδαιμόνιοις,
 36 φυλάξαι τὴν γειναμένην ἰσχυρότερον τῶν παίδων πρότε-
 36 ρον λούει καὶ σιτίζει καὶ ἥν μὲν κατὰ ταῦτα φαίνεται αἰεὶ ποιεῖσα, τοὺς δὲ πᾶν ἔχειν ὅσον τι καὶ οἷζνται καὶ ἐθέλουσι ἐξευρεῖν, ἣν δὲ πλανᾶται καὶ ἐκείνη ἐναλ-
 40 λάξ ποιεῖσα, ἐηλά σφι ἔσεσθαι ὡς οὐδὲ ἐκείνη πλέον οὐδὲν οἶδε, ἐπ' ἄλλην τέ σφῆας τράπεσθαι ὁδόν. (6)
 40 Ἐνθαῦτα δὴ τοὺς Σπαρτιτῆτας κατὰ τὰς τοῦ Μεσση-
 40 νίου ὑποθήκας φυλάξαντας τὴν μητέρα τῶν Ἀριστοδή-
 40 μου παίδων λαβείν κατὰ ταῦτα τιμέουσιν τὸν πρότε-
 40 ρον καὶ σίτοιαι καὶ λουτροῖσι, οὐκ εἰδῶσαν τῶν εἰνεκεν
 45 ἐφυλάσσετο. (7) Λαβόντας δὲ τὸ παιδίον τὸ τιμώμε-
 45 νον πρὸς τῆς γειναμένης ὡς εἶν πρότερον τρέφειν ἐν τῷ δημοσίῳ καὶ οἱ οὐνομα τεθῆναι Εὐρυσθέnea, τῷ δὲ νεωτέρῳ Προκλέα. Τούτους ἀνδρωθέντας αὐτοὺς τε ἀδελφεοὺς ὄντας λέγουσι διαφόρους εἶναι τὸν πάντα
 50 χρόνον τῆς ζῆς ἀλλήλοισι, καὶ τοὺς ἀπὸ τούτων γενο-
 50 μένους ὡσαύτως διατελέειν.

LIII. Ταῦτα μὲν Λακεδαιμόνιοι λέγουσι μῦθοι Ἑλλήνων, τάδε δὲ κατὰ τὰ λεγόμενα ὑπ' Ἑλλήνων ἐγὼ γράφω· τούτους γὰρ δὴ τοὺς Δωριέων βασιλέας

(*id significat Græcum nomen Krios*), cornua tua ær-
 muni, quippe magnum in malum incursurus. »

LI. Cleomenem vero per id tempus Spartæ calumniabatur Demaratus, Aristonis filius, qui domi manserat, rex et ipse Spartanorum, sed ex familia inferiore; non quidem ob aliam causam inferiore (nam ab eodem progenitore oriundi erant), nisi quod propter primogenituram magis in honore erat Eurysthenis prosapia.

LII. Etenim Lacedæmonii, contra quam a poetis omni-
 bus memoratur, aiunt, non Aristodemi filios, sed ipsum Aristodemum, Aristomachi filium, Cleodæi nepotem, Hylli pronepotem, quum rex esset Lacedæmoniorum, duxisse illos in hanc regionem quam nunc ipsi obtinent. (2) Haud multo vero interjecto tempore uxorem Aristodemi, cui nomen fuisse Argiam; fuisse autem eandem aiunt filiam Autesionis, neptin Tisament, proneptin Thersandri, abneptin Polynicis; hanc, inquam, peperisse gemellos : et Aristodemum, postquam vidisset pueros, morbo decessisse. (3) Lacedæmonios autem, qui tunc fuissent, decrevisse regem ex legis præscripto nominandum ex pueris eum qui major esset natu. Quum vero nescirent, utrum ex illis eligerent, ut qui similes inter se et æquales essent; quumque nec nunc, nec ante cognovissent uter prior esset, interrogasse matrem. (4) At illam dixisse, ne se quidem ipsam internoscere : et scientem quidem egregie quæ res sit hoc dixisse, sed cupientem, ut uterque, si fieri forte posset, rex nominetur. Lacedæmonios itaque, incerti quum essent, Delphos misisse, quid facto opus esset consulentes : (5) Pythiamque eos jussisse, ut puerum utrumque regem haberent, sed magis honorarent natu majorem. Quo accepto responso, quum nililo minus incerti fuissent Lacedæmonii, quo pacto reperirent, uter eorum major natu esset, consilium eis dedisse hominem Messenium, cui nomen fuisse Panitæ. Suasisse igitur Lacedæmoniis hunc Paniten, ut observarent matrem, viderentque utrum puerorum lava-
 48 ret priorem, priorique cibum præberet. Quodsi illa deprehenderetur in hoc constanter eundem servare tenerem, habituros illos totam rem quam quærant et reperire cupiant : sin fluctuet illa, et modo hunc, modo illum priorem curet, satis illos intelligere posse, ne ipsam quidem matrem exploratam rem habere; et tunc quidem aliam ineundam fore rationem. (6) Jam illos, juxta Messenii monitum observantes matrem filiorum Aristodemi, ignorantem ipsam cujus rei causa observaretur, deprehendisse constanter eam et in cibo præbendo et in lavando præferentem puerorum priorem. (7) Sumpsisse igitur Lacedæmonios hunc a matre alteri prælatum, ut natu majorem, eumque in domo publica aluisse; nomenque ei impositum fuisse Eurysthenis, minori vero Proclis. Et hos ipsos fratres, postquam adolevisent, per omne vitæ tempus discordes inter se fuisse aiunt, et pari modo constanter animatos esse illorum posteros.

LIII. Hæc quidem soli ex Græcis Lacedæmonii narrant. Jam vero, quæ communi consensu a Græcis memorantur, hæc dicam : scilicet Dorienſium hos reges usque ad Per-

μέχρι μὲν Περσέος τοῦ Δανάης, τοῦ θεοῦ ἀπεόντος, καταλεγόμενος ὁρθῶς ὑπ' Ἑλλήνων καὶ ἀποδεικνυόμενος ὡς εἰσι Ἑλληνες· ἥδη γὰρ τηνικαῦτα ἐς Ἑλλήνας οὗτοι ἐτέλεον. (2) Ἐλεξα δὲ μέχρι Περσέος τοῦδε εἵνεκεν, ἀλλ' οὐκ ἀνέκαθεν ἐτι ἔλαβον, ὅτι οὐκ ἔπεται ἑπωνυμία Περσεί οὐδεμία πατρός θνητοῦ, ὥσπερ Ἡρακλεί Ἀμφιτρυών. Ἡδὴ ὦν ὁρθῶς λόγῳ χρεωμένῳ μέχρι τοῦ Περσέος ὁρθῶς εἴρηται μοι. (3) ἀπὸ δὲ Δανάης τῆς Ἀκρισίου καταλέγοντι τοὺς ἄνω αἰεὶ πατέρας αὐτῶν φανοῖατο ἂν ἐόντες οἱ τῶν Δωριέων ἡγεμόνες Αἰγύπτιοι ἰθαγενέες. Ταῦτα μὲν νυν κατὰ Ἑλλήνες λέγουσι γεγενηλόγηται.

LIV. Ὡς δὲ ὁ Περσέων λόγος λέγεται, αὐτὸς δὲ Περσεὺς ὦν Ἀσσύριος ἐγένετο Ἑλληγν, ἀλλ' οὐκ οἱ Περσέος πρόγονοι τοὺς δὲ Ἀκρισίου γε πατέρας ὁμολογέοντας κατ' οἰκησότητα Περσεί οὐδὲν, τούτους δὲ εἶναι, κατὰ περ Ἑλλήνες λέγουσι, Αἰγυπτίους.

LV. Καὶ ταῦτα μὲν νυν περὶ τούτων εἰρήσθω ὅ τι δι' ἐόντες Αἰγύπτιοι, καὶ ὅ τι ἀποδεξάμενοι ἔλαβον τὰς Δωριέων βασιλείας, ἄλλοισι γὰρ περὶ αὐτῶν εἴρηται, εἰάσομεν αὐτά· τὰ δὲ ἄλλοι οὐ κατελάβοντο, τούτων μνήμην ποιήσομαι.

LVI. Γερά τε δὴ τὰδε τοῖσι βασιλεῦσι Σπαρτιῇται δεδωκάσι, ἱρωσύνας δύο, Διὸς τε Λακεδαιμόνος καὶ Διὸς οὐρανίου, καὶ πόλεμόν γε ἐκφέρειν ἐπ' ἣν ἂν βούλωνται χώρην, τούτου δὲ μηδὲνα εἶναι Σπαρτιῇταιν διακωλύτην, εἰ δὲ μὴ, αὐτὸν ἐν τῇ ἀγῇ ἐνέχσθαι στρατευομένων δὲ πρώτους εἶναι τοὺς βασιλείας, ὑστάτους δὲ ἀπιέναι· (2) ἑκατὸν δὲ ἄνδρας λογάδας ἐπὶ στρατιῆς φυλάσσειν αὐτούς· προβάτοισι δὲ χρᾶσθαι ἐν τῇσι ἐξοδίῃσι ὁκρόοισι ἂν ἐθέλωσι, τῶν δὲ θυομένων ἀπάντων τὰ δέρματά τε καὶ τὰ νῦτα λαμβάνειν σφέας. Ταῦτα μὲν τὰ ἐμπολέμια.

LVII. Τὰ δὲ ἄλλα τὰ εἰρηναῖα κατὰ τὰδε σφί δέδοται. Ἦν οὕσφι τις δημοτελέα ποιεῖται, πρώτους ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἔξιν τοὺς βασιλείας καὶ ἀπὸ τούτων πρῶτον ἀρχεσθαι, διπλῆσι νέμοντας ἑκατέρῳ τὰ πάντα τῇ τοῖσι ἄλλοισι δαιτυμόσι· καὶ σπονδαρχίας εἶναι τούτων, καὶ τῶν τυθέντων τὰ δέρματα. (2) Νεομηνίας δὲ ἀνὰ πάσας καὶ ἐβδόμας ἱσταμένου τοῦ μηνὸς δίδοσθαι ἐκ τοῦ δημοσίου ἱρῆιον τέλειον ἑκατέρῳ ἐς Ἀπόλλωνος καὶ μέδιμον ἀλφίτων καὶ οἴνου τετάρτην Λακωνικὴν, καὶ ἐν τοῖσι ἀγῶσι πᾶσι προεδρίας ἐξαίρετους. (3) Καὶ προξείνους ἀποδεικνύναι τούτοις προσκείσθαι τοὺς ἂν ἐθέλωσι τῶν ἀστῶν, καὶ Πυθίους αἰρέεσθαι δύο ἑκάτερον· οἱ δὲ Πυθιοὶ εἰσι θεοπρόποι ἐς Δελφοὺς, σιτεύμενοι μετὰ τῶν βασιλέων τὰ δημόσια. (4) Μὴ ἐλλοῦσι δὲ τοῖσι βασιλεῦσι ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀποπέμπεσθαι σφί ἐς τὰ οἰκία ἀλφίτων τε δύο χοῖνικας ἑκατέρῳ καὶ οἴνου κοτύλιν, παροῦσι δὲ διπλῆσι πάντα δίδοσθαι· τῷτο δὲ τούτῳ καὶ πρὸς ἰδιωτέων κληθέντας ἐπὶ δεῖπνον τιμᾶσθαι. (5) Τὰς δὲ μαντήϊας τὰς γινομένας τούτους φυλάσσειν, συνειδέναι δὲ καὶ τοὺς Πυθίους. Διχάζειν δὲ μούρους τοὺς βασιλείας τσοάδε μούνα, πατρούχου τε

seum, Danae filium, praetermisso dei nomine, recte recenseri a Graecis, et esse illos Hellenas (sive Graecos) probari : jam tunc enim Hellenibus hi accensebantur. (2) Dixi autem usque ad Perseum, neque altius repetii eorum genus, hac caussa, quoniam Persei pater mortalis nullus nominatur, quemadmodum Herculis Amphitryo. Itaque recte et idonea de caussa dixi, usque ad Perseum. (3) Sin a Danae, Acrisii filia, per patres adscendendo repetere genus velimus, reperiemus Doriensium duces origine Aegyptios fuisse. Haec igitur, ex Graecorum ratione, illorum genealogia est.

LIV. Ut vero Persarum fert traditio, ipse Perseus, Assyrius quum esset, Graecus est factus, non vero Persei majores : Acrisii vero progenitores generis propinquitate ad Perseum nihil pertinere, sed esse, quemadmodum Graeci dicunt, Aegyptios.

LV. Et haec quidem de his dicta sufficiant. Cur vero, et quibus rebus gestis, Aegyptii quum essent, Doriensium reges evaserint, omitto memorare, quum ab aliis haec exposita sint. Quae vero alii non occuparunt, eorum mentionem faciam.

LVI. Jam honores et privilegia, regibus Spartanis tributa, haec sunt : sacerdotia duo, Jovis Lacedaemonii, et Jovis Coelestis : tum belli inferendi potestas in quamcumque velint terram ; cui potestati intercedere nemo Spartanus potest, quin piaculari se crimine obliget. Quum in bellum proficiscuntur, primi incedunt reges, postremi redeunt : (2) et centum delecti viri in exercitu eos custodiunt. Victimis utuntur in expeditionibus, quotcumque volunt ; et omnium immolarum pecudum et pelles et terga ipsi accipiunt. Haec sunt quae ad bellum pertinent.

LVII. In pace hi eisdem honores et praemia sunt concessa. Si quis publicum facit sacrificium, primi in cena sedent reges, et ab his fit distribuendorum ciborum initium, ita quidem ut utrique regi de rebus omnibus duplex portio tribuatur, quam ceteris convivis : libamina etiam hi auspicantur, iidemque mactatarum pecudum pelles accipiunt. (2) Ad haec, singulis noviluniis, et septimo cujusque mensis die, utrique regum ex publico datur perfecta victima in Apollinis templo mactanda, et farinae medimnus, et vini quartarius Laconicus. In omnibus ludis publicis sedes primarias et praecipuas habent. (3) Proxenos civitatibus fidem nominant e civibus quoscumque voluerint ; et uterque duos nominat Pythios : sunt autem Pythii, cives qui Delphos mittuntur ad consulendum oraculum, hique publice cum regibus aluntur. (4) Quando ad caenam non veniunt reges, utrique domum mittuntur duo chænices farinae, et vini cotyla : praesentibus vero tribuitur de omnibus rebus duplex portio ; idemque illis honos habetur, quoties a privato homine ad caenam vocantur. (5) Edita vaticinia hi custodiunt, sed ita ut eorundem conscii sint Pythii. Judicant soli reges de hisce solum rebus : de vir-

πυρθέων πέρι, ἐς τὸν ἰκνέεται ἔχειν, ἣν μὴ περὶ δ πα-
τὴρ αὐτὴν ἐγγυήσῃ, καὶ ὁδῶν δημοσίων πέρι. (ο) Καὶ
ἦν τις θετὸν παῖδα ποιέσθαι ἐθέλῃ, βασιλέων ἐναντίον
ποιέσθαι. Καὶ παρίζειν βουλευούσι τοῖσι γέρονσι, εὐοῖσι
δὲ ὁδῶν δέουσι τριήκοντα· ἣν δὲ μὴ ἔλθωσι, τοὺς μάλιστα
σφι τῶν γερόντων προσήκοντας ἔχειν τὰ τῶν βασιλέων
γέρεα, δύο ψήφους τιθεμένους, τρίτην δὲ τὴν ἐσω-
τῶν.

LVIII. Ταῦτα μὲν ζῶουσι τοῖσι βασιλεῦσι δέδοται
10 ἐκ τοῦ κοινοῦ τῶν Σπαρτιητέων, ἀποθανούσι δὲ τάδε.
Ἴππείες περιαγγέλλουσι τὸ γεγονός κατὰ πᾶσαν τὴν
Λακωνικὴν, κατὰ δὲ τὴν πόλιν γυναῖκες περιούσαι
λέβητα κροτέουσι. Ἐπεὰν ὦν τοῦτο γένηται τοιοῦτο,
ἀνάγκη ἐξ οἰκίης ἐκάστης ἐλευθέρους δύο καταμιαίνε-
15 σθαι, ἄνδρα τε καὶ γυναῖκα· μὴ ποιήσαςι δὲ τοῦτο
ζημίαι μεγάλαι ἐπιτίεσθαι. (2) Νόμος δὲ τοῖσι Λακε-
δαιμονίοισι κατὰ τῶν βασιλέων τοὺς θανάτους ἐστὶ ὅτι
τὸς καὶ τοῖσι βαρβάροισι τοῖσι ἐν τῇ Ἀσίῃ· τῶν γὰρ
ὦν βαρβάρων οἱ πλευνες τῶντῶ νόμῳ χρεόνται κατὰ
20 τοὺς θανάτους τῶν βασιλέων. Ἐπεὰν γὰρ ἀποθάνῃ
βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, ἐκ πάσης δεῖ Λακεδαιμόνος,
χωρὶς Σπαρτιητέων, ἀριθμῷ τῶν περιούκων ἀναγκα-
στοὺς ἐς τὸ κῆδος ἵεναι. (3) Τούτων ὦν καὶ τῶν εἰλω-
τέων καὶ αὐτῶν Σπαρτιητέων ἐπεὰν συλλεγθῶσι ἐς
25 τὸν τόπον πολλὰ ἱλιάδες, σύμμιγα τῇσι γυναῖξιν κόπτον-
ταί τε προθύμως καὶ οἰμωγῇ διαχρέονται ἀπλέτῳ, φά-
μενοι τὸν ὕστατον αἰεὶ ἀπογενόμενον τῶν βασιλέων,
τοῦτον δὴ γενέσθαι ἄριστον. (4) Ὅς δ' ἐν ἐν πολέμῳ
τῶν βασιλέων ἀποθάνῃ, τούτῳ δὲ εἰδῶλον σκευάσαν-
30 τες ἐν κλίνῃ εὖ ἐστρωμένη ἐκφέρουσι. Ἐπεὰν δὲ
usquam capti essent, vehementer fuisset iratus, quippe qui primi auctores fuerant injuriarum; nunc eosdem, ubi an se abductos et sua in potestate vidit, nullo alio malo adfecit, sed sedes illis in terra Cissia adsignavit, in una suarum mansionum quæ Ardericca vocatur. Abest illa decem et ducenta stadia a Susis, quadraginta vero stadia a puteo, qui tres diversas rerum exhibet species. Nam et asphaltus et sal et oleum ex illo hauritur, hoc modo: (3) hauriunt ope tollenonis, cui pro situla adligatus est dimidiatus uter: hunc succitens haurit homo id quod intus est, idque in cisternam infundit; ex qua rursus in aliud receptaculum derivatur hæc materia, atque ita triplicem in formam convertitur. (4) Et asphaltus quidem et sal protinus concrescunt; oleum vero, quod rhadinacen Persæ vocant, in vasa colligunt: est autem illud nigrum, et gravem spirans odorem. Illum igitur locum Eretriensibus habitandum rex tribuit: habitantque eandem regionem ad meam usque ætatem, pristinam linguam servantes. Hæc sunt igitur quæ ad Eretrienses spectant.

CXX. Lacedæmoniorum vero duo millia Athenas venerunt post plenilunium: et hi quidem, rem adhuc integram deprehensuri, tanta usi sunt celeritate, ut tertio die, quam Sparta discesserant, in Attica fuerint. Sed, quum peracto jam prælio advenissent, cupidi tamen erant Medos videndi. Itaque, Marathonem profecti, spectarunt: deinde, collantibus Atheniensibus et re ab his præclare gesta, domum redierunt.

CXXI. Quod vero de Alcmeonidis narrant, id miror equidem; nec mihi persuaderi patior, umquam illos Persis ex composito clypeum sublato fuisse, quasi voluissent ut sub barbaris et sub Hippia essent Athenienses. Quippe satis constat, fuisse illos magis aut certe pariter inimicos tyrannorum atque Callias fuerat, Phænippi filius, Hippo-nici pater. (2) Callias enim, quoties Pisistratus Athenis pulsus est, unus omnium Atheniensium ausus erat bona ejus per publicum præconem venundata emere, omniaque alia in illum inimicissima machinatus erat.

CXXII. [Dignus est autem hic Callias, cujus crebro a quibuslibet honorifica mentio fiat; quum ob hoc ipsum, quod dixi, tamquam viracerrime libertati studens patriæ; tum ob id quod Olympiæ fecit, ubi equorum cursu victor, quadrigarum autem curriculo secundas ferens, reportata etiam prius Pythica victoria, conspicuus fuit apud omnes Græcos per annos maximos; denique ob singularem indulgentiam qua adversus tres filias suas usus est: quibus, postquam nobiles fuerunt, non modo dote dedit magnificentissimam; sed et hoc eisdem gratificatus est, ut unicuique ex illis potestatem daret, maritum sibi, quem ipsa vellet, ex omnibus Atheniensibus seligendi.]

CXXIII. Atque eodem modo, certe laud minus, tyrannos oderunt Alcmeonidæ. Quare miror, nec admitto calumniam, hos tales viros clypeum sustulisse; qui constanter fugerant tyrannos, et quorum consilio et opera tyran-

ἐκ μηχανῆς τε τῆς τούτων ἐξέλιπον οἱ Πεισιστρατίδαι τὴν τυραννίδα. (2) Καὶ οὕτω τὰς Ἀθήνας οὗτοι ἔσαν οἱ ἐλευθερώσαντες πολλῶ μᾶλλον ἢ περ Ἀρμόδιος τε καὶ Ἀριστογείτων, ὥς ἐγὼ κρίνω· οἱ μὲν γὰρ ἐξηγρίωσαν τοὺς λοιποὺς Πεισιστρατιδῶν Ἱππαρχον ἀποκτείναντες, οὐδὲ τι μᾶλλον ἔπαυσαν τοὺς λοιποὺς τυραννεύοντας, Ἀλκμεωνίδαι δὲ ἐμφανέως ἡλευθέρωσαν, εἰ δὴ οὗτοι γε ἀληθῶς ἔσαν οἱ τὴν Πυθίην ἀναπέισαντες προσημάνειν Λακεδαιμονίοισι ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθηνας, ὥς μοι πρότερον δεδήλωται.

CXXIV. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως τε ἐπιμεμφομένοι Ἀθηναίων τῇ δῆμῳ προέδιδον τὴν πατρίδα. Οὐ μὲν ὦν ἔσαν σφέων ἄλλοι δοκιμώτεροι ἐν γε Ἀθηναίοισι ἄνδρες, οὐδ' οἱ μᾶλλον ἐτετιμέατο. (2) Οὕτω οὐδὲ λόγος αἰρέει ἀναδεχθῆναι ἐκ γε ἂν τούτων ἀσπίδα ἐπὶ τοιούτῳ λόγῳ. Ἀνεδέχθη μὲν γὰρ ἀσπίς, καὶ τοῦτο οὐκ ἔστι ἄλλως εἶπαι· ἐγένετο γάρ· ὅς μέντοι ἦν ὁ ἀναδέξας, οὐκ ἔχω προσωτέρω εἶπαι τούτων.

CXXV. Οἱ δὲ Ἀλκμεωνίδαι ἔσαν μὲν καὶ τὰ ἀνέκαθεν λαμπροὶ ἐν τῇσι Ἀθήνῃσι, ἀπὸ δὲ Ἀλκμεόνος καὶ αὐτῆς Μεγακλῆος ἐγένοντο καὶ χάρτα λαμπροί. Τοῦτο μὲν γὰρ Ἀλκμεών ὁ Μεγακλῆος τοῖσι ἐκ Σαρδίων Λυδοῖσι παρὰ Κροίσου ἀπικνεομένοισι ἐπὶ τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖσι συμπρήχτωρ τε ἐγένετο καὶ συνελάμβανε προθύμως, καὶ μιν Κροῖσος πυθόμενος τῶν Λυδῶν τῶν ἐς τὰ χρηστήρια φοιτεόντων ἐσωτὸν εὖ ποιεῖν μεταπέμπεται ἐς Σάρδις, ἀπικόμενον δὲ δωρεῖται χρυσῷ τὸν ἂν δύνῃται τῷ ἐσωτοῦ σώματι ἐξενεῖκασθαι ἐσάπτει. (2) Ὁ δὲ Ἀλκμεών πρὸς τὴν δωρεὴν ἐοῦσαν τοιαύτην τοιᾷδε ἐπιτηδεύσας προσέφερε. Ἐνδὺς κιθῶνα μέγαν καὶ κόλπον βαθὺν καταλιπόμενος τοῦ κιθῶνος, κοθόρνους τοὺς εὗρισκε εὐρυτάτους ἔοντας υποδησάμενος ἥτε ἐς τὸν θησαυρὸν ἐς τὸν οἱ κατηγέοντο. (3) Ἐσπεσῶν δὲ ἐς σωρὸν ψήγματος πρῶτα μὲν παρέσαζε παρὰ τὰς κνήμας τοῦ χρυσοῦ ὅσον ἐχώρειν οἱ κοθόρνοι, μετὰ δὲ τὸν κόλπον πάντα πλησάμενος χρυσοῦ καὶ ἐς τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς διαπάσας τοῦ ψήγματος, καὶ ἄλλο λαβὼν ἐς τὸ στόμα, ἐξῆι ἐκ τοῦ θησαυροῦ ἔλκων μὲν μόγις τοὺς κοθόρνους, παντὶ δὲ τῷ οἴκῳ μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ τοῦτό τε στόμα ἐδέχυστο καὶ πάντα ἐξώγκωτο. (4) Ἰδόντα δὲ τὸν Κροῖσον γέλως ἐσῆλθε, καὶ οἱ πάντα τε ἐκεῖνα διδοῖ καὶ πρὸς ἕτερα δωρεῖται οὐκ ἐλάσσω ἐκείνων. Οὕτω μὲν ἐπλούτησε ἡ οἰκίη αὐτῆ μεγάλως, καὶ ὁ Ἀλκμεών οὕτως οὕτω θετριπτοτροφήσας Ὀλυμπίδα ἀναιρέεται.

CXXVI. Μετὰ δὲ, γενεῇ δευτέρῃ ὑστερον, Κλεισθένης μιν ὁ Σικυῶνος τύραννος ἐξήειρα, ὥστε πολλῇ οὐνομαστοτέρῃ γενέσθαι ἐν τοῖσι Ἑλλήσι ἢ πρότερον ἦν. (2) Κλεισθένι γὰρ τῷ Ἀριστωνύμου τοῦ Μύρωνος τοῦ Ἀνδρέω γίνεται θυγάτηρ τῇ οὐνομα ἦν Ἀγαρίστη. Ταύτην ἠθέλησε, Ἑλλήνων πάντων ἐξευρών τὸν ἄριστον, τοῦτ' ἔστι γυναικᾶ προσθεῖναι. (3) Ὀλυμπίων ὦν ἐόντων καὶ νικῶν ἐν αὐτοῖσι θετριππῳ ὁ Κλεισθένης

nide exuti erant Pisistratidae. (2) Fuereque adeo hi, me iudice, multo magis liberatores Athenarum, quam Harmodius et Aristogiton: illi enim occiso Hipparcho exacerbarunt reliquos ex Pisistratidis, neque finem fecerunt illorum tyrannidi; Alcmeonidae vero manifesto liberarunt Athenas, si quidem vere hi fuerunt qui Pythiae persuasere, ut Lacedaemonios juberet liberare Athenas, quemadmodum a me supra expositum est.

CXXIV. At fortasse, quod succenserent quadam de causa populo Atheniensium, eo prodiderint patriam? Atqui nulli erant viri Athenis magis spectati, magisque honorati, quam hi ipsi. (2) Itaque nulla ratione probabile est, sublatum esse ab his quidem viris clypeum tali de causa. Ceterum sublatus utique clypeus est: id quidem negari non potest; factum est enim: quis vero sit qui illum sustulerit, non valeo ulterius, quam dixi, declarare.

CXXV. Fuit autem Athenis jam antiquitus illustris Alcmeonidarum familia: nam inde ab Alcmeone ipso, et dein a Megacle, exstiteri in hac domo nobilissimi viri. Statim, Alcmeon, Megaculis filius, adjutor fuerat Lydorum qui a Cresso Sardibus ad consulendum oraculum Delphicum missi sunt, studioseque illis operam navaverat suam. Cujus in se merita postquam Cresus ex Lydis Delphos missis cognoverat, Sardes eum ad se invitavit; et, postquam adventi, tanto auri pondere eundem donavit, quantum suo corpore asportare semel posset. (2) Tunc Alcmeon ad accipiendum hoc tale donum in hunc modum comparatus accessit. Grandi inductus tunica, in qua amplius erat sinus relictus, et cothurnis quos repperat amplissimis calceatus, in thesaurum intravit, in quem ducebatur. (3) Ibi quum in acervum ramentorum auri incidisset, primum circa crura, quantum auri capiebant cothurni, infersit, deinde repleto totu sinu, et coma ramentis conspersa, denique alii in os sumptis, thesauro egressus est, aegre trahens cothurnos, et cuivis alii quam homini similior; cujus et obturatum os, et omnia turgida erant. (4) Quem ita conspiciens Cresus, risum non tenuit; donavit autem non his modo, sed alia etiam adjecit, his non inferiora. Ita magnis divitiis aucta hac domus est: idemque Alcmeon, equos alens quadrigis jungendos, Olympicam retulit victoriam.

CXXVI. Deinde vero, proxime sequente aetate, eandem familiam Clisthenes, Sicyonis tyrannus, ita extulit, ut multo etiam splendidior inter Graecos evaderet, quam antea fuerat. (2) Clisthenes ille, Aristonymi filius, Myronis nepos, Andreas pronepos, quum esset ei filia, nomine Agariste, in matrimonium hanc dare decreverat juveni quem reperisset Graecorum omnium praestantissimum. (3) Quumque essent ludi Olympici, in quibus curriculo qua-

κήρυγμα ἐποίησατο, ὅστις Ἑλλήνων ἐαυτὸν ἀξιοῖ Κλεισθένης γαμβρὸν γενέσθαι, ἥκειν ἐς ἐξηκοστὴν ἡμέρην ἢ καὶ πρότερον ἐς Σικυῶνα ὡς κυρώσοντας Κλεισθένης τὸν γάμον ἐν ἐνιαυτῷ, ἀπὸ τῆς ἐξηκοστῆς ἀρξαμένου ἡμέρης. (4) Ἐνθαῦτα Ἑλλήνων ὅσοι σφίσι τε αὐτοῖσι ἔσαν καὶ πάτρῃ ἐξωγαυμένοι, ἐφοίτεον μνηστῆρες τοῖσι Κλεισθένης καὶ δρόμον καὶ παλαίστραν ποιησάμενος ἐπ' αὐτῷ τούτῳ εἶχε.

CXXVII. Ἀπὸ μὲν δὲ Ἰταλῆς ἦλθε Σμινδυρίδης δ' Ἰπποκράτης Συβαρίτης, ὃς ἐπὶ πλείστον δὲ χλιδῆς εἰς ἀνὴρ ἀπίκετο (ἡ δὲ Σύβαρις ἤμαζε τοῦτον τὸν χρόνον μάλιστα), καὶ Σιρίτης Δάμασος Ἀμύριος τοῦ σοφοῦ λεγομένου παῖς. (2) Οὗτοι μὲν ἀπ' Ἰταλῆς ἦλθον, ἐκ δὲ τοῦ κόλπου τοῦ Ἰονίου Ἀμφίμνηστος Ἐπιστρόφου Ἐπιδάμιος οὗτος δὲ ἐκ τοῦ Ἰονίου κόλπου. (3) Αἰτωλὸς δὲ ἦλθε Τιτόρμου τοῦ ὑπερφύντος τε Ἑλλήνας ἰσχύϊ καὶ θυγόντος ἀνθρώπους ἐς τὰς ἐσχατίας τῆς Ἀχιλλίδος χώρας, τούτου τοῦ Τιτόρμου ἀδελφεὸς Μάλης. (4) Ἀπὸ δὲ Πελοποννήσου Φεῖδωνος τοῦ Ἀργεῖων τυράννου παῖς Λεωκίδης, Φεῖδωνος δὲ τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίοισι καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα δὲ Ἑλλήνων ἀπάντων, ὃς ἐξαναστήσας τοὺς Ἡλείων ἀγωνοθέτας αὐτὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα ἐθῆκε. (5) τούτου τε δὲ παῖς, καὶ Ἀμίαντος Λυκούργου Ἀρκὰς ἐκ Γραπεζοῦντος, καὶ Ἀζῆν ἐκ Παῖου πόλιος Λαφάνης Εὐφορίωνος τοῦ δεξαμένου τε, ὡς λόγος ἐν Ἀρκαδίᾳ λέγεται, τοὺς Διοσκούρους οἰκίοισι καὶ ἀπὸ τούτου ξεινοδοκέοντος πάντας ἀνθρώπους, καὶ Ἡλείος Ὀνομαστός Ἀγαίου. (6) Οὗτοι μὲν δὲ ἐξ αὐτῆς Πελοποννήσου ἦλθον, ἐκ δὲ Ἀθηνῶν ἀπίκοντο Μεγακλῆς τε δ' Ἀλκμέωνος τούτου τοῦ παρὰ Κροῖσον ἀπικομένου, καὶ ἄλλος Ἰπποκλείδης Τισάνδρου, πλοῦτος καὶ εἰδεί προφέρων Ἀθηναίων. (7) Ἀπὸ δὲ Ἐρετρίας ἀνέουσας τοῦτον τὸν χρόνον Λυσανίης οὗτος δὲ ἀπ' Εὐβοίης μῦνος. Ἐκ δὲ Θεσσαλῆς ἦλθε τῶν Σκοπαδῶν Διακτορίδης Κραννώνιος, ἐκ δὲ Μολοσσῶν Ἀλκων. Τοσοῦτοι μὲν ἐγένοντο οἱ μνηστῆρες.

CXXVIII. Ἀπικομένων δὲ τούτων ἐς τὴν προειρημένην ἡμέρην, δ' Κλεισθένης πρῶτα μὲν τὰς πάτρας τε αὐτῶν ἀνεπύθετο καὶ γένος ἐκάστω, μετὰ δὲ κατέχων ἐνιαυτὸν διεπειρᾶτο αὐτῶν τῆς τε ἀνδραγαθίας καὶ τῆς ὀργῆς καὶ παιδείας τε καὶ τρόπου, καὶ ἐνὶ ἐκάστῳ ἰὼν ἐς συνουσίην καὶ συνάπασιν. (2) καὶ ἐς γυμνασίαν τε ἐξαγινέων ὅσοι ἔσαν αὐτῶν νεώτεροι, καὶ τό γε μέγιστον, ἐν τῇ συνστοῇ διεπειρᾶτο ὅσον γὰρ κατεῖχε χρόνον αὐτοὺς, τοῦτον πάντα ἐποίησε καὶ ἅμα ἐξείνιξε μεγαλοπρεπέως. (3) Καὶ δὴ κου μάλιστα τῶν μνηστῆρων ἡρέσκοντο οἱ οἱ ἀπ' Ἀθηνῶν ἀπικόμενοι, καὶ τούτων μάλιστα Ἰπποκλείδης δ' Τισάνδρου καὶ κατ' ἀνδραγαθίην ἐκρίνετο, καὶ οἱ τὰ ἀνέκαθεν τοῖσι ἐν Κορίνθῳ Κυψελίδῃσι ἦν προσήκων.

CXXIX. Ὡς δὲ ἡ κυρὴ ἐγένετο τῶν ἡμερῶν τῆς τε κατακλίσεως τοῦ γάμου καὶ ἐκφάνσεως αὐτοῦ Κλει-

drigarum vicit Clisthenes, nunciari per praekonem jussit, ut quisquis Graecorum dignum sese judicaret qui gener fieret Clisthenis, is ad sexagesimum diem, aut etiam ante id tempus, Sicyone adesset: exacto enim anno, inde ab illo sexagesimo die, ratas filiae nuptias habiturum Clisthenem. (4) Tunc igitur convenere proci, quotquot e Graecis et sua ipsorum et patriae praestantia superbiebant: hisque Clisthenes et curriculum et palaestram, quibus inter se certarent, parata habebat.

CXXVII. Ex Italia advenit Smindyrides, Hippocratis filius, Sybarita, homo unus omnium luxuriosissimus: (florebat autem tunc maxime Sybaris:) Item Damasus Sirites, Amyridis illius filius, qui Sapiens nominabatur. (2) Hi ex Italia advenērunt. Ex sinu vero Ionio Amphimnestus, Epistrophii filius, Epidamnus. Hic igitur ex sinu Ionio. (3) Sed ex Aetolia advenit Males, frater Titormi illius, qui, quum corporis robore Graecos omnes superaret, hominum fugiens commercium in extrema Aetolicae terrae se recepit. (4) Ex Peloponneso Leocedes, Phidonis filius, Argivorum tyranni, Phidonis illius, qui mensuras Peloponnesiis constituit, et longe Graecorum omnium insolentissimus, sedibus suis pepulit agonothetas Eleorum, ipseque arbitri munus in Olympico certamine sibi adrogavit. (5) Praeter hujus igitur filium, adfuerunt item ex Peloponneso Amianthus, Lycurgi filius, Arcas ex Trapezunte, Laphanes ex Paeo, Azaniæ (in Arcadia) oppido, filius Euphlorionis illius, qui, ut in Arcadia fama est, Dioecurus hospitio exceperat, et ab illo tempore cunctis peregre venientibus hospitium praebebat: denique Eleus Onomastus, Agæi filius. (6) Isti igitur ex Peloponneso adfuerunt. Athenis vero venerunt, Megacles, Alcmeonis hujus filius, qui apud Cræsum fuerat, et alius, Hippocles, Tisandri filius, divitiis et corporis forma excellens inter Athenienses. (7) Ex Eretria, quæ per id tempus florebat, Lysanias: hic unus ex Euboea. E Thessalia adfuit Diactorides Crannonius, de Scopadarum familia: e Molossis vero, Alcon. Tot numero proci fuere.

CXXVIII. Qui postquam ad praedictum diem Sicyone convenerant, Clisthenes primum patrias eorum sciscitatus est, et genus cujusque: deinde, per anni spatium eos retinens, pertentavit eorumdem fortitudinem, et animi indolem, et culturam ingenii, et mores: modo cum singulis congregiens, modo cum universis: (2) et, qui ex illis juniores erant, hos in gymnasia ducens: maxime vero inter epulas eos pertentabat. Per totum enim tempus, quo illos apud se detinuit, ista omnia faciebat, simulque magnificis epulis eos excipiebat. (3) Placere ei autem fere prae caeteris hi qui Athenis advenerant: et ex his magis ei probabatur Hippocles, Tisandri filius, quum ob fortitudinem, tum quod generis propinquitate Cypselidas Corinthios attingebat.

CXXIX. Ubi statutus adfuit dies, quo celebrarentur nuptiae, declararetque Clisthenes quem prae caeteris probaret;

σθένος τὸν κρίνει ἐκ πάντων, θύσας βοῦς ἑκατὸν ὁ Κλεισθένης εὐώχεε αὐτούς τε τοὺς μνηστῆρας καὶ τοὺς Σικυωνίους πάντας. (2) Ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγένοντο, οἱ μνηστῆρες ἔριν εἶχον ἀμφὶ τε μουσικῇ καὶ τῷ λεγόμενῳ ἐς τὸ μέσον. Προϊούσης δὲ τῆς πόσιος κατέχων πολλὸν τοὺς ἄλλους ὁ Ἴπποκλείδης ἐκέλευσε τὸν αὐλητὴν αὐλῆσαι οἱ ἐμμέλειαν, πειθομένου δὲ τοῦ αὐλητῆος ὠρχήσατο. (3) Καὶ κως ἐσωτῶ μὲν ἀρεστώϊς ὠρχέετο, ὁ δὲ Κλεισθένης ὀρέων ὄλον τὸ πρῆγμα ὑπώπτευε. Μετὰ δὲ ἐπισγῶν ὁ Ἴπποκλείδης χρόνον ἐκέλευσέ οἱ τινὰ τράπεζαν ἐσενεῖναι, ἐσελεύσεως δὲ τῆς τραπέζης πρῶτα μὲν ἐπ' αὐτῆς ὠρχήσατο Λακωνικὰ σχηματίζων, μετὰ δὲ ἄλλα Ἀττικὰ, τὸ τρίτον δὲ τὴν κεφαλὴν ἐρείσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε. (4) Κλεισθένης δὲ τὰ μὲν πρῶτα καὶ τὰ δεύτερα ὀρχεομένου, ἀποστύγων γαμβρόν οἱ εἶτι γενέσθαι Ἴπποκλείδῃ διὰ τὴν τε ὀρχήσιν καὶ τὴν ἀναίδειαν, κατεῖχε ἐσωτὸν, οὐ βουλόμενος ἐκραγῆναι ἐς αὐτόν. ὥς δὲ εἶδε τοῖσι σκέλεσι χειρονομήσαντα, οὐκέτι κατέχειν δυνάμενος εἶπε, « ὦ παῖ Τισάνδρου, ἀπωρχήσάσθαι μὴν τὸν γάμον. » (5) Ὁ δὲ Ἴπποκλείδης ὑπολαβὼν εἶπε, « οὐ φροντὶς Ἴπποκλείδῃ. » Ἀπὸ τούτου μὲν τοῦτο οὐνομάζεται.

CXXX. Κλεισθένης δὲ σιγὴν ποιησάμενος ἔλεξε ἐς μέσον τάδε, « ἄνδρες παιδὸς τῆς ἐμῆς μνηστῆρες, ἐγὼ καὶ πάντας ὑμέας ἐπαινέω, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, εἰ οἷόν τε εἴη, χαρίζομαι ἂν, μήτ' ἓνα ὑμῶν ἐξαίρετον ἀποκρίνων μήτε τοὺς λοιποὺς ἀποδοκιμάζων. (2) Ἄλλ' οὐ γὰρ οἶά τέ ἐστι μίτης πέρι παρθένου βουλευόντα πᾶσι κατὰ νόον ποιεῖν, τοῖσι μὲν ὑμῶν ἀπελαυνόμενοι τοῦδε τοῦ γάμου τάλαντον ἀργυρίου ἐκάστῳ δωρεὴν δίδωμι τῆς ἀξιώσεως εἵνεκεν τῆς ἐξ ἐμεῦ γῆμαι καὶ τῆς ἐξ οἴκου ἀποδημίας, τῷ δὲ Ἀλκμεόνος Μεγακλείῃ ἐγγυῶ παῖδα τὴν ἐμὴν Ἀγαρίστην νόμοισι τοῖσι Ἀθηναίων. » Φαμένῳ δὲ ἐγγυᾶσθαι Μεγακλέος ἐκεκύρωτο ὁ γάμος Κλεισθένει.

CXXXI. Ἀμφὶ μὲν κρίσις τῶν μνηστῆρων τσαυτὰ ἐγένετο, καὶ οὕτω Ἀλκμεωνίδαι ἐβώσθησαν ἀνά τὴν Ἑλλάδα. Τούτων δὲ συνοικησάντων γίνεται Κλεισθένης τε ὁ τὰς φυλάς καὶ τὴν δημοκρατίην Ἀθηναίοισι καταστήσας, ἔχων τὸ οὐνομα ἀπὸ τοῦ μητροπάτορος τοῦ Σικυωνίου. (2) οὗτός τε δὴ γίνεται Μεγακλείῃ καὶ Ἴπποκράτῃ, ἐκ δὲ Ἴπποκράτους Μεγακλέος τε ἄλλος καὶ Ἀγαρίστη ἄλλη, ἀπὸ τῆς Κλεισθένης Ἀγαρίστης ἔχουσα τὸ οὐνομα, ἣ συνοικησασά τε Ξανθίππῳ τῷ Ἀρίφρονος καὶ ἔχουσα εἶδε ὄφιν ἐν τῷ ὕπνῳ· ἐδόκε δὲ λέοντα τεκέειν· καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας τίχτει Περικλέα Ξανθίππῳ.

CXXXII. Μετὰ δὲ τὸ ἐν Μαραθῶνι τρώμα γενόμενον Μιλτιάδης, καὶ πρότερον εὐδοκίμενον παρ' Ἀθηναίοισι, τότε μᾶλλον αὐξέτο. Αἰτήσας δὲ νέας ἐβδομήκοντα καὶ στρατιὴν τε καὶ χρήματα Ἀθηναίους, οὐ φράσας οἱ ἐπ' ἣν ἐπιστρατεύεται χώραν, ἀλλὰ φάς αὐτοὺς καταπλουσιύνειν ἣν οἱ ἔπωνται· ἐπὶ γὰρ χώραν

tum ille, mactatis centum bobus, et ipsos procos et cunctos Sicyonios lautis excepit epulis. (2) Peracta coma, proci et canendo et sermonibus in medio propositis inter se contendebant. Procedente vero computatione, Hippoclesides, destinans maxime caeteros, tibicinem jussit cantum canere ad saltationem adcommodatum; eoque obsequente saltare instituit. (3) Et saltabat quidem placens sibi: sed spectanti Clistheni tota res displicebat. Deinde, brevi interposita mora, mensam sibi inferri Hippoclesides jussit: quae ubi illata est, conscensa mensa primum Laconicos caltavit modulos; deinde alios Atticos; postremo, caput in mensam innixus, cruribus gesticulabatur. (4) Et Clisthenes, quum ad primam et secundam saltationem, abominatus quidem generum sibi adsciscere Hippoclesidem ob saltationem et protervam intemperantiam, tamen continuisset sese nec erumpere in eum voluisset; nunc, ubi cruribus gesticulantem vidit, se ultra continere non sustinens, ait: « O fili Tisandri, saltando nuptias tu quidem perdidisti. » (5) At ille respondens, « Nil curat, inquit, Hippoclesides. » Et hinc ortum cepit hoc proverbium.

CXXX. Tum vero Clisthenes, imperato silentio, haec in medio omnium verba fecit: « Viri, filiae proci meae, ego cunctos vos laudo; et omnibus, si fieri posset, gratificarem; neque e vobis unum praeter ceteris seligerem, neque posthaberem reliquos. (2) At, quoniam fieri non potest, ut, quum de una virgine deliberem, omnium votis simul satisfaciam; eis e vestro numero, qui his nuptiis excidunt, talentum argenti dono do unicuique, quod et dignati estis filiam meam in matrimonium petere, et domibus vestris per egre abfuitis: Megacii vero, Alcmeonis filio, meam filiam Agaristen despondeo ex Atheniensium legibus. » Quumque Megacles dixisset, accipere se conditionem, ratum matrimonium Clisthenes habuit.

CXXXI. Ita, quod ad iudicium procorum spectat, gesta res est; atque ita factum est, ut Alcmeonidae per universam Graeciam celebrarentur. Ex isto autem matrimonio natus Megacii est Clisthenes ille, qui decem tribus et democratiam Atheniensibus constituit; cui nomen impositum erat de avi materni nomine Sicyonii: (2) praeterque hunc ex eodem matrimonio procreatus est Hippocrates. Hippocrati vero natus est alius Megacles et alia Agariste, quae a Clisthenis Agariste nomen invenit. Haec est Agariste, quae, postquam Xanthippo nupsit, Ariphronis filio, et gravis facta est, per somnum sibi visa erat leonem peperisse, ac paucis interjectis diebus Periclem Xanthippo peperit.

CXXXII. Post cladem Persis ad Marathonem illatam Miltiades, quum jam ante magna in existimatione fuisset apud Athenienses, majore etiam fuit auctoritate. Itaque, quum petisset ab illis septuaginta naves et exercitum atque pecuniam, celans quidem terram contra quam ducturus esset, sed, dilatatum se eos, dicens, si ipsum sequerentur;

τοιαύτην δὴ τινα ἄξιον ἔσθαι χρυσὸν εὐπατέως ἄφθονον ὁσονται· λέγων τοιαῦτα αἰτεῖ τὰς νέας. Ἀθηναῖοι δὲ τούτοις ἐπαρθέντες παρέδωκαν.

CXXXIII. Παραλαβὸν δὲ ὁ Μιλτιάδης τὴν στρα-
τιὴν ἐπὶ Πάρον, πρόφασιν ἔχων ὡς οἱ Πάριοι
ὑπῆρξαν πρότεροι στρατεύμενοι τριήρει ἐς Μαρα-
θῶνα ἅμα τῷ Πέρσῃ. (2) Τοῦτο μὲν δὴ πρόσχημα
λόγου ἦν, ἀτὰρ τινα καὶ ἔγκοτον εἶχε τοῖσι Πάριοις
διὰ Λυσαγόρου τὸν Τισίω, ἐόντα γένος Πάριον, δια-
βαλόντα μιν πρὸς Ὑδάρνεα τὸν Πέρσῃ. Ἀπικόμενος δὲ
ἐς τὴν ἑπλοὴν ὁ Μιλτιάδης τῇ στρατιῇ ἐπολιόρκει Πα-
ρίους κατειλημένους ἐντὸς τείχεος, καὶ ἐσπέμπτων κή-
ρυκα αἰτεῖ ἑκατὸν τάλαντα, φάς, ἢν μὴ οἱ δῶσι, οὐκ
ἀπαναστήσιν τὴν στρατιὴν πρὶν ἢ ἐξέλθαι σφέας. (3)
Οἱ δὲ Πάριοι ὅκως μὲν τι δώσουσι Μιλτιάδῃ ἀργυρίου
οὐδὲ διανοοῦντο, οἱ δὲ ὅκως διαφυλάξουσιν τὴν πόλιν,
τοῦτο ἔμνησάνοντο, ἄλλα τε ἐπιπραξόμενοι, καὶ τῇ
μάλιστα ἔσκε ἐκάστοτε ἐπίμαχον τοῦ τείχεος, τοῦτο
ἅμα νυκτὶ ἐξήρετο διπλήσιον τοῦ ἀρχαίου.

CXXXIV. Ἐς μὲν δὴ τοσοῦτο τοῦ λόγου οἱ πάντες
Ἕλληες λέγουσι, τὸ ἐνθεῦτεν δὲ αὐτοὶ Πάριοι γενέ-
σθαι ὧδε λέγουσι· Μιλτιάδῃ ἀπορέοντι ἐλθεῖν ἐς λό-
γους αἰχμάλωτον γυναικᾶ, ἐῴσαν μὲν Παρίην γένος,
οὐνομα δὲ οἱ εἶναι Τιμόν, εἶναι δὲ ὑποζάκορον τῶν
χθονίων θεῶν. (2) Ταύτην ἔλθουσιν ἐς δῆμιν Μιλτιά-
δεω συμβουλευσάσι οἱ, εἰ περὶ πολλοῦ ποιεῖται Πάρον
ἐλέειν, τὰ ἂν αὐτῇ ὑποθῇται, ταῦτα ποιεῖν. Μετὰ δὲ
τὴν μὲν ὑποθέσθαι, τὸν δὲ ἀπικόμενον ἐπὶ τὸν κολωνὸν
τὸν πρὸ τῆς πόλεως ἐόντα τὸ ἔρκος θεσιμοφόρου Δήμη-
τρος ὑπερβορέειν, οὐ δυνάμενον τὰς θύρας ἀνοῖξαι,
ὑπερβορόντα δὲ ἵνα ἐπὶ τὸ μέγαρον ὀτιδῇ ποιήσονται
ἐντὸς, εἴτε κινήσονται οἱ τῶν ἀκινήτων εἴτε ὀτιδῇποτε
πρήξονται. (3) πρὸς τῇσι θύρῃσι τε γενέσθαι, καὶ πρό-
κατε φρίκας αὐτὸν ὑπελθούσης ὀπίσω τὴν αὐτὴν δὸδὸν
ἵεσθαι, καταθρόσκοντα δὲ τὴν αἵμασιν τὸν μηρὸν
σπασθῆναι· οἱ δὲ αὐτὸν τὸ γόνυ προσπαταῖσαι λέγουσι.

CXXXV. Μιλτιάδης μὲν νῦν φλύρως ἔχων ἀπέ-
πλωε ὀπίσω, οὔτε χρήματα Ἀθηναίοις ἄγων οὔτε
Πάρον προσκτησάμενος, ἀλλὰ πολιορκήσας τε ἔξ καὶ
ἐλκοσι ἡμέρας καὶ δηϊώσας τὴν νῆσον. (2) Πάριοι δὲ
πυθόμενοι ὡς ἡ ὑποζάκορος τῶν θεῶν Τιμῷ Μιλτιάδῃ
κατηγήσατο, βουλόμενοι μιν ἀντὶ τούτων τιμωρήσα-
σθαι θεοπρόπους πέμπουσι ἐς Δελφοὺς, ὡς σφέας ἡσυ-
γίῃ τῆς πολιορκίης εἶχε. (3) Ἐπεμπον δὲ ἐπειρη-
σόμενοι εἰ καταγρήσονται τὴν ὑποζάκορον τῶν θεῶν
ὡς ἐξηγησαμένην τοῖσι ἐχθροῖσι τῆς πατρίδος ἄλωσιν
καὶ τὰ ἐς ἔρσενα γόνον ἄρρητα ἱρὰ ἐκφήνασαν Μιλ-
τιάδῃ. (4) Ἡ δὲ Πυθίη οὐκ ἔα, φάσα οὐ Τιμόν εἶναι
τὴν αἰτίην τούτων, ἀλλὰ δεῖν γὰρ Μιλτιάδεα τελευτᾶν
μὴ εὔ, φανῆναι οἱ τῶν κακῶν καταγεμόνα. Πάριοις
μὲν δὲ ταῦτα ἡ Πυθίη ἔχρησε.

CXXXVI. Ἀθηναῖοι δὲ ἐκ Πάρου Μιλτιάδεα ἀπο-
νοστήσαντα ἔσχον ἐν στόμασι, οἱ τε ἄλλοι καὶ μάλιστα
Ξάνθιππος ὁ Ἀρίφρωνος, ὃς θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ

in ejusmodi enim terram se eos ducturum, unde affatim
auri deportaturi essent; hæc quum ille dicens naves pe-
tiisset, Athenienses spe erecti instructas ei naves dederunt.

CXXXIII. Et Miltiades, accepto exercitu, Parum navi-
gavit, causam præterens quod Parii Persam ad Maratho-
nem navi triremi essent secuti, adeoque priores arma lu-
tulissent Atheniensibus. (2) Hoc quidem colore utebatur
orationis: cæterum infensus etiam Parii erat propter Lysa-
goram Tisius filium, genere Parium, qui eum apud Hydarnem
Persam accusaverat. Postquam ad insulam, quam petie-
rat, cum exercitu pervenit Miltiades, oppugnavit Parios,
intra murum compulsos: missoque in urbem præcoe cen-
tum postulavit talenta, dicens, nisi ea sibi darent, non se
abducturum exercitum, quin vi cepisset urbem. (3) At
Parii, de danda Miltiadi pecunia minime cogitantes, omni-
bus modis operam dabant ut urbem defenderent: quem in
finem quum alia excogitabant, tum, ut quæque pars mori
expugnato facillior videbatur, ita eam ingruente nocte duplo
altiore, quam prius erat, excitabant.

CXXXIV. Hactenus quidem Græci omnes in commemo-
randa hac re consentiunt; deinde vero sic peractam rem
esse Parii narrant: Miltiadi, de incepti exitu dubitanti, in
colloquium venisse mulierem captivam, genere Pariam,
cui Timo nomen fuisse: fuisse vero ministram templi In-
ferarum Dearum. (2) Hanc, postquam in conspectum ve-
nisset Miltiadis, consilium ei dedisse, ut, si utique magni
faceret capere Parum, exsequeretur quæ ipsa illi esset indi-
catura. Deinde, auditis mulieris hujus præceptis, Miltia-
dem in tumultum, qui ante urbem est, se contulisse, et
maceriam transiisse templo Cereris Legiferæ circumdu-
ctam, quum fores aperire non potuisset: tum, transcensa
hac macerie, ad ipsam ædem deæ accessisse, nescio quid
intus facturum, sive quod movere aliquid voluisset quod
movere nefas esset, sive aliud quiddam facturum, quid-
quid tandem id fuerit. (3) Quum vero jam ad fores esset,
subito horrore correptum, per eandem viam, qua venis-
set, rediisse; et desilientem de macerie luxasse femur,
sive, ut alii aiunt, genu inpegisse.

CXXXV. Itaque male se habens Miltiades retro naviga-
vit, neque opes adferens Atheniensibus, nec subacta Paro;
sed nulla alia re gesta, nisi quod per sex et viginti dies
urbem oppugnasset, insulamque devastasset. (2) Parii,
obsidione liberati, intelligentes Dearum ministram Timo
Miltiadi quid faciendum esset indicasse, quum pernam
ab illa hujus rei causa sumere vellent, legatos miserunt
Delphos, (3) qui oraculum consularent, an ultimo sup-
plicio adficerent Dearum ministram, quæ hostibus viam
capiendæ patriæ indicasset, et sacra, quæ ad virilem sexum
efferrî nefas esset, Miltiadi aperuisset. (4) At negavit Py-
thia, dicens, non Timo ipsam hujus rei esse causam;
sed, quum in fati esset ut vitam male finiret Miltiades,
hanc ei a diis missam esse ducem malorum. Hæc quidem
Pythia Parii respondit.

CXXXVI. Miltiadem autem, Paro reversum, quum ali-
omnes Athenienses in ore habebant, tum præ cæteris Xan-
thippus, Ariphronis filius; qui eum capitis reum egit apud

τὸν δῆμον Μιλτιάδεια ἐδίδωκε τῆς Ἀθηναίων ἀπάτης εἶνεκεν. (2) Μιλτιάδης δὲ αὐτὸς μὲν παρῶν οὐκ ἀπελογέτο (ἦν γὰρ ἀδύνατος ὥστε σηπομένου τοῦ μηροῦ), προκλιμένου δὲ αὐτοῦ ἐν κλίνῃ ὑπεραπελογέοντο οἱ φίλοι, τῆς μάχης τε τῆς ἐν Μαραθῶνι πολλὰ ἐπιμνημένοι, καὶ τὴν Ἀθήνου αἵρεσιν, ὡς ἑλὼν Ἀθηνῶν τε καὶ τισάμενος τοὺς Πελασγοὺς παρέδωκε Ἀθηναίοισι. (3) Προσγενομένου δὲ τοῦ δήμου αὐτῷ κατὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ θανάτου, ζημιώσαντος δὲ κατὰ τὴν ἀδικίην πεντήκοντα τάλαντοις, Μιλτιάδης μὲν μετὰ ταῦτα σφακελίσαντός τε τοῦ μηροῦ καὶ σαπέντος τελευτήσας, τὰ δὲ πεντήκοντα τάλαντα ἐξέτισε ὁ παῖς αὐτοῦ Κίμων.

CXXXVII. Ἀθηνῶν δὲ Μιλτιάδης ὁ Κίμωνος ὦδε ἔσχε. Πελασγοὶ ἐπέιτε ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὑπ' Ἀθηναίων ἐξεβλήθησαν, εἴτε ἴων δὴ δικαίως εἴτε ἀδίκως· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχω φράσαι, πλὴν τὰ λεγόμενα, ὅτι Ἐκαταῖος μὲν ὁ Ἡγησάνδρου ἔφησε ἐν τοῖσι λόγοισι λέγων ἀδίκως· (2) ἐπεῖτε γὰρ ἰδέειν τοὺς Ἀθηναίους τὴν χώραν τὴν σφίσι ὑπὸ τὸν Ὑμησσὸν ἐοῦσαν ἔδοσαν οἰκῆσαι μισθὸν τοῦ τεύχεος τοῦ περὶ τὴν ἀκρόπολιν κοτε ἐληλαμένου, ταύτην ὡς ἰδέειν τοὺς Ἀθηναίους ἐξεργασμένην εἶ, τὴν πρότερον εἶναι κακὴν τε καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίην, λαβείναι φθόνον τε καὶ ἡμερον τῆς γῆς, καὶ οὕτω ἐξελαύνειν αὐτοὺς οὐδεμίαν ἄλλην πρόφασιν προῖσχομένους τοὺς Ἀθηναίους. (3) Ὡς δὲ αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι, δικαίως ἐξελάσαι· κατοικημένους γὰρ τοὺς Πελασγοὺς ὑπὸ τῷ Ὑμησσῷ, ἐνθεῦτεν ὀρυμνιζόμενους ἀδικεῖν τάδε· (4) φοιτᾶν γὰρ αἰεὶ τὰς σφετέρας θυγατέρας ἐπ' ὕδωρ ἐπὶ τὴν Ἐννεάκρουνον (οὗ γὰρ εἶναι τοῦτον τὸν χρόνον σφίσι κω οὐδὲ τοῖσι ἄλλοις Ἑλλήσι οἰκέτας), ὅκως δὲ ἔλθοιεν αὐταί, τοὺς Πελασγοὺς ὑπ' ὕβριός τε καὶ ὀλιγωρίας βιάσθαι σφείας· (5) καὶ ταῦτα μέντοι σφίσι οὐκ ἀποχρᾶν ποιεῖν, ἀλλὰ τέλους καὶ ἐπιβουλεύοντας ἐπιχειρήσειν ἐπ' αὐτοφώρῳ φανῆναι. Ἐωυτοὺς δὲ γενέσθαι τοσούτῳ ἐκείνων ἀνδράς ἀμείνονας, ὅσῳ παρὲν αὐτοῖσι ἀποκτεῖναι τοὺς Πελασγοὺς, ἐπεὶ σφείας ἔλαβον ἐπιβουλεύοντας, οὐκ ἐθέλησαι, ἀλλὰ σφι προεῖπαι ἐκ τῆς γῆς ἐξίεναι. Τούς δὲ οὕτω δὴ ἐκχωρήσαντας ἄλλα τε σχεῖν χωρία καὶ δὴ καὶ Ἀθηνῶν. Ἐκεῖνα μὲν δὴ Ἐκαταῖος ἐλεξε, ταῦτα δὲ Ἀθηναῖοι λέγουσι.

CXXXVIII. Οἱ δὲ Πελασγοὶ οὗτοι Ἀθηνῶν τότε νεμόμενοι καὶ βουλόμενοι τοὺς Ἀθηναίους τιμωρήσασθαι, εἴ τε ἐξεπιστάμενοι τὰς Ἀθηναίων ὁρτάς, πεντηκοντέρους κτησάμενοι ἐλόγησαν Ἀρτέμιδι ἐν Βραυρωνίῳ ἀγούσας ὁρτὴν τὰς τῶν Ἀθηναίων γυναῖκας, ἐνθεῦτεν δὲ ἀρπάσαντες τούτων πολλὰς οἰχόντο ἀποπλώνοντες, καὶ σφείας ἐς Ἀθηνῶν ἀγαγόντες παλλακάς εἶχον. (2) Ὡς δὲ τέκνων αὐταὶ αἱ γυναῖκες ἐπὶ πλησθήσαν, γλώσσας τε τὴν Ἀττικὴν καὶ τρόπους τοὺς Ἀθηναίων ἐδίδασκον τοὺς παῖδας. Οἱ δὲ οὔτε συμμίγῃσθαι τοῖσι ἐκ τῶν Πελασγίδων γυναικῶν παισὶ ἔβηλον, εἰ τε τύποιτό τις αὐτῶν ὑπ' ἐκείνων τινός,

populum, ut qui Athenienses dolo malo circumvenisset. (2) Quam ad accusationem Miltiades ipse, praesens licet, non respondit: nec enim poterat, femore jam in putredinem abeunte. Sed, dum ille lectulo impositus in medio jacebat, causam pro eo dixere amici, pugnae Marathoniae multam mentionem facientes, et Lemni ab illo captae, poenaeque de Pelasgis sumptae, et insulae Atheniensibus traditae. (3) Favente autem illi populo hactenus, ut capitis crimine eum absolveret, sed tamen propter damnum civitati illatum quinquaginta multaret talentis, Miltiades quidem haud multo post, carie exeso putrefactoque femore, vitam finivit; quinquaginta autem illa talenta filius ejus Cimon persolvit.

CXXXVII. Lemno autem Miltiades, Cimonis filius, hoc modo potitus erat. Postquam Pelasgi ex Attica ab Atheniensibus erant ejeti, sive jure, sive injuria; — nam de hoc quidem nihil aliud dicere possum, nisi quae ab aliis memorantur: scilicet, quod Hecataeus Hegesandri filius, hac de re in Historiis suis loquens, dicat, injuria id esse factum: (2) postquam enim Athenienses regionem illam, quam sub Hymetto sitam Pelasgis, pro mercede muri olim arci Athenarum circumducti, dederant habitandam, hanc regionem, ait, postquam bene cultam vidissent Athenienses, quum antea misera fuisset et nullius pretii, invidia fuisse captos et desiderio hujus terrae; atque ita Athenienses, nullam aliam juris speciem praeseferentes, illos eiecisse. (3) Ipsi autem Athenienses contendunt, jure a se ejectos Pelasgos esse: postquam enim assignatae illis sub Hymetto sedes fuissent: inde eosdem facto impetu injuriam ipsis hanc solitos esse inferre: (4) quum filiae Atheniensium aquae hauriendae causa ad fontem, cui Enneacruenos nomen, egredi consuessent; quandoquidem per id tempus nec Atheniensibus nec aliis Graecis servi fuissent; Pelasgos, quoties Atticae puellae ad fontem venissent, per contumeliam contemptumque vim eis intulisse; (5) et ne hoc quidem habuisse satis, sed postremo etiam ipso facto deprehensus fuisse de invadendis Athenis consilia agitantes. Sese autem tanto meliores homines, quam illos, fuisse; quod, quum interficere Pelasgos fas sibi fuisset, quippe quos insidiantes sibi deprehendiissent, noluisse id facere; tantum edixissent eis, ut terra egredierentur. Atque illos, Attica ita egressos, quum alia loca, tum vero et Lemnum occupasse. Ista igitur Hecataeus scripsit, haec vero Athenienses memorant.

CXXXVIII. Hi igitur Pelasgi, quum Lemnum incolerent, cupientes ulcisci Athenienses, et bene cognita habentes festa Atheniensium, comparatis quinquaginta remorum navibus, insidias struxere mulieribus Atticis, Braurone festum Dianae celebrantibus: earumque complures, vi raptas, Lemnum duxere, et pellicum loco habuere. (2) Quae postquam liberos pepererunt, Atticum sermonem moresque Atticos docuere pueros. Hi vero deinde nec consuescere cum pueris ex Pelasgis mulieribus natis voluerunt, et, quoties eorum aliquis ab istis pulsabatur, omnes huic suppetias veniebant, et sibi mutuo

ἐβούθεόν τε πάντες καὶ ἐτιμώρεον ἀλλήλοισι· καὶ δὴ καὶ ἄρχειν τε τῶν παίδων οἱ παῖδες ἐδικαίευν καὶ πολλὸν ἐπεκράτεον. (3) Μαθόντες δὲ ταῦτα οἱ Πελασγοὶ ἐωυτοῖσι λόγους ἐδίδονσαν· καὶ σφίσι βουλευμένοισι δεινὸν τι ἐσέδυνε, εἰ δὴ διαγινώσκουσιν σφίσι τε βωθῆειν οἱ παῖδες πρὸς τῶν κουριδίων γυναικῶν τοὺς παῖδας καὶ τούτων αὐτίκα ἄρχειν πειρώατο, τί δὴ ἀνδρωθέντες δῆθεν ποιήσουσι. (4) Ἐνθαῦτα ἔδοξε σφι κτείνειν τοὺς παῖδας τοὺς ἐκ τῶν Ἀττικῶν γυναικῶν. Ποιεῦσι δὴ ταῦτα, προσαπολλύσι δὲ σφῶν καὶ τὰς μητέρας. Ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ ἔργου καὶ τοῦ προτέρου τούτων, τὸ ἐργάσαντο αἱ γυναῖκες τοὺς ἅμα Θόαντι ἄνδρας σφετέρους ἀποκτείνασαι, νενόμισται ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα τὰ σχέτλια ἔργα πάντα Λήμνια καλέεσθαι.

CXXXIX. Ἀποκτείνανσι δὲ τοῖσι Πελασγοῖσι τοὺς σφετέρους παῖδας τε καὶ γυναῖκας οὔτε γῇ καρπὸν ἔφερε οὔτε γυναικῆς τε καὶ ποιῆμιναι ὁμοίως ἐτίκτον καὶ πρὸ τοῦ. (2) Πιεζόμενοι δὲ λιμῶν τε καὶ ἀπαιδίῃ ἐς Δελφοὺς ἔπειμπον, λύσιν τινὰ αἰτησόμενοι τῶν παρεόντων κακῶν. Ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἐκέλευε Ἀθηναίοισι δίκας διδόναι ταύτας τὰς ἂν αὐτοὶ Ἀθηναῖοι δικάσωσι. (3) Ἦλθον τε δὴ ἐς τὰς Ἀθήνας οἱ Πελασγοὶ, καὶ δίκας ἐπηγγέλλοντο βουλόμενοι διδόναι παντὸς τοῦ ἀδικήματος. (4) Ἀθηναῖοι δὲ ἐν τῷ πρυτανεῷ κλίνῃ στρώσαντες ὡς εἶχον κάλλιστα, καὶ τράπεζαν ἐπιπλήην ἀγαθῶν πάντων παραθέντες, ἐκέλευον τοὺς Πελασγοὺς τὴν χώρην σφίσι παραδιδόναι οὕτω ἔχουσιν. (5) Οἱ δὲ Πελασγοὶ ὑπολαβόντες εἶπαν, « ἐπεὶ ἂν βορέῃ ἀνέμῳ αὐτῆμερὸν νηὺς ἐξάνυσῃ ἐκ τῆς ὑμετέρης ἐς τὴν ἡμετέραν, τότε παραδώσομεν. » Τοῦτο εἶπαν ἐπιστάμενοι τοῦτο εἶναι ἀδύνατον γενέσθαι· ἡ γὰρ Ἀττικὴ πρὸς νότον κείται πολλὸν τῆς Λήμνου.

CXL. Τότε μὲν τσαῦτα· ἔπειτα δὲ κάρτα πολλοῖσι ὑστερον τούτων, ὡς ἡ Χερσόνησος ἡ ἐν Ἑλλησπόντῳ ἐγένετο ὑπ' Ἀθηναίοισι, Μιλτιάδης δὲ Κίμωνος ἐτησίῃ ἀνέμων κατεστηκότων νηὶ κατανύσας ἐξ Ἑλαιοῦντος τοῦ ἐν Χερσονήσῳ ἐς Λῆμνον προηγόρευε εἰέναι ἐκ τῆς νήσου τοῖσι Πελασγοῖσι, ἀναμινύσκων σφέας τὸ χρηστῆριον, τὸ οὐδαμὰ ἧλπισαν σφίσι οἱ Πελασγοὶ ἐπιτελέεσθαι. (2) Ἡφαιστιεῖς μὲν νυν ἐπείθοντο, Μυριναῖοι δὲ οὐ συγγινώσκόμενοι εἶναι τὴν Χερσόνησον Ἀττικὴν ἐπολιορκέοντο, ἐς δὲ καὶ αὐτοὶ παρέστησαν. Οὕτω δὴ τὴν Λῆμνον ἔσχον Ἀθηναῖοι τε καὶ Μιλτιάδης.

ferebant opem: atque etiam dominari in illos hi pueri in animum induxerant, multoque alteris praevalabant. (3) Quod ubi Pelasgi intellexere, non negligendam eam rem putarunt; deliberantesque incessit metus, quidnam facturi hi pueri essent quando adulti forent, qui jam nunc constitutum habeant sibi invicem praesto esse contra legitimarum uxorum pueros, atque his velint dominari. (4) Itaque interficere decreverunt pueros ex Atticis mulieribus natos: idque etiam fecere, simulque cum his matres eorundem occiderunt. Atque ab hoc facinore, et ab eo quod olim mulieres Lemniae patraverant, Thoantis tempore maritos suos occidentes, usu receptum per universam Graeciam est, ut nefaria facinora Lemnia adpellentur.

CXXXIX. Postquam pueros uxoresque Pelasgi interfecerant, nec terra illis fructum edebat, neque uxores et greges pepererunt ut antea. (2) Itaque et fame pressi et orbitate, Delphos miserunt, levamen aliquod precantes malorum quae ipsos premebant. Tum Pythia jussit eos satisfactionem dare Atheniensibus quamcumque illi postulasent: (3) et Athenas Pelasgi venere, nunciantes se satisfacturos esse pro omni injuria. (4) Athenienses vero, strato lecto in prytaneo, quam pulcerime potuerant, et adposita mensa bonis rebus omnibus repleta, Pelasgos jusserunt terram suam ipsis tradere ita comparatam. (5) Quibus Pelasgi responderunt: « Tunc vobis eam trademus, quum vento borea navis e vestra terra eodem die in nostram pervenerit. » Hoc dixere, putantes nulla ratione fieri id posse. Attica enim terra procul a Lemno meridiem versus sita est.

CXL. Et tunc quidem haec hactenus acta erant. Bene multis vero post annis, quum Chersonesus ad Hellespontum in ditione esset Atheniensium, Miltiades Cimonis filius flantibus etesiis ventis navi ex Elaeunte Chersonesi Lemnum profectus, Pelasgis edixit, ut insula excederent; in memoriam eis revocans oraculum, quod numquam impletum iri sibi persuaserant. (2) Et Hephæstienses quidem paruerunt imperio: Myrinæi vero, Chersonesum negantes esse Atticam, oppugnabantur, donec et ipsi in ditionem venerunt. Atque ita Lemnum tenuere Athenienses et Miltiades.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΕΒΔΟΜΗ.

(POLYMNIA.)

I. Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀγγελίη ἀπῆκετο περὶ τῆς μάχης τῆς ἐν Μαραθῶνι γενομένης παρὰ βασιλέα Δαρείου τὸν Ὑστάσπεος καὶ πρὶν μεγάλως χειραραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι διὰ τὴν ἐς Σάρδεις ἐσβολὴν, καὶ δὴ καὶ τότε πολλῷ τε δεινότερα ἐποίησε καὶ μᾶλλον ὥρμητο στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. (2) Καὶ αὐτίκα μὲν ἐπηγ-
10 γέλλετο πέμπων ἀγγέλους κατὰ πόλιν ἐτοιμάζειν στρατιήν, πολλῷ πλέω ἐπιτάσας ἑκάστοισι ἢ πρότερον παρῆγον, καὶ νέας τε καὶ ἵππους καὶ σῖτον. (3) Τούτων δὲ περιαγγελλομένων ἡ Ἀσίη ἐδονέετο ἐπὶ τρία ἔτη, καταλεγομένων τε τῶν ἀρίστων ὡς ἐπὶ τὴν Ἑλ-
15 λάδα στρατευσομένων καὶ παρασκευαζομένων. (4) Τετάρτῳ δὲ ἔτει Αἰγύπτιοι ὑπὸ Καμβύσεω δουλωθέντες ἀπέστησαν ἀπὸ Περσέων. Ἐνθαῦτα δὴ καὶ μᾶλλον ὥρμητο καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους στρατεύεσθαι.

II. Στελλομένου δὲ Δαρείου ἐπ' Αἰγύπτου καὶ
20 Ἀθῆνας, τῶν παίδων αὐτοῦ στάσις ἐγένετο μεγάλη περὶ τῆς ἡγεμονίας, ὡς δεῖ μὲν ἀποδέξαντα βασιλέα κατὰ τὸν Περσέων νόμον οὕτω στρατεύεσθαι. (2) Ἔσαν γὰρ Δαρείῳ καὶ πρότερον ἢ βασιλεῦσαι γενο-
25 ῶντες τρεῖς παῖδες ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς, Γωδρύεω θυγάτρῳ, καὶ βασιλεύσαντι ἐξ Ἀτόσσης τῆς Κύρου ἕτεροι τέσσαρες. Τῶν μὲν δὴ προτέρων ἐπρέσβευε Ἀρτοβαζάνης, τῶν δὲ ἐπιγεγονότων Ξέρξης. (3) Ἐόντες δὲ μητρὸς οὐ τῆς αὐτῆς ἐστασίαζον, ὁ μὲν Ἀρτοβαζάνης κατ' ὃ τὴν πρεσβυτάτος τε εἴη πάντων τοῦ
30 γόνου καὶ ὅτι νομιζόμενα εἴη πρὸς πάντων ἀνθρώπων τὸν πρεσβυτάτον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, Ξέρξης δὲ ὡς Ἀτόσσης τε παῖς εἴη τῆς Κύρου θυγάτρῳ καὶ ὅτι Κύρος εἴη ὁ κτησάμενος τοῖσι Πέρσῃσι τὴν ἐλευθερίην.

III. Δαρείου δὲ οὐκ ἀποδεικνυμένου καὶ γνώμην,
35 ἐτύγχανε κατὰ τοῦτο τοῖσι καὶ Δημάρτος ὁ Ἀρίστωνος ἀναβηθῆκός ἐς Σοῦσα, ἐστέρημένος τε τῆς ἐν Σπάρτῃ βασιλείης καὶ φυγὴν ἐπιβαλὼν ἐωυτῷ ἐκ Λακεδαιμόνας. (2) Οὗτος ὢν ἡρ πυθόμενος τῶν Δαρείου παιδῶν τὴν διαφορὴν, ἔλθων, ὡς ἡ φάσις μιν
40 εἶναι, Ξέρξῃ συνεβούλευε λέγειν πρὸς τοῖς ἔλεγε ἔπει, ὡς αὐτὸς μὲν γένοιτο Δαρείῳ ἤδη βασιλεύοντι καὶ ἔγοντι τὸ Περσέων κράτος, Ἀρτοβαζάνης δὲ ἐτι ἰδιώτῃ ἐόντι Δαρείῳ· οὐκ ὦν οὐτ' οἶκος εἴη οὔτε δίκαιον ἄλλον τινὰ τὸ γέρας ἔχειν πρὸ ἐωυτοῦ, ἐπεὶ γε καὶ ἐν Σπάρτῃ ἔφη
45 ὁ Δημάρτος ὑποτιθέμενος οὕτω νομίζεσθαι, ἣν οἱ μὲν προγεγονότες ἔωσι πρὶν ἢ τὸν πατέρα σφῶν βασιλεῦσαι, ὁ δὲ βασιλεύοντι ὀφίγοντες ἐπιγίγνηται, τοῦ ἐπιγε-
νομένου τὴν ἐκδεῖν τῆς βασιλείης γίνεσθαι. (3)

HERODOTI

HISTORIARUM LIBER SEPTIMUS.

(POLYMNIA.)

(505,006.)

I. Postquam pugnae nuncius ad Marathonem pugnatæ ad Darium Hystaspis est perlatus, quum jam antea Atheniensibus propter incursionem adversus Sardes vehementer iratus rex fuisset, nunc id, quod acciderat, multo etiam gravius tulit, multoque magis ad bellum Græciæ inferendum incensus est. (2) Ac statim quidem, missis per singulas civitates legatis, edixit ut exercitum compararent, (multo majorem numerum cuique civitati, atque antea contulerant, imperans,) et naves et equos et frumentum et minora navigia. (3) Quibus circummissis nunciis, commota per tres annos Asia est; dum, ut ad bellum adversus Græciam gerendum, conscribuntur fortissimi quique, et ad id bellum se comparant. (4) Quarto vero anno Egyptii, a Cambyse subacti, defecerunt a Persis: quo facto etiam magis ad arma utrisque inferenda concitatus est.

II. Dum vero ad expeditionem adversus Egyptum et Athenas se Darius comparabat, ortum est inter filios ipsius ingens de principatu contentio. Etenim ex lege Persarum debet rex, priusquam in bellum proficiscatur, successorem nominare regni. (2) Erant autem Dario, priusquam ad regnum promoveretur, tres filii nati ex priore uxore, Gobryæ filia; et, ex quo rex factus est, alii quatuor ex Atossæ, Cyri filia. Priorum nato maximus erat Artabazanes; posteriorum Xerxes. (3) Hi igitur, non eadem matre nati, de principatu inter se contendebant: Artabazanes dicitatus, se maximam natu esse omnium; et apud omnes populos receptum esse, ut filius nato maximus in regnum succedat patri: Xerxes vero, esse se filium Atossæ, Cyri filia: Cyrum autem adquisivisse Persis libertatem.

III. Sententiam suam Darius nondum aperuerat, quum forte per idem tempus Susa advenit Demaratus, Aristonis filius, qui postquam regno Spartanorum privatus est, voluntarium sibi ipse exsilium imposuerat. (2) Hic vir, cognito filiorum Darii dissidio, conveniens (ut quidem fama de eo fert) Xerxem, suasit ei, ut cæteris, quæ ille pro sua causa dicebat, hæc adderet: natum se esse Dario jam regnantem et Persarum tenenti imperium; Artabazanem vero, privato etiam tum patri: itaque nec conveniens nec justum esse, ut alius præ ipso istam accipiat dignitatem. Nam et Spartæ (et hoc illi Demaratus suggessit) hanc legem obtinere, si alii nati sint priusquam rex fuisset pater, alius autem post hos quidem, sed regnante patre, natus sit, ut hic post natus in regnum succedat. (3) Quo Demarati monito

Χρησαμένου δὲ Ξέρξῳ τῇ Δημαρήτου ὑποθήκῃ, γνούς δ' Δαρείος ὡς λέγοι δίκαια βασιλεῖα μιν ἀπέδεξε. Δοκέειν δ' ἐμοί, καὶ ἀνευ ταύτης τῆς ὑποθήκης ἐδασίλευσεν ἂν Ξέρξης· ἡ γὰρ Ἀτσοσα εἶχε τὸ πᾶν

κράτος.

IV. Ἀποδέξας δὲ βασιλεῖα Πέρσῃσι Δαρείος Ξέρξῃ ὄρμητο στρατεύεσθαι. Ἀλλὰ γὰρ μετὰ ταῦτά τε καὶ Αἰγύπτου ἀπόστασιν τῷ ὑστερῷ ἐτεῖ παρασκευαζόμενον συνήνεκε αὐτὸν Δαρείον, βασιλεύσαντα τὰ πάντα

ἔτεα ἔξ τε καὶ τριήκοντα, ἀποθανέειν, οὐδὲ οἱ ἐξεγένετο οὔτε τοὺς ἀπεστεῶτας Αἰγυπτίους οὔτε Ἀθηναίους τιμωρήσασθαι. Ἀποθανόντος δὲ Δαρείου ἡ βασιληΐη ἀνεγώρησε ἐς τὸν παῖδα τὸν ἐκείνου Ξέρξῃ.

V. Ὁ τοίνυν Ξέρξης ἐπὶ μὲν τὴν Ἑλλάδα οὐδαμῶς

πρόθυμος ἦν κατ' ἀρχὰς στρατεύεσθαι, ἐπὶ δὲ Αἰγύπτου ἐποιεῖτο τὴν στρατιῆς ἀγεῖν. (2) Παρών δὲ καὶ

δυνάμενος παρ' αὐτῷ μέγιστον Περσέων Μαρδόνιος ὁ

Γωθρύει, ὃς ἦν Ξέρξῃ μὲν ἀνεψιός, Δαρείου δὲ ἀδελ-

φῆς παῖς, τοιοῦτου λόγου εἶχετο, λέγων, « δέσποτα,

οὐκ οἰκός ἐστι Ἀθηναίους ἐργασαμένους πολλὰ ἥδη κακὰ

Πέρσας μὴ οὐ δοῦναι δίκας τῶν ἐποίησαν. (3) Ἀλλὰ

τὸ μὲν νῦν ταῦτα πρήσσοις τὰ περ ἐν χερσὶ ἔχεις· ἡμε-

ρώσας δὲ Αἰγύπτου τὴν ἐξυθρίσασαν στρατηλάτεις ἐπὶ

τὰς Ἀθήνας, ἵνα λόγος τὲ σε ἔχῃ πρὸς ἀνθρώπων ἀγα-

θὸς καὶ τις ὑστερον φυλάσσεται ἐπὶ γῇ τὴν σὴν στρα-

τεύεσθαι. » (4) Οὗτος μὲν οἱ ὁ λόγος ἦν τιμωρός, τοῦ-

του δὲ τοῦ λόγου παρενθήκην ποιεῖσκετο τήνδε, ὡς ἡ

Εὐρώπη περικαλλὴς χώρα, καὶ δένδρεα παντοῖα φέρει

τὰ ἥμερα, ἀρετὴν τε ἀκρῇ, βασιλεῖ τε μόνῳ θνητῶν

ἀξίη ἐκτίσθαι.

VI. Ταῦτα δὲ ἔλεγε ὅα νεωτέρων ἔργων ἐπιθυμη-

της ἔων καὶ θέλων αὐτὸς τῆς Ἑλλάδος ὑπαρχος εἶναι.

Χρόνῳ δὲ κατεργάσατό τε καὶ ἀνέπεισε Ξέρξῃ ὥστε

ποιεῖν ταῦτα· συνέλαβε γὰρ καὶ ἄλλα οἱ σύμματα

γενόμενα ἐς τὸ πείθεσθαι Ξέρξῃ. (2) Τοῦτο μὲν ἀπὸ

τῆς Θεσσαλίας παρὰ τῶν Ἀλευαδῶν ἀπικείμενοι ἀγγε-

λοι ἐπεκαλέοντο βασιλεῖα πάσαν προθυμίῃν παρεχόμε-

νοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα (οἱ δὲ Ἀλευάδαι οὗτοι ἔσαν Θεσ-

σαλῆς βασιλεῖς), τοῦτο δὲ Πεισιστρατιδῶν οἱ ἀναβε-

βηκότες ἐς Σοῦσα, τῶν τε αὐτῶν λόγων ἐχόμενοι τῶν

καὶ οἱ Ἀλευάδαι, καὶ δὴ τι πρὸς τούτοις ἐτι πλέον

προσωρέγοντό οἱ, ἔχοντες Ὀνομάκριτον ἄνδρα Ἀθη-

ναῖον χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τῶν Μου-

σαιῶν. (3) Ἀναβεδήκσαν γὰρ τὴν ἔλθῃν προκα-

ταλυσάμενοι· ἐξήλαθ' ἡ γὰρ ὑπ' Ἰππάρχου τοῦ Πεισι-

στράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηνῶν, ἐπ' αὐτοφῶρῳ

ἀλῶς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως ἐς τὰ Μουσαιῶν

χρησμὸν ὡς αἱ ἐπὶ Λήμνου ἐπικείμεναι νῆσοι ἀφανι-

ζοῖατο κατὰ τῆς θαλάσσης. (4) Διὸ ἐξήλασέ μιν ὁ

Ἰππάρχος, πρότερον χρωόμενος τὰ μάλιστα. Τότε δὲ

συναναβὰς ὅπως ἀπικοίτο ἐς ὅβιν τὴν βασιλεῖος, λεγόν-

των τῶν Πεισιστρατιδῶν περὶ αὐτοῦ σεμνοῦς λόγους,

κατέλεγε τὴν χρησμῶν· εἰ μὲν τι ἐνέοι σφάλμα φέρον

τῷ βῆρβάρῳ, τῶν μὲν ἔλεγε οὐδὲν, ὁ δὲ τὰ εὐτυχέστατα

quum Xerxes uteretur, agnoscens Darius aequa illum dicere, regem illum nominavit. Videtur autem mihi Xerxes etiam absque hoc monito regnum fuisse adepturus; nam omnia apud Dariū poterat Atossa.

IV. Darius, postquam regem Persarum nominaverat Xerxem, jam in eo erat ut belli faceret initium. At enim, proximo ab his rebus et ab Ægypti defectione anno accidit, ut idem Darius in medio belli adparatu e vita discederet, postquam annos omnino regnasset sex et triginta: neque ei contigit aut de rebellantibus Ægyptiis aut de Atheniensibus sumere pœnam. Mortuo igitur Dario, regnum rediit ad Xerxem, Darii filium.

V. Xerxes ad bellum quidem Græciæ inferendum initio neutiquam inclinabat; sed contra Ægyptum copias contraxit. (2) Quem conveniens Mardonius Gobryæ filius, consobrinus Xerxis, Darii ex sôre nepos, qui apud ipsum plurimum omnium Persarum valebat auctoritate, talem exorsus est sermonem: « Domine, æquum non est, ut Athenienses, qui multis jam malis Persas adfecerunt, non dent pœnas factorum. (3) At nunc quidem tu peragas hæc, quæ in manibus habes: domita vero Ægypti insolentia, adversus Athenas duc exercitum; quo et bonam famam adquiras apud homines, et posthac caveat quisque tuæ terræ arma inferre. » (4) Et hæc quidem oratio ad exigendam pœnam pertinebat; sed medio sermoni alium interserebat huijssmodi: Europam terram esse pulcerrimam, arborum omnis generis frugiferarum feracem, summæ bonitatis, et dignam quæ præ mortalibus omnibus a solo Rege possideatur.

VI. Hæc ille dicebat, quod novarum rerum cupidus esset, et Græciæ vellet ipse esse præfectus. Procedente vero tempore id quod voluerat confecit, et Xerxi, ut rem adgrederetur, persuasit: accesserant enim alia quoque adiumenta, quæ ad permovendum Xerxem valebant. (2) Partim enim e Thessalia advenerant ab Aleuadis legati, invitantes regem ut adversus Græciam duceret, et promptissimam ei operam pollicentes. Erant autem hi Aleuadæ, Thessaliæ reges. Partim vero Pisistratidæ, Susa profecti, non modo eisdem utebantur sermonibus quibus Aleuadæ, sed præterea aliquanto magis instabant regi eo, quod Onomacritum secum haberent Atheniensem, fatidicum virum, qui etiam Musæi vaticinia digessit. (3) Adscenderant hi autem, in gratiam cum illo reversi: nam Atheniens pulsus Onomacritus fuerat ab Hipparcho, Pisistrati filio, eo quod deprehensus a Laso Hermioniensi erat, quum Musæi vaticiniis hoc insereret, extinctum iri insulas Lemnum versu sitas, mari hauriendas. (4) Hanc ob causam in exilium eum miserat Hipparchus, quum eodem antea familiarissime usus fuisset. Nunc ille simul Susa profectus, quoties in regis venit conspectum, multa de eo honorifice prædicantibus Pisistratidibus, recitabat regi partem vaticiniorum; ita quidem, ut si quod inesset quod cladem prædiceret barbaro, illud silentio præteriret; ea vero sola

ἐκλεγόμενος ἔλαγε τὸν τε Ἑλλήσποντον ὡς ζευθῆναι
 χρεὼν εἴη ὑπ' ἀνδρὸς Πέρσῃ, τὴν τε ἔλασιν ἐξηγεό-
 μενος. (6) Οὗτος τε δὴ χρησιμώδεον προσεφέρετο, καὶ
 οἱ τε Πεισιστρατίδαι καὶ οἱ Ἀλευαδαὶ γνώμας ἀποδει-
 5 κνύμενοι.

VII. Ὡς δὲ ἀνεγνώσθη Ξέρξης στρατεύεσθαι ἐπὶ
 τὴν Ἑλλάδα, ἐνθαῦτα δευτέρῳ μὲν ἔτει μετὰ τὸν θά-
 νατον τὸν Δαρείου πρῶτα στρατὴν ποιεῖται ἐπὶ τοὺς
 ἀπεστεῶτας. (2) Τούτους μὲν νυν καταστρεφάμενος,
 10 καὶ Αἴγυπτον πᾶσαν πολλὸν δουλοτέρην ποιήσας ἢ ἐπὶ
 Δαρείου ἦν, ἐπιτράπει Ἀχαιμένει ἀδελφεῷ μὲν ἑωυτοῦ,
 Δαρείου δὲ παιδί. Ἀχαιμένεα μὲν νυν ἐπιτροπεύοντα
 Αἰγύπτου χρόνῳ μετέπειτεν ἐρόνευσε Ἰνάρωος δὲ Ψαμ-
 μιτίχου ἀνὴρ Αἴδους.

VIII. Ξέρξης δὲ μετ' Αἰγύπτου ἔλυσιν ὡς ἐμελλε
 εἰς χεῖρας ἄρξασθαι τὸ στράτευμα τὸ ἐπὶ τὰς Ἀθήνας,
 σύλλογον ἐπὶ κλητὸν Περσέων τῶν ἀρίστων ἐποιεῖτο,
 ἵνα γνώμας τε πύθηται σφείων καὶ αὐτὸς ἐν πᾶσι εἴπῃ
 τὰ ἐθέλει. (1) Ὡς δὲ συνέλεχθησαν, εἰσε Ξέρξης τάδε,
 20 « ἄνδρες Πέρσαι, οὗτ' αὐτὸς κατηγήσομαι νόμον τόνδε
 ἐν ὑμῖν τιθεῖς, παραδεξιμένους τε αὐτῷ χρῆσθαι. (2)
 Ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν πρεσβυτέρων, οὐδαμὰ
 καὶ ἡτρησάμεν, ἐπεὶτε παρελθόμεν τὴν ἡγεμονίην
 ἤνδε παρὰ Μήδων, Κύρου κατελόντος Ἀστυάγεα.
 25 ἀλλὰ θεὸς τε οὕτω ἄγει, καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν πολλὰ ἐπέ-
 πουσι συμφέρεται ἐπὶ τὸ ἀμεινόν. (3) Τὰ μὲν νυν
 Κύρος τε καὶ Καμβύσης πατὴρ τε δ' ἐμὸς Δαρεῖος κα-
 τεργάσαντο καὶ προσεκτῆσαντο ἔθνεα, ἐπισταμένοισι
 εὖ οὐκ ἂν τις λέγοι. (4) Ἐγὼ δὲ ἐπεῖτε παρέλθοι
 30 τὸν θρόνον, τοῦτο ἐφρόντιζον ὅπως μὴ λείβομαι τῶν
 πρότερον γενομένων ἐν τιμῇ τῇδε μὴδὲ ἐλάσσω προ-
 σκτῆσομαι δύναμιν Πέρσας· φροντίζων δὲ εὐρίσκω
 ἅμα μὲν κῆδος ἡμῖν προσγινόμενον χώρην τε τῆς νῦν
 ἐκτῆμεθα οὐκ ἐλάσσονα οὐδὲ φλαυροτέρην, παμφορο-
 35 τέρην δὲ, ἅμα δὲ τιμωρίην τε καὶ τίσιν γινομένην. (5)
 Διὸ ὑμέας νῦν ἐγὼ συνέλεξα, ἵνα τὸ νοέω πρήσσειν
 ὑπερβῆμαι ὑμῖν. (II.) Μᾶλλον ζεύξας τὸν Ἑλλήσπον-
 τον ἑλᾶν στρατὸν διὰ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα,
 ἵνα Ἀθηναίους τιμωρήσωμαι, ὅσα δὴ πεποιήκασι Πέρ-
 40 σας τε καὶ πατέρα τὸν ἐμόν. (6) Ὡρᾷτε μὲν νυν καὶ
 Δαρεῖον ἰδύοντα στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας τούτους.
 Ἄλλ' ὁ μὲν τετελεύτηκε, καὶ οὐκ ἐξεγένετο οἱ τιμω-
 ρήσασθαι· ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τε ἐκείνου καὶ τῶν ἄλλων Περ-
 σέων οὐ πρότερον παύσομαι πρὶν ἢ ἔλω τε καὶ πυρῶσω
 45 τὰς Ἀθήνας, οἳ γε ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμόν ὑπῆρξαν
 ἄδικα ποιεῦντες. (7) Πρῶτα μὲν ἐς Σάρδεις ἐλθόντες
 ἅμα Ἀρισταγόρῃ τῷ Μιλήσιῳ, δούλῳ δὲ ἡμετέρῳ,
 ἀπικόμενοι ἐνέπηρσαν τὰ τε ἄλσεα καὶ τὰ ἱρά· δεύτερα
 δὲ ἡμέας οἱ ἔρξαν ἐς τὴν σφετέρην ἀποδόντας, ὅτε
 50 Ἀἰατὶς τε καὶ Ἀρταφέρνης ἐστρατήγεον, τὰ ἐπίστασθέ
 κου πάντες. (III.) Τούτων μέντοι εἵνεκεν ἀνάρτηται
 ἐπ' αὐτοὺς στρατεύεσθαι, ἀγαθὰ δὲ ἐν αὐτοῖσι τὸσάδε
 ἀνευρίσκω λογιζόμενος· εἰ τούτους τε καὶ τοὺς τούτοις
 πλησιοχώρους καταστρεφόμεθα, οἱ Πέλοπος τοῦ Φρυ-

seligeret, quæ res faustissimas nunciarent; in his illa ma-
 xime enarrans, de Hellesponto per virum Persam jungendu,
 et de expeditione in Graciam suscipienda. (5) Sic igitur
 ille vaticiniis agebat cum rege; Pisistratidæ vero et Aleua-
 dæ sententias suas exponendo.

VII. Postquam persuasus est Xerxes arma Græciæ in-
 ferre, tum vero, altero ab obitu Darii anno, primum ad-
 versus rebelles duxit exercitum. (2) Quibus domitis, Æ-
 gyptum, graviozem in servitutem redactam, quam in qua
 sub Dario fuerat, Achæmeni tradidit administrandam, fra-
 tri suo, Darii filio. Eundem vero Achæmenem, Ægypti
 præfectum, interjecto tempore interfecit Inaros, vir Afer,
 Psammitichi filius.

VIII. Pacala Ægypto, Xerxes, quum in eo esset ut exer-
 citum moderaretur adversus Athenas ducendum, conven-
 tum convocavit primariorum Persarum, sententias illorum
 sciscitaturus, et in medio omnium ipse, quæ vellet, expo-
 siturus. (1.) Qui ut convenere, hæc apud eos verba rex
 fecit: « Viri Persæ, non ego primus hunc apud vos morem
 introduco, sed utar a majoribus accepto. (2) Ut enim a
 majoribus natu audio, nunquam adhuc otiosi sedimus, ex
 quo hoc imperium a Medis in nos translatum est, post-
 quam Astyagem Cyrus devicit; sed deus ita nos ducit, et
 nobis, ductum ejus sequentibus, multa prospere cedunt.
 (3) Jam Cyri quidem et Cambysis et patris mei Darii res
 gestas, et quos illi populos Persis adquisiverint, quid opus
 est ut apud bene gnaros commemorem? (4) Ego vero, ex
 quo hanc sedem accepi, in hoc meam curam intendo, ne his,
 qui ante me in hac dignitate fuere, sim inferior, neque mi-
 norem Persis potentiam adquiram. Atque hoc ipsum dum
 curo, reperio viam et gloria nos augendi, et terra non mi-
 nore nec deteriore quam hæc, quam possidemus, imo fera-
 cior, simul vero etiam ultionem et pœnas sumendi de his
 qui eas commuerunt. (5) Itaque vos hodie convocavi,
 ut, quæ agere constitui, vobiscum communicem. (II.)
 Ponte juncturus sum Hellespontum, et exercitum per Eu-
 ropam ducturus in Græciam, quo ab Atheniensibus pœnas
 repelam malorum omnium, quibus Persas et patrem
 meum adfecerunt. (6) Vidistis jam Darium quoque ex-
 peditionem parare adversus hos homines. At ille e vita
 excessit, neque ei contigit capere pœnas: ego vero, illius
 causæ reliquorumque Persarum, non prius sum quie-
 turus, quam Athenas subactas igne cremavero; hos homi-
 nes, qui priores me patremque meum injuriis lacerasse-
 runt; (7) primum quidem, incursione Sardes facta cum
 Aristagora Milesio, servo nostro, et sacris lucis templisque
 crematis: deinde vero, qualia sunt, quibus nos accepe-
 runt, quum Dati et Artapherne ducibus terram illorum su-
 mus ingressi! quæ satis nostis omnes. (III.) Igitur his
 quidem de causis bellum illis inferre constitui. Simul
CXIII. Ὑπεροικέοντας δὲ τὸ Πάγγαιον πρὸς βορέῳ ἀνέμου Παίονας Δόδονράς τε καὶ Παιόπλας παρ- 45 ρεζίων ἦϊε πρὸς ἐσπέρην, ἐς δ' ἀπῖκετο ἐπὶ ποταμὸν τε Στρυμόνα καὶ πόλιν Ἡϊόναν, τῆς ἔτι ζωὸς ἐὼν ἤρχε Βόγης τοῦ περ ὀλίγου πρότερον τούτων λόγον ἐποιού- 50 μιν. (2) Ἡ δὲ γῆ αὕτῃ ἡ περὶ τὸ Πάγγαιον οὐρος καλεῖται Φυλλίς, κατατείνουσα τὰ μὲν πρὸς ἐσπέρην ἐπὶ ποταμὸν Ἀγγίτην ἐκδιόδοντα ἐς τὸν Στρυμόνα, τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην τείνουσα ἐς αὐτὸν τὸν Στρυμόνα, ἐς τὸν οἱ μάγοι ἐκαλλίρεοντο σφάζοντες ἵππους λευκοῦς.

Vocabatur autem olim hæc regio Gallaica, nunc vero Brianti- ca : at est etiam hæc, verum si quæris, Ciconum.

CIX. Trajecto Lissi fluvii alveo exsiccato, præter Græcas hasce civitates duxit, Maroneam, Dicæam, Abdera. Præter has, inquam, iter fecit, et præter claros lacus circa illas sitos hosce : Ismaridem lacum, qui est inter Maroneam et Strymen; tum, prope Dicæam, Bistonidem lacum, in quem duo fluvii aquam infundunt, Trauus et Compsatus. (2) Circa Abdera præter lacum quidem notabilem nullum Xerxes præterit; Nestum vero fluvium trajecit, qui ibi in mare influit. Post has regiones ulterius progrediens, præterit continentis oppida : quorum ad unum est lacus triginta fere stadiorum in circuitu, piscosus, et saluus admodum. Hunc lacum sola jumenta potando arefecerunt : nomen oppido illi est Pistyrus. Omnia vero ista oppida maritima et Græcanica a sinistra relinquens præterit.

CX. Populi autem Thracici, quorum per fines agmen Xerxes duxit, hi sunt : Pæti, Cicones, Bistones, Sapæi, Dersæi, Edoni, Satræ. Ex his qui ad mare habitant, navibus regem secuti sunt; qui mediterranea incolunt, quos recensui, exceptis Satris, reliqui omnes pedibus sequi coacti sunt.

CXI. Satræ vero nullius umquam hominis imperio, quod equidem noverim, fuerunt subjecti : sed soli ex Thracibus ad meam usque ætatem liberi semper permanserunt. Incolunt enim præaltos montes, nemoribus omnis generis et nive obtectos, suntque bello inprimis strenui. Hi sunt, qui Bacchi oraculum possident. (2) Oraculum hoc in altissimis montibus situm est; et Bessi sunt qui apud Satras in hoc templo oracula interpretantur; oracula autem sacerdos mulier edit, sicuti Delphis, neque illa magis perplexa.

CXII. Regionem quam dixi emensus Xerxes, deinde præter Pierum castella transiit, quorum uni Phagres nomen est, alii Pergamus. Et hac quidem iter juxta ipsa castella fecit, a dextra Pangæum relinquens, vastum montem et præaltum; in quo et auri et argenti insunt metalla, quæ partim a Pieribus, partim ab Odomantis, maxime vero a Satris exercentur.

CXIII. Postquam per populos a septentrione Pangæi habitantes, per Pæones, Doberes et Pæoplas transiit, versus occidentem vertit, donec ad fluvium Strymonem pervenit, et ad Eionem urbem; cui tunc adhuc vivus præfectus erat Boges, cujus paulo ante hæc feci mentionem. (2) Terra hæc circa Pangæum montem Phyllis vocatur; quæ, occidentem versus, ad fluvium Angiten pertinet, qui in Strymonem influit; versus meridiem vero ad ipsum Strymonem, cui sacra fecerunt Magi, mactatis in eum equis albis.

CXIV. Φαρμακεύσαντες δὲ ταῦτα ἐς τὸν ποταμὸν καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τούτοις ἐν Ἑννέα ὁδοῖσι τῆσι Ἰδωνῶν ἐπορεύοντο κατὰ τὰς γεφυράς, τὸν Στρυμόνα εὐρόντες ἐξευγμένον. (2) Ἑννέα δὲ ὁδοὺς πυνθανόμενοι τὸν γῶρον τοῦτον καλεῖσθαι, τοσούτους ἐν αὐτῷ παῖδας τε καὶ παρθένους ἀνδρῶν τῶν ἐπιγυρίων ζώνοντας κατώρυσσον. (3) Περσικὸν δὲ τὸ ζώνοντας κατορύσσειν, ἐπεὶ καὶ Ἀμπεστριν τὴν Ἑέρξῃ γυναῖκα πυνθάνομαι γηράσασαν δις ἐπτά Περσέων παιδας ἐόντων ἐπιφανέων ἀνδρῶν ὑπὲρ ἐωυτῆς τῇ ὑπὸ γῆν λεγομένῃ εἶναι θεῶν ἀντιχαρίζεσθαι κατορύσσουσιν.

CXV. Ὡς δὲ ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ἐπορεύετο ὁ στρατός, ἐνθαῦτα πρὸς ἡλίου δυσμέων ἐστὶ αἰγιάδος ἐν τῇ εἰκημένῃ Ἀργίλῳ πόλιν Ἑλλάδα παρεξήιε· αὕτη δὲ καὶ ἡ κατ' ὕπερθε ταύτης καλεῖται Βισαλτίη. (2) Ἐνθαῦτεν δὲ κόλπον τὸν ἐπὶ Ποσιδητίῳ ἐξ ἀριστερῆς χερὸς ἔχων ἦε διὰ Συλῆος πεδίου καλυμμένου, Στάγειρον πόλιν Ἑλλάδα παραμειδόμενος καὶ ἀπῆκετο ἐς Ἀκανθὸν, ἅμα ἀγόμενος τούτων ἕκαστον τῶν ἐθνέων καὶ τῶν περὶ τὸ Πάργαιον οὖρος οἰκούντων, ὁμοίως καὶ τῶν πρότερον κατέλεξε, τοὺς μὲν παρὰ θάλασσαν ἔχων οἰκισμένους ἐν νηυσὶ στρατευομένους, τοὺς δ' ὑπὲρ θαλάσσης περὶ ἐπομένους. (3) Τὴν δὲ ὁδὸν ταύτην, τῇ βασιλεὺς Ἑέρξης τὸν στρατὸν ἤλασε, οὔτε συγγένοι οὐδ' Ὀρήϊκες οὐτ' ἐπισπείρουσι, σέβονταί τε μεγάλας τὸ μέχρι ἐμεῦ.

CXVI. Ὡς δὲ ἄρα ἐς τὴν Ἀκανθὸν ἀπῆκετο, ξεινίην τε ὁ Ἑέρξης τοῖσι Ἀκανθόισι προεῖπε καὶ ἐδωρήσατό σφας ἐσθῆτι Μηδικῇ ἐπαίνεσε τε, ὁρῶν αὐτοὺς προθύμους ἐόντας ἐς τὸν πόλεμον, καὶ τὸ ὄρυγμα ἀκούων.

CXVII. Ἐν Ἀκάνθῳ δὲ ἐόντος Ἑέρξεω συνήνεκε ὑπὸ νόσου ἀποθανέειν τὸν ἐπεστέωτα τῆς διώρυχος Ἀρταγαίην, δοκιμὸν ἐόντα παρὰ Ἑέρξῃ καὶ γένος Ἀχαιμενίδην, μεγάλῃ τε μέγιστον ἐόντα Περσέων (ἀπὸ γὰρ πέντε πηγέων βασιλείων ἀπέλειπε τέσσαρας δακτύλους) φωνεόντά τε μέγιστον ἀνθρώπων, (2) ὥστε Ἑέρξεα συμφορὴν ποιησάμενον μεγάλῃν ἐξενεῖκαί τε αὐτὸν κάλλιστα καὶ θάψαι· ἐτυμβοχόρῃ δὲ πᾶσα ἡ στρατιή. Τούτῳ δὲ τῷ Ἀρταγαίῃ θύουσι Ἀκάνθιοι ἐκ θεοπροπίου ὡς ἥρωϊ, ἐπουνομάζοντες τὸ οὐνομα. Βασιλεὺς μὲν δὴ Ἑέρξης ἀπολομένου Ἀρταγαίῃ ἐποιέετο συμφορὴν.

CXVIII. Οἱ δὲ ὑποδεχόμενοι Ἑλλήνων τὴν στρατιὴν καὶ δειπνίζοντες Ἑέρξεα ἐς πᾶν κακοῦ ἀπῆκατο, οὕτως ὥστε ἀνάστατοι ἐκ τῶν οἰκίων ἐγίνοντο, ὅκου γε Θεασίοις ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἡμετέρῃ πόλει τῶν σφετέρων δεξαμένοις τὴν Ἑέρξῃ στρατιὴν καὶ δειπνίσασιν Ἀντίπατρος ὁ Ὀργίος ἀραιρημένος, τῶν ἀστῶν ἀνὴρ δοκίμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα, ἀπέδεξε ἐς τὸ δειπνῶν τετρακόσια τάλαντα ἀργυρίου τετελεσμένα.

CXIX. Ὡς δὲ παραπλησίως καὶ ἐν τῇσι ἄλλῃσι πόλεσι οἱ ἐπεστέωτες ἀπεδείκνυσαν τὸν λόγον. Τὸ γὰρ δειπνῶν τοιόνδε τὴν ἐγένετο ὅλα ἐκ πολλοῦ χρόνου προειρημένον καὶ περὶ πολλοῦ ποιούμενον. (2) Τοῦτο

CXIV. Hisce et multis aliis incantamentis in fluvium peractis, in Novem Viis Edonorum per pontes fecerunt iter, quibus junctum Strymonem invenerunt. (2) Quem locum ubi audierunt Novem vias vocari, totidem ibi pueros ac virgines virorum indigenarum vivos defoderunt. (3) Persicus hic mos est, vivos defodere. Nam et Amestrin, Xerxis uxorem, audio, ætate provectam, his septem Persarum illustrium liberos defodi jussisse, deum qui sub terra esse dicitur ea defossione pro sua salute remanenturam.

CXV. Ut a Strymone profectus est exercitus, ibi verus occidentem est ora maris, in qua sitam urbem Græcam Argilon præterit. Regio hæc, et quæ supra est, Bissaltia vocatur. (2) Inde sinum, cui Neptuni templum imminet, a sinistra habens, postquam per Syleum qui vocatur campum transiit, et Stagirus præterit Græcam urbem, Acanthum pervenit; singulos horum populorum et eorum qui circa Pangæum incolunt, simul secum ducens, pariter atque illos quos supra commemoravi: quorum hi qui ad mare habitant, navibus ei militabant; qui vero supra mare, pedibus sequebatur. (3) Viam autem hanc, qua rex Xerxes exercitum duxit, nec confundunt Thracæ, nec conserunt, sed ad meam usque ætatem magnopere venerantur.

CXVI. Acanthum ut Xerxes pervenit, hospitium Acanthis edixit, et Medica veste eos donavit laudavitque, promptos videns ad bellum, cognitoque eorum circa fossam studio.

CXVII. Dum Acanthi versatur Xerxes, morbo mortuus est Artachæes, qui fossæ fuerat præfectus, probatus regi vir, genere Achæmenides, statura inter Persas cunctos eminens, quippe non nisi quatuor digitis brevior quinque cubitis regis, idemque omnium hominum vocalissimus. (2) Itaque ingenti luctu adfectus Xerxes magnifice illum extulit humavitque, et universus exercitus tumulo humum adgessit. Huic Artachæi ex oraculi effato sacra faciunt Acanthii, nomen ejus invocantes. Ita rex Xerxes obitum Artachæis luctu prosecutus est.

CXVIII. Græci vero ii, qui exercitum exceperunt, hospitiumque præbuere Xerxi, ad extremam redacti sunt miseriam, adeo ut suis etiam laribus fierent extorres. Quippe Thasiis quidem, quum nomine civitatum suarum, quæ in continente sunt, Xerxis exercitum hospitio et cæna exceperissent, Antipater Orgis filius ad id delectus, vir inter cives suos in primis probatus, demonstravit insumpta in cænam fuisse quadringenta argenti talenta.

CXIX. Similemque aliarum etiam civitatum principum rationem impensarum reddiderunt. Erat enim cæna, ut pote multo ante indicta, et magna cura adparata, hujus modi. (2) Simul atque præconum vocem audiverunt per

μὲν, ὡς ἐπύθοντο τάχιστα τῶν κηρύκων τῶν περιαγγελ-
 λόντων, δασάμενοι σίτον ἐν τῇσι πόλεσι οἱ ἄστοι ἀλευρά
 τε καὶ ἀλφίτα ἐποίουν πάντας ἐπὶ μῆνας συχνούς· τοῦτο
 δὲ κτήνεα σιτεύεσκον ἐξευρίσκοντες τιμῆς τὰ κάλλιστα,
 ἔτρεφον τε ὄρνιθας χειρσαίους καὶ λιμναίους ἐν τε οἰκή-
 μασι καὶ λάκκοις, ἐς ὑποδοχὰς τοῦ στρατοῦ· τοῦτο δὲ
 χρύσεά τε καὶ ἀργύρεα ποτήριά τε καὶ κρητῆρας
 ἐποιεῦντο, καὶ τὰλλα ὅσα ἐπὶ τράπεζαν τίθεται
 πάντα. (3) Ταῦτα μὲν αὐτῷ τε βασιλεῖ καὶ τοῖσι
 10 ὁμοσίοις μετ' ἐκείνου ἐπεποιήτο, τῇ δὲ ἄλλῃ στρα-
 τιῇ τὰ ἐς φορβὴν μούνα τασσόμενα. Ὅπως δὲ ἀπί-
 κοίτο ἡ στρατιῇ, σκηνὴ μὲν ἔσκε πεπηγυῖα ἐτοιμὴ ἐς
 τὴν αὐτὸς σταθμὸν ποίεσκετο Ξέρξης, ἡ δὲ ἄλλη στρα-
 τιῇ ἔσκε ὑπαίθριος. (4) Ὡς δὲ δειπνὸν γίνοιτο ὥρη,
 15 οἱ μὲν δεκόμενοι ἔχουσιν πόνον, οἱ δὲ ὅπως πλησθέντες
 νύκτα αὐτοῦ ἀγάγοιεν, τῇ ὑστεραίῃ τὴν τε σκηνὴν ἀνα-
 σπᾶσαντες καὶ τὰ ἐπιπλα πάντα λαβόντες οὕτω ἀπε-
 λύνεσκον, λείποντες οὐδὲν, ἀλλὰ φερόμενοι.

CXX. Ἐνθα δὲ Μεγακρέοντος ἀνδρὸς Ἀβδηρίτεω
 20 ἔπος εὖ εἰρημένον ἐγένετο, ὃς συνεβούλευσε Ἀβδηρί-
 τῃσι πανδημεῖ, αὐτοὺς καὶ γυναῖκας, ἔλθοντας ἐς
 τὰ σφέτερά ἱρὰ ἵεσθαι ἱκέτας τῶν θεῶν παραι-
 τεομένους καὶ τὸ λοιπὸν σπρὶ ἀπαμύνειν τῶν ἐπιόν-
 των κακῶν τὰ ἡμίσεα, τῶν τε παροισχυμένων ἔχειν σπρὶ
 25 μεγάλῃν χάριν, ὅτι βασιλεὺς Ξέρξης οὐ δις ἐκάστης
 ἡμέρης ἐνόμισε σίτον αἰρέεσθαι· παρέχειν γὰρ ἂν Ἀ-
 βδηρίτῃσι, εἰ καὶ ἄριστον προεῖρητο ὁμοῖα τῷ δειπνῷ
 παρασκευάζειν, ἡ μὲν ὑπομένειν Ξέρξεα ἐπιόντα ἡ κατα-
 μέιναντας κάκιστα πάντων ἀνθρώπων διατριβῆναι. Οἱ
 30 μὲν δὲ πιεζόμενοι δμοῖς τὸ ἐπιτασσόμενον ἐπετέλειον.

CXXI. Ξέρξης δὲ ἐκ τῆς Ἀκάνθου, ἐντειλάμενος
 τοῖσι στρατηγόισι τὸν ναυτικὸν στρατὸν ὑπομένειν
 ἐν Θέρμῃ, ἀπῆκε ἀπ' ἐωυτοῦ τὰς νέας πορεύεσθαι,
 Θέρμῃ δὲ τῇ ἐν τῷ Θερμαῖῳ κόλπῳ οἰκημένῃ, ἀπ' ἧς
 35 καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει· ταύτῃ γὰρ
 ἐπυνθάνετο συντομώτατον εἶναι. (3) Μέχρι μὲν γὰρ
 Ἀκάνθου ὥδε τεταγμένος ὁ στρατὸς ἐκ Δορίσκου τὴν
 ὁδὸν ἐποιέετο· τρεῖς μοῖρας ὁ Ξέρξης δασάμενος πάντα
 τὸν πεζόν, μίαν αὐτέων ἔταξε παρὰ θάλασσαν ἵεναι
 40 ὁμοῦ τῷ ναυτικῷ· ταύτης μὲν δὲ ἐστρατήγεον Μαρδόνιος
 τε καὶ Μασίστης· (3) ἐτέρῃ δὲ τεταγμένη ἦε τοῦ
 στρατοῦ τριτημορις τὴν μεσόγαιαν, τῆς ἐστρατήγεον
 Τριτανταίχμης τε καὶ Γέργης· ἡ δὲ τρίτῃ τῶν μοι-
 ρῶν, μετ' ἧς ἐπορεύετο αὐτὸς ὁ Ξέρξης, ἦε μὲν τὸ
 45 μέσον αὐτέων, στρατηγὸς δὲ παρείχετο Σμερδομένεα
 τε καὶ Μεγάβουον.

CXXII. Ὁ μὲν νυν ναυτικὸς στρατὸς ὡς ἀπείθη
 ὑπὸ Ξέρξει καὶ διεξέπλωσε τὴν διώρυχα τὴν ἐν τῷ
 Ἀθῷ γενομένην, διέχουσιν δὲ ἐς κόλπον ἐν τῷ Ἀσσα
 50 τε πόλιν καὶ Πίλωρος καὶ Σίγγος καὶ Σάρτη οἰκέσται,
 ἐνθεῦτεν, ὡς καὶ ἐκ τούτων τῶν πολλῶν στρατιῇν πα-
 ρέλαβε, ἐπλωσε ἀπείμενος ἐς τὸν Θερμαῖον κόλπον,
 (2) κάμπτων δὲ Ἀμπελον τὴν Τορωναιήν ἀκρὴν παρα-
 μέιβετο Ἑλληνίδας τάσδε πόλιν, ἐκ τῶν νέας τε καὶ

civitates adventum exercitus adnunciantium, partiti inter
 se oppidani frumentum quod in urbe erat, farinam triticeam
 et hordeaceam multos per menses conficiebant omnes; si-
 mulque pecora saginabant, pulcritudine et pretio exquisita,
 avesque tam terrestres quam palustres et domibus et in vi-
 variis alebant, quibus exciperent exercitum; denique aurea
 et argentea pocula crateresque et reliqua omnia quæ mensæ
 imponuntur, comparabant. (3) Et hæc quidem soli utique
 regi ejusque convivis comparabantur; reliquo vero exerci-
 tui sola cibaria imperata. Quando advenit exercitus, ta-
 bernaculum structum paratūque erat, quæ mansio esset
 ipsi Xerxi: reliquus exercitus sub dio agebat. (4) Ubi
 cænæ aderat hora, hi qui hospites recipiebant laboris abunde
 habebant: illi vero, postquam bene pasti noctem ibi trans-
 egerunt, postridie revulso tabernaculo, et ablatis quæcum-
 que moveri poterant, discedebant, nihil relinquentes, sed
 asportantes omnia.

CXX. Quam in partem commodè dictum memoratur
 Megacreontis, civis Abderitæ, qui suavitè Abderitis, ut ci-
 ves universi, mares atque feminæ, templa adirent sua,
 supplicesque precarentur a diis, ut posthac dimidium im-
 minentium malorum velint amoliri, et præteritorum causa
 gratias eisdem diis agerent, quod rex Xerxes non bis sin-
 gulis diebus cibum capere consueisset. Quodsi enim im-
 peratum Abderitis fuisset, prandium etiam similiter atque
 cænani parare, duorum alterutrum illis fuisse eligendum,
 aut non manere advenientem Xerxem, aut, si mansissent,
 omnium hominum pessime attritum iri. Isti igitur, quam-
 quam gravissime afflicti, tamen exsecuti sunt manda-
 tum.

CXXI. Acantho Xerxes classem a se dimisit, iter perse-
 qui jussam, mandato dato præfectis, ut navales copiæ ad
 Thermam sese opperirentur: ad illam dico Thermam,
 quæ Thermæo sinui imminet, qui ab illa etiam nomen inven-
 it: hac enim maxime compendiarium esse viam cogno-
 verat. (2) Quippe a Dorisco, usque Acanthum, in hunc
 modum ordinatus exercitus fecerat iter: terrestres omnes
 copias in tria agmina æquis fere partibus Xerxes partitus
 erat; quorum unum jussum erat secundum mare simul cum
 classe iter facere; ei Mardonius et Masistes præerant; (3)
 alterum ex tribus agmen, ducibus Tritantæchme et Gergi,
 per mediterranea proficiscebatur; tertia pars, cum qua ipse
 erat Xerxes, media incedebat inter reliquas via, ducesque
 habebat Smerdomenem et Megabyrum.

CXXII. Navalis igitur exercitus, postquam a Yerna di-
 missus est, et per fossam navigavit, quæ per Athon mon-
 tem in eum sinum perducta erat, supra quem situm est
 Assa oppidum, et Pilorus, et Singus, et Sarta; inde, ad-
 sumpta ex his quoque oppidis militum manu, in Thermæum
 sinum navigare perrexit. (2) Deinde Ampelon circumvectus,
 Toronæum promontorium, præter Græcas hasce civitates

στρατιὴν παρελάμβανε, Τορώνην, Γαλήψον, Σερμύλιν, Μηχύδερναν, Ὀλυνθον. Ἡ μὲν νυν χώρα αὕτη Σιθωνίη καλεῖται.

CXXIII. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξῳ συντά-
 6 μνων ἀπ' Ἀμπελοῦ ἀρχὴς ἐπὶ Καναστραῖον ἀρχῆν, τὸ
 δὴ πάσης τῆς Παλλήνης ἀνέχει μάλιστα, ἐνθεύτεν
 νέας τε καὶ στρατιὴν παρελάμβανε ἐκ Ποτιδαίης καὶ
 Ἀφύτιος καὶ Νέης πόλιος καὶ Αἰγῆς καὶ Θεράμβου καὶ
 Σκιώνης καὶ Μένδης καὶ Σάνης· αὗται γάρ εἰσι αἱ
 10 τὴν νῦν Παλλήνην, πρότερον δὲ Φλέγρην καλουμένην
 νενόμεναι. (2) Παραπλῶον δὲ καὶ ταύτην τὴν χώ-
 ρην ἐπλάσε ἐς τὸ προειρημένον, παραλαμβάνων στρα-
 τιὴν καὶ ἐκ τῶν προσεχέων πόλιων τῇ Παλλήνῃ,
 διουρεουσίων δὲ τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ, τῇσι οὐνόματά
 15 ἔστι τάδε, (3) Αἰπάξος, Κώμβρεια, Αἰσαι, Γίγωνος,
 Κάμψα, Σμίλα, Αἰνεια· ἡ δὲ τούτων χώρα Κροσσαίη
 ἔτι καὶ ἐς τὸδε καλεῖται. (4) Ἀπὸ δὲ Αἰνείης, ἐς τὴν
 ἐτελεύτων καταλέγων τὰς πόλεις, ἀπὸ ταύτης ἤδη ἐς
 αὐτὸν τε τὸν Θερμαῖον κόλπον ἐγίνετο τῷ ναυτικῷ
 20 στρατῷ ὁ πλόος καὶ γῆν τὴν Μυγδονίην, πλώων δὲ
 ἀπῖκετο ἐς τε τὴν προειρημένην Θέρμην καὶ Σινδὸν τε
 πόλιν καὶ Χαλέστρην ἐπὶ τὸν Ἀξίον ποταμὸν, δὲ οὐρί-
 ζει χώραν τὴν Μυγδονίην τε καὶ Βοττιαίδα, τῆς
 ἔχουσι τὸ παρὰ θάλασσαν στεῖνον χωρίον πόλεις Ἰχναί
 25 τε καὶ Πέλλα.

CXXIV. Ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς στρατὸς αὐτοῦ περὶ
 Ἀξίον ποταμὸν καὶ πόλιν Θέρμην καὶ τὰς μεταξὺ πό-
 λεις τούτων περιμένων βασιλέα ἱστατοπεδεύετο· Ξέρ-
 30 ξης δὲ καὶ ὁ περὶ στρατὸς ἐπορεύετο ἐκ τῆς Ἀκάνθου
 τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῆς ὁδοῦ, βουλόμενος ἐς τὴν
 Θέρμην ἀπικέσθαι. (2) Ἐπορεύετο δὲ διὰ τῆς Παι-
 ονικῆς καὶ Κρηστιωνικῆς ἐπὶ ποταμὸν Ἐχειδωρον, δὲ
 ἐκ Κρηστιωνίων ἀρξάμενος ῥέει διὰ Μυγδονίης χώρας
 καὶ ἐξίει παρὰ τὸ ἔλος τὸ ἐπ' Ἀξίῳ ποταμῷ.

35 CXXV. Πορευομένη δὲ ταύτῃ λέοντίς οἱ ἐπεθή-
 καντο τῇσι σιτοφόροις καμήλοισι· καταφοιτούντες γάρ
 οἱ λέοντες τὰς νύκτας καὶ λείποντες τὰ σφέτερα ἡθεα
 ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἄπτοντο οὔτε ὑποζυγίου οὔτε ἀνθρώ-
 40 που, οἱ δὲ τὰς καμήλους ἐκεράτίζον μούνας. (2) Θω-
 μάζω δὲ τὸ αἴτιον, ὃ τι κοτὲ ἦν, τῶν ἄλλων τὸ ἀναγ-
 κάζον ἀπεχομένους τοὺς λέοντας τῇσι καμήλοισι ἐπι-
 τίθεσθαι, τὸ μήτε πρότερον ὠπώπεσαν θηρίον μήτε
 πεπειράτο αὐτοῦ.

CXXVI. Εἰσι δὲ κατὰ ταῦτα τὰ χωρία καὶ λέον-
 45 τες πολλοὶ καὶ βόες ἄγριοι, τῶν τὰ κέρα ὑπερμεγά-
 θά ἐστι τὰ ἐς Ἑλληνας φοιτῶντα. (2) Οὖρος δὲ τοῖσι
 λέουσι ἐστὶ ὃ τε δι' Ἀβδήρων ῥέων ποταμὸς Νέστος
 καὶ ὁ δι' Ἀκαρνανίης ῥέων Ἀχελῷος· οὔτε γὰρ τὸ πρὸς
 τὴν ἡῶν τοῦ Νέστοτος οὐδαμοῖσι πάσης τῆς ἐμπροσθε Εὐ-
 50 ρώπης ἴδοι τις ἂν λέοντα, οὔτε πρὸς ἐσπέρης τοῦ Ἀχε-
 λῷου ἐν τῇ ἐπιλοιπῇ ἡπείρῳ, ἀλλ' ἐν τῇ μεταξὺ τού-
 των τῶν ποταμῶν γίνονται.

CXXVII. Ὡς δὲ ἐς τὴν Θέρμην ἀπῖκετο ὁ Ξέρξης,
 ἵδρυσεν αὐτοῦ τὴν στρατιὴν. Ἐπέσχε δὲ ὁ στρατὸς

navigavit, Toronam, Galepsum, Sermylam, Mocybernam.
 Olynthum; e quibus item naves et milites adsumpsit. Nomen
 hujus regionis Sithonia est.

CXXIII. Ab Ampelo dein promontorio idem nauticus
 Xerxis exercitus rectam viam ad Canastræum promonto-
 rium carpens, quod ex universa Pallene maxime prominet,
 naves inde et milites ex Potidæa et Aphyti et Neapoli et
 Æga et Therambo et Sciona et Menda et Sana adsumpsit.
 hæc enim sunt oppida in Pallene, quæ nunc vocatur, sita;
 cui regioni olim Philegra fuerat nomen. (2) Hanc regionem
 prætervectus, in constitutum locum navigavit, obiter ad-
 sumptis etiam copiis ex oppidis Pallenæ finitimis, et Ther-
 mæo sinui adjacentibus, quorum hæc sunt nomina: (3)
 Lipaxus, Combrea, Lisæ, Gigonus, Campsa, Smila, Ænea.
 Regio, in qua insunt hæc oppida, etiam nunc Crossæa vo-
 catur. (4) Ab Ænea, in qua finem enumerandorum oppi-
 dorum feci, jam in ipsum Thermæum sinum, et in terram
 Mydoniam navigavit classis, pervenitque ad prædictam
 urbem Thermam, et Sindum et Chalestram oppidum, ad
 Axium fluvium; qui Mygdoniam a Bottiæide disternit,
 cujus in regionis arcto ad mare spatio oppida sunt Ichnae
 et Pella.

CXXIV. Classis igitur ibi circa Axium fluxium et Ther-
 mam urbem aliaque in medio sita oppida in statione man-
 sit, regem exspectans. Xerxes vero et terrestris exercitus,
 ex Acantho profectus, per mediterranea carpsit viam, Ther-
 mam tendens. (2) Fecit autem iter par Pæonicam terram
 et per Crestonicam ad fluvium Echedorum, qui e Cresto-
 naeis initio sumpto per Mygdoniam fluit, et juxta paludem,
 quæ est supra Axium fluvium, in sinum illum aquas suas
 infundit.

CXXV. Hac dum iter fecit Xerxes, in camelos imperi-
 menta portantes impetum fecere leones. Hi enim noctu e
 consuetis suis sedibus descendentes, nullo alio neque ju-
 mento tacto, neque homine, solas corripiebant camelos.
 (2) Atqui mirari subit, quid causæ fuerit quod leones com-
 pelleret, ut, intactis reliquis omnibus, solis camelis insidia-
 rentur, quum numquam vel vidissent hoc animal, vel pe-
 riculum ejus fecissent.

CXXVI. Sunt autem in his regionibus frequentes leones,
 et boves item silvestres, quorum cornua immani sunt ma-
 gnitudine; quæ in Græciam solent importari. (2) Termi-
 nus autem leonibus est Nestus fluvius per Abdera fluens,
 et Acarnaniam perfluens Achelous. Nam nec orientem ver-
 sus ulla in parte anterioris Europæ ultra Nestum leonem
 aliquis videat, nec ab occidente Acheloi in reliqua conti-
 nente; sed inter duos istos fluvios leones gignuntur.

CXXVII. Thermam ut Xerxes pervenit, substitit ibi
 cum exercitu. Obtinebant autem castra exercitus ejus totam

αὐτοῦ στρατοπεδεύομενος τὴν παρὰ θάλασσαν χώραν τοσύνδε, ἀρξάμενος ἀπὸ Θέρμης πόλιος καὶ τῆς Μυγδονίης μέχρι Λυδίου τε ποταμοῦ καὶ Ἀλιάκμονος, οἱ οὐρίζουσι γῆν τὴν Βοττιαίδα τε καὶ Μακεδονίδα, ἐς τοῦτο βρέθρον τὸ ὕδωρ συμμίσγοντες. (2) Ἐστρατοπεδεύοντο μὲν δὴ ἐν τούτοις τοῖσι χωρίοις οἱ βάρβαροι, τῶν δὲ καταλεχθέντων τούτων ποταμῶν ἐκ Κρηστωναίης βέων Ἐχέιδωρος μῦνος οὐκ ἀντέχρησε τῇ στρατιῇ πινόμενος, ἀλλ' ἐπέλιπε.

10 CXXVIII. Ξέρξης δὲ δρών ἐκ τῆς Θέρμης οὖρεα τὰ Θεσσαλικά, τὸν τε Οὐλυμπον καὶ τὴν Ὀσσαν, μεγάθει τε ὑπερμήχεα ἐόντα, διὰ μέσου τε αὐτῶν αὐλῶνα στεῖνον πυνθανόμενος εἶναι δι' οὗ ῥέει ὁ Πηνειὸς, ἀκούων τε εἶναι ταύτῃ δόδῃ ἐς Θεσσαλίην φέρουσαν, 15 ἐπεθύμησε πλώσας θηήσασθαι τὴν ἐκβολὴν τοῦ Πηνειοῦ, ὅτι τὴν αὖν δόδῃ ἐμελλε ἔλθαι διὰ Μακεδόνων τῶν κατύπερθε οἰκνύμενων ἐς Περραιβοῦς παρὰ Γόννον πόλιν· ταύτῃ γὰρ ἀσφαλέστατον ἐπυνθάνετο εἶναι. (2) Ὡς δὲ ἐπεθύμησε, καὶ ἐποίησε ταῦτα· ἐσθὰς ἐς Σιδωνίην νέα, ἐς τὴν περ ἐσέβαινε αἰεὶ ὅπως τι ἐθέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι, ἀνέδεξε σημήιον καὶ τοῖσι ἄλλοις ἀνάγεσθαι, καταλιπὼν αὐτοῦ τὸν πεζὸν στρατόν. (3) Ἐπεὶ δὲ ἀπίκετο καὶ ἐθρήνησεν Ξέρξης τὴν ἐκβολὴν τοῦ Πηνειοῦ, ἐν θώματι μεγάλῳ ἐνέσχετο, καλέσας δὲ τοὺς κατηγε- 20 νῶνας τῆς δόδου εἰρεῖν εἰ τὸν ποταμὸν ἔστι παρτρέψαντα ἐτέρῃ ἐς θάλασσαν ἐξαγαγεῖν.

CXXIX. Τὴν δὲ Θεσσαλίην λόγος ἐστὶ τὸ παλαιὸν εἶναι λίμνην ὥστε γε συγκεκληγμένην πάντοθεν ὑπερμήχεσι οὖρεσι. (2) Τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς τὴν ἡῶ ἔχοντα τὸ τε Πήλιον οὖρος καὶ ἡ Ὀσσα ἀποκληθεῖ συμμίσγοντα τὰς ὑπερβάς ἀλλήλοισι, τὰ δὲ πρὸς βορείῳ ἀνέμου Οὐλυμπος, τὰ δὲ πρὸς ἐσπέρην Πίνδος, τὰ δὲ πρὸς μεσαυβρίην τε καὶ ἀνεμον νότον ἡ Ὀθρυς· τὸ μέσον δὲ τούτων τῶν λεχθέντων οὐρέων ἡ Θεσσαλίη 25 ἐστὶ εὐρύς καὶ κοίτη. (3) Ὡστε ὧν ποταμῶν ἐς αὐτὴν καὶ ἄλλων συγνῶν ἐσβαλλόντων, πέντε δὲ τῶν δοκίμων μάλιστα τῶνδε, Πηνειοῦ καὶ Ἀπιδανοῦ καὶ Ὀνοχώνου καὶ Ἐνιπέου καὶ Παμίσου, οἱ μὲν νῦν ἐς τὸ πεδίον τοῦτο συλλεγόμενοι ἐκ τῶν οὐρέων τῶν περικληϊόντων 40 τὴν Θεσσαλίην οὐνομαζόμενοι δι' ἐνὸς αὐλῶνος καὶ τούτου στεῖνοῦ ἔκροον ἔχουσι ἐς θάλασσαν, προσυμμίσγοντες τὸ ὕδωρ πάντες ἐς τούτο· ἐπεὶ δὲ συμμischέωσι τάχιστα, ἐνθεῦτεν ἤδη ὁ Πηνειὸς τῷ οὐνόματι κατακρατέειν ἀνώνυμους τοὺς ἄλλους ποιεῖ εἶναι. (4) 45 Τὸ δὲ παλαιὸν λέγεται, οὐκ ἐόντος καὶ τοῦ αὐλῶνος καὶ διεκρόου τούτου, τοὺς ποταμούς τούτους, καὶ πρὸς τοῖσι ποταμοῖσι τούτοις τὴν Βοιθιδά λίμνην, οὔτε οὐνομαζεσθαι κατὰ περ νῦν, ῥέειν τε οὐδὲν ἔσσαν ἡ νῦν, ῥέοντας δὲ ποιεῖν τὴν Θεσσαλίην πᾶσαν πέλαγος. 50 (5) Αὐτοὶ μὲν νῦν Θεσσαλοὶ φασὶ Ποσειδέωνα ποιῆσαι τὸν αὐλῶνα δι' οὗ ῥέει ὁ Πηνειὸς, οἰκῶτα λέγοντες· ὅστις γὰρ νομίζει Ποσειδέωνα τὴν γῆν σείειν καὶ τὰ διεσπῶτα ὑπὸ σεισμοῦ τοῦ θεοῦ τούτου ἔργα εἶναι, καὶ ἂν ἐκεῖνο ἰδὼν φαίη Ποσειδέωνα ποιῆσαι· ἔστι γὰρ

oram maritimam, inde a Therma urbe et terra Mygdonia usque ad Lydiam fluvium et Haliacmonem, qui Botticam a Macedonia disternunt, in eumdem alveum aquas suas confundentes. (2) Tantum terræ spatium occuparunt barbarorum castra. Fluviorum autem, quos commemoravi, solus Echedorus, e Crestonæis fluens, ad potandum non sufficit exercitui, sed aqua illum destituit.

CXXVIII. Xerxes vero ex Therma prospectans Thessalicos montes, Olympon atque Ossam, altitudine mirum in modum eminentes, ut rescivit in medio illorum angustam esse convallem, quam perfluat Peneus amnis, audivitque esse ibi viam quæ in Thessaliam ferat, cupidus fuit nave conscensa spectandi ostium Penei : quippe ducturus erat exercitum superiore via per Macedonas superne habitantes in Perrhæbos præter Gonnon urbem, quum tutissimum illac iter esse rescivisset. (2) Et sicut cupivit, ita fecit. Conscensa nave Sidonia, quam eandem semper conscendere consueverat, quoties tale quidpiam susciperet, signum reliquis etiam navibus proposuit solvendi, relicto ibi pedestri exercitu. (3) Ubi ad ostium Penei Xerxes pervenit, illudque spectavit, ingenti captus est admiratione : advocatosque viæ duces interrogavit, fierine posset, ut averteretur fluvius et alia parte in mare derivaretur.

CXXIX. Thessaliam fama est lacum olim fuisse, utpote altissimis montibus undique circumclausam. (2) Etenim latus orienti obversum præcludunt Pelion et Ossa montes, quorum radices sese contingunt; septemtrionale latus Olympos præcludit, occidentale Pindus, meridiei et Noto obversum Othrys : et cava terra inter prædictos montes intercepta, Thessalia est. (3) Igitur quum in hanc terram et alii frequentes rivi et quinque præ cæteris clari influant hi, Peneus, Apidanus, Onochonus, Enipeus, et Pamisus; omnes hi modo nominati rivi, ex montibus Thessaliam cingentibus in hunc campum influentes, per unam convallem, eamque angustam, exitum habent in mare, postquam in unum alveum aquas suas cuncti ante infuderunt : qui ex quo confluxere, cæteri nomen omittunt suum, et unum Penei nomen manet. (4) Pristinis vero temporibus, quum convalis illa nondum existeret, quæ exitum aperit aquis, aiunt rivos illos, et præter rivos Boeideum lacum, nomina quidem ea quibus nunc adpellantur non habuisse, sed nihilo minus quam nunc fluxisse, atque adeo effecisse ut pelagus esset tota Thessalia. (5) Et ipsi quidem Thessali aiunt, Neptunum fecisse convallem illam, per quam tamquam canalem effluit Peneus : nec præter rationem hoc affirmant. Qui enim Neptunum existimat movere terram, et, quæ terræ motu diducta sunt, opera hujus dei esse; is istud quoque videns dixerit, Neptunum id fecisse. Est enim

σεισμοῦ ἔργον, ὡς ἐμοὶ ἐφαίνετο εἶναι, ἡ διάστασις τῶν οὐρέων.

CXXX. Οἱ δὲ κατηγεόμενοι, εἰρομένου Ξέρξεω εἰ ἔστι ἄλλη ἐξοδος ἐς θάλασσαν τῷ Πηνειῷ, ἐξεπιστάμενοι ἀτρακτέως εἶπαν, « βασιλεῦ, ποταμῷ τούτῳ οὐκ ἔστι ἄλλη ἐξήλσις ἐς θάλασσαν κατήκουσα, ἀλλ' ἡδε αὐτὴ οὔρεσι γὰρ περιεστεφάνωται πᾶσα Θεσσαλίη. » Ξέρξης δὲ λέγεται εἶπαι πρὸς ταῦτα, « σοφοὶ ἄνδρες εἰσὶ Θεσσαλοί. » (2) Ταῦτ' ἄρα πρὸ πολλοῦ ἐφυλάξαντο γνωσимаχέοντες καὶ τάλλα καὶ διτὴ χώραν ἄρα εἶχον εὐαίρετον τε καὶ ταχυάλωτον· τὸν γὰρ ποταμὸν πῆγμα ἂν ἦν μόνον ἐπείναι σφραγίσαντες ἐπὶ τὴν χώραν, χώματι ἐκ τοῦ αὐλῶνος ἐκθιδάσαντα καὶ παρατρέψαντα δι' ὧν νῦν ῥέει ῥέθρων, ὥστε Θεσσαλίην πᾶσαν ἔξω τῶν οὐρέων ὑπόβρυχα γενέσθαι. » (3) Ταῦτα δὲ ἔχοντα ἔλεγε ἐς τοὺς Ἀλευέως παῖδας, διτὴ πρῶτοι Ἑλλήνων ἰόντες Θεσσαλοὶ ἔδοσαν ἐνωτοὺς βασιλεῖ, δοκέων δὲ Ξέρξης ἀπὸ παντός σφραγίσαντος τοῦ ἔθνους ἐπαγγέλλεσθαι φίλῃν. Εἰπας δὲ ταῦτα καὶ θηρησάμενος ἀπέπλωε ἐς τὴν Θέρμην.

CXXXI. Ὁ μὲν δὲ περὶ Πιερίην διέτριβε ἡμέρας συγνάς· τὸ γὰρ δὴ οὗρος τὸ Μακεδονικὸν ἔχειρε τῆς στρατιῆς τριτημορίς, ἵνα ταύτῃ διεξίη ἅπασα ἡ στρατιὴ ἐς Περραιβοὺς· οἱ δὲ δὴ κήρυκες οἱ ἀποπεμφθέντες ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπὶ γῆς αἰτήσιν ἀπικέατο οἱ μὲν κεινοί, οἱ δὲ φέροντες γῆν τε καὶ ὕδωρ.

CXXXII. Τῶν δὲ δόντων ταῦτα ἐγένοντο οἷδε, Θεσσαλοὶ, Δολοπες, Αἰνιῆνες, Περραιβοί, Λοκροί, Μάγνητες, Μηλιεῖς, Ἀχαιοὶ οἱ Φθιῆται καὶ Θηβαῖοι καὶ οἱ ἄλλοι Βοιωτοὶ πλὴν Θεσπιέων τε καὶ Πλαταιέων. (2) Ἐπὶ τούτοις οἱ Ἕλληνες ἔταμον ὄρκιον οἱ τῷ βαρβαρῷ πόλεμον αἰεράμενοι· τὸ δὲ ὄρκιον ὧδε εἶχε, ὅσοι τῷ Πέρσῃ ἔδοσαν σφραγίσαντες αὐτοὺς Ἕλληνες ἰόντες, μὴ ἀναγκασθέντες, καταστάντων σφραγίσαντες τῶν πρηγμάτων, τούτους δεκατεῦσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ. Τὸ μὲν δὲ ὄρκιον ὧδε εἶχε τοῖσι Ἕλλησι.

CXXXIII. Ἐς δὲ Ἀθήνας καὶ Σπάρτην οὐκ ἀπέπεμψε Ξέρξης ἐπὶ γῆς αἰτήσιν κήρυκας τῶνδε εἴνεκεν· πρότερον Δαρείου πέμψαντος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, οἱ μὲν αὐτῶν τοὺς αἰτέοντες ἐς τὸ βάραθρον, οἱ δ' ἐς φρέαρ ἰσθαλόντες ἐκέλευον γῆν τε καὶ ὕδωρ ἐκ τούτων φέρειν παρὰ βασιλέα. (2) Τούτων μὲν εἴνεκεν οὐκ ἐπέμψε Ξέρξης τοὺς αἰτήσαντας· ὅτι δὲ τοῖσι Ἀθηναίοις ταῦτα ποιήσας τοὺς κήρυκας συνήνεκε ἀνεθέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔγω εἶπαι, πλὴν ὅτι σφῶν ἡ χώρα καὶ ἡ πόλις ἐδηλώθη. Ἀλλὰ τοῦτο ὁ διὰ ταύτην τὴν αἰτίην δοκέω γενέσθαι.

CXXXIV. Τοῖσι δὲ ὧν Λακεδαιμονίοις μῆνης κατέσκηψε Ταιθυβίου τοῦ Ἀγαμέμνονος κήρυκος. Ἐν γὰρ Σπάρτῃ ἐστὶ Ταιθυβίου ἱρὸν, εἰσὶ δὲ καὶ ἀπόγονοι Ταιθυβίου Ταιθυβιάδαι καλούμενοι, τοῖσι αἱ κηρυκταὶ αἱ ἐκ Σπάρτης πᾶσαι γέρας δέδονται. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα τοῖσι Σπαρτιτῆσι καλλιρῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐγένετο· τοῦτο δ' ἐπὶ χρόνον συγχόνον ἦν σφι. (3)

HERODOTUS.

illa montium diductio, ut mihi plane adparebat, terræ motu effecta.

CXXX. Viæ autem duces, querenti Xerxi an alius foret Peneo exitus in mare, rem accurate compertam habentes, responderunt : « Non est, rex, huic flumini alius exitus qui ad mare pertineat, nisi hic ipse : est enim tota Thessalia undique montibus cincta. » Ad hæc Xerxes dixisse memoratur : « Prudentes viri sunt Thessali : (2) itaque jam multo ante sibi præcaverunt, melius sibi consulentes, quum aliquin, tum quod terram incolunt capti et expugnati facilem. Nulla enim alia re fuerit opus, nisi ut hoc flumen in illorum terram immittatur aggere ex hac convalle repulsum, et ex iis per quos nunc fluit alveis aversum; quo universa Thessalia, præter montes, aquis mergeretur. » (3) Hæc dixit ad Aleuæ filios spectantia, quod illi, Thessali quum essent, primi Græcorum sese regi tradiderant, quos de communi gentis consilio societatem sibi pollicitos esse Xerxes arbitrabatur. His dictis, quæ voluerat continere, Thermain renavigavit.

CXXXI. Ibi tum aliquammultos dies in Pieria est commoratus. Etenim montem Macedonicum tertia pars exercitus tondebat, ut illac universæ copiæ in Perrhæbos transirent. Interim præcones per Græciam ad postulandam terram dimissi redierunt; alii vacui, alii terram et aquam adferentes.

CXXXII. Qui hæc dederunt populi, hi fere fuere : Thessali, Dolopes, Ænians, Perrhæbi, Locri, Magnetes, Malianses, Achæi Phthiotæ, Thebani et reliqui Bæoti, exceptis Thespiensibus et Plataënsibus. (2) Contra hos Græcii, qui bellum adversus barbarum susceperunt, fœdus pepigerunt interposito juramento, cujus hæc erat formula : Quicumque populi Græci Persæ sese tradiderint, nulla necessitate coacti, rebus suis bene habentibus, hos Delphico deo decimam *proventuum* dare debere. Hæc formula fœderis fuit a Græcis contra hos initi.

CXXXIII. Athenas autem et Spartam præcones ad terram postulandam Xerxes non misit, hac de causa : superiori tempore, quum ad hoc ipsum Darius legatos misisset, hos, qui postulatum venerant, Athenienses in barathrum, Lacedæmonii vero in puteum præcipitaverant, jussos ex his terram et aquam capere regi adferendam. (2) Hanc ob causam ad hos Xerxes non misit qui postularent. Quod quidem ob facinus adversus præcones admissum quidnam Atheniensibus mali acciderit, dicere non possum, nisi quod terra eorum et urbs evastata est : at hoc quidem non illam ob culpam puto accidisse.

CXXXIV. In Lacedæmonios vero incubuit Talthybbii ira, præconis Agamemnonis. Est enim Spartæ Talthybbii fanum : et supersunt ibi posteri Talthybbii, Talthybbiadæ nominati, quibus hoc privilegium datum est, ut omnia præconum munera apud Spartanos exercent. (2) Ab illo vero tempore Spartanis sacra facientibus non contigit perlitare : idque longum per tempus apud eos obtinuit. (3) Quod

Ἀγχομένων δὲ καὶ συμφορῇ χρωμένων Λακεδαιμονίων, ἀλῆς τε πολλᾶς συλλεγομένης καὶ κήρυγμα τοῖνδε ποιουμένων, εἴ τις βούλοιο Λακεδαιμονίων πρὸ τῆς Σπάρτης ἀποθνήσκειν, Σπερθίης τε δ' Ἀνηρίστου καὶ Βούλης δ' Νικόλεω, ἄνδρες Σπαρτιῆται φύσι τε γεγονότες εὖ καὶ χρήμασι ἀνήκοντες ἐς τὰ πρῶτα, ἐθελονταὶ ὑπέδυσαν ποινήν τίσειν Ἑρξῇ τῶν Δαρείου κηρύκων τῶν ἐν Σπάρτῃ ἀπολομένων. Οὕτω Σπαρτιῆται τούτους ὥς ἀποθανευσμένους ἐς Μήδους ἀπέ-
10 πειψαν.

CXXXV. Αὕτη τε ἡ τόλμα τούτων τῶν ἀνδρῶν ὀψιματος ἀξίη, καὶ τὰδε πρὸς τούτοις τὰ ἔπεια. Πορευόμενοι γὰρ ἐς Σοῦσα ἀπικνέονται παρ' Ὑδάρνεα. Ὁ δὲ Ὑδάρνης ἦν μὲν γένος Πέρσης, στρατηγὸς δὲ τῶν
15 παραθαλασίων ἀνθρώπων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ. (2) ὃς σφας ξείνια προθέμενος ἰστία, ξεινίζων δὲ εἶρετο λέγων τὰδε, « ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τί δὴ φεύγετε βασιλεῦς φίλοι γενέσθαι; ὁρᾶτε γὰρ ὡς ἐπίσταται βασιλεὺς ἄνδρας ἀγαθούς τιμᾶν, ἐς ἐμέ τε καὶ τὰ ἐμὰ πρήγματα ἀποδλέ-
20 ποντες. (3) Οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς εἰ δοίητε ὑμέας αὐτοῦς βασιλεῖ, δεδοξασθε γὰρ πρὸς αὐτοῦ ἄνδρες εἶναι ἀγαθοί, ἕκαστος ἀν' ὑμῶν ἄρχοι γῆ; Ἑλλάδος δόντος βασιλέος. » Πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τὰδε, « Ὑδάρνες, οὐκ ἐξ ἴσου γίνεται ἡ συμβουλὴ ἢ ἐς ἡμέας τε-
25 νουσα. (4) Τοῦ μὲν γὰρ πεπειρημένος συμβουλεύεις, τοῦ δὲ ἄπειρος εἶναι· τὸ μὲν γὰρ δοῦλος εἶναι ἐξεπίσται, ἑλευθερίης δὲ οὐκ ὑπεκρίθης, οὐτ' εἰ ἔστι γλυκὺ οὐτ' εἰ μῆ. Εἰ γὰρ αὐτῆς περὶσθαι, οὐκ ἂν δόρασι συμβουλεύοις ἡμῖν περὶ αὐτῆς μάχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πε-
30 λέκεσι. » Ταῦτα μὲν Ὑδάρνεα ἀμείψαντο.

CXXXVI. Ἐνδεῦτεν δὲ ὡς ἀνέβησαν ἐς Σοῦσα καὶ βασιλεῖ ἐς ὅψιν ἦλθον, πρῶτα μὲν τῶν δορυφόρων κελευσέντων καὶ ἀνάγκῃ σφι προσφερόντων προσκυνεῖν βασιλέα προσπίπτοντας οὐκ ἔφασαν ὠθεόμενοι πρὸς αὐ-
35 τῶν ἐπὶ κεφαλῇ ποιήσιν ταῦτα οὐδ' αὖτ' οὐτε γὰρ σφι ἐν νόμῳ εἶναι ἀνθρώπων προσκυνεῖν οὔτε κατὰ ταῦτα ἔχειν. (2) Ὡς δὲ ἀπεμαχέσαντο τοῦτο, δευτέρᾳ σφι λέγουσι τὰδε καὶ λόγου τοιοῦδε ἐχόμενα, « ὦ βασιλεῦ Μήδων, ἐπειψαν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι ἀντὶ τῶν ἐν
40 Σπάρτῃ ἀπολομένων κηρύκων, ποινήν ἐκείνων τίσοντας. » (3) λέγουσι δὲ αὐτοῖς ταῦτα Ἑρξῆς ὑπὸ μεγαλοφροσύνης οὐκ ἔφη ὁμοίως ἐσεσθαι Λακεδαιμονίους· ἐκείνους μὲν γὰρ συγγέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, ἀποκτείνοντας κήρυκας, αὐτὸς δὲ τὰ ἐκείνοις ἐπιπλήσ-
45 σει, ταῦτα οὐ ποιήσιν, οὐδ' ἀνταποκτείνας ἐκείνους ἀπολύσειν Λακεδαιμονίους τῆς αἰτίας.

CXXXVII. Οὕτω ἡ Ταλθυβίου μῆνις, καὶ ταῦτα ποιησάντων Σπαρτιητέων, ἐπαύσατο τὸ παραυτίκα, καίπερ ἀπονοσσησάντων ἐς Σπάρτην Σπερθίῳ τε καὶ
50 Βούλιος. (2) Χρόνῳ δὲ μετέπειτεν πολλῷ ἐπηγέρθη κατὰ τὸν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων πόλεμον, ὡς λέγουσι Λακεδαιμόνιοι. Τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θεϊότατον φαίνεται γενέσθαι. (3) Ὅτι μὲν γὰρ κατέσχεψε ἐς ἀγγέλους ἡ Ταλθυβίου μῆνις οὐδὲ ἐπαύσατο πρὶν ἢ

quum dolerent Lacedæmonii, et in magna ponerent calamitate, concione populi sæpius habita, et præconio edito in hanc sententiam, si quis vellet Lacedæmoniorum pro Sparta mortem obire; tum vero Sperthias Aneristi filius, et Bulis Nicolai, cives Spartani, et nobili loco nati, et opibus adprime eminentes, ultro sese obtulerunt ad pœnas Xerxi solvendas pro Darii præconibus Spartæ occisis. Ita hos Spartani, tamquam subituros supplicium, in Medos miserunt.

CXXXV. Estque et audacia ista horum virorum admiratione digna, et eorumdem oratio, quæ fuit huiusmodi. Dum Susa proficiscuntur, veniunt ad Hydarnem. Is Hydarnes genere Persa erat, præfectus oræ maritimæ Asiæ; (2) qui eos ad hospitium vocatos, et liberaliter exceptos, his verbis interrogavit: « Viri Lacedæmonii, quid tandem respuitis amici esse Regis? Me et res meas respicientes, videtis quo pacto sciat rex viros bonos honorare. (3) Ita igitur vos quoque si regi vos traderetis (nam viri boni esse ab ipso estis iudicati), unusquisque vestrum parti cuidam Græciæ imperaturus esset regis beneficio. » Ad hæc illi responderunt: « Hydarnes, non ex æquo proficiscitur hoc quod tu nobis das consilium. (4) Nam id, quod tu expertus es, nobis consulis: alterum autem non es expertus. Servire quidem nosti; libertatis vero nondum cepisti experimentum, utrum dulcis sit, annon. Hanc enim si esses expertus, consuleres nobis, ut pro ea non hastis modo pugnaremus, verum etiam securibus. » Hæc illi responderunt Hydarni.

CXXXVI. Inde ubi Susa adscenderunt, et in conspectum venere regis, primum quidem, iubentibus satellitibus et vim illis adferentibus ut in terram prostrati adorarent regem, nequiquam se, etiam si in caput ab illis detruderentur, id facturos aiebant; nec enim sui moris esse adorare hominem, nec ea causa venisse. (2) Tum, postquam ne id facerent ita repugnarunt, deinde hæc et his similia dixere: « Rex Medorum, miserunt nos Lacedæmonii, ut pro præconibus Spartæ occisis pœnam solvamus. » (3) Quibus Xerxes, ut erat generoso animo, hæc respondit: Non se similem futurum Lacedæmoniis: illos enim, occidendo præcones, jura omnibus hominibus sancta violasse; se vero, quod in illis damnet facinus, id non admissurum; neque illos vicissim interficiendo culpa liberaturum Lacedæmonios.

CXXXVII. Ita, ratione ista a Lacedæmoniis inita, pacata in præsens tempus est Talthybbii ira, licet Spartam redierint Sperthias et Bulis. (2) At multo post tempore cruduit illa, ut aiunt Lacedæmonii, in bello Peloponnesiorum et Atheniensium. Quæ res, si qua alia, utique divinitus accidisse mihi videtur. (3) Nam, ut in legatos ingrueret Talthybbii ira, neque cessaret priusquam exitum

ἐξῆλθε, τὸ δίκαιον οὕτω ἔφερε· τὸ δὲ συμπεσεῖν ἐς τοὺς παῖδας τῶν ἀνδρῶν τούτων τῶν ἀναβάντων πρὸς βασιλέα διὰ τὴν μῆνιν, ἐς Νικόλαν τε τὸν Βουλῖος καὶ ἐς Ἀνήριστον τὸν Σπερθίειω, δὲ εἶλε Ἀλίας τοὺς ἐκ Τίρυνθος δλκάδι καταπλῶσας πλήρει ἀνδρῶν, δῆλον ὦν μοι ὅτι θεῶν ἐγένετο τὸ πρῆγμα ἐκ τῆς μῆνιος. (4) Οἱ γὰρ πεμφθέντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἄγγελοι ἐς τὴν Ἀσίην, προδοθέντες δὲ ὑπὸ Σιτάλκεω τοῦ Τήρεω Θρηάκων βασιλέως καὶ Νυμφοδώρου τοῦ Πυθέεω ἀνδρός Ἀδοθήριεω, ἤλυσαν κατὰ Βισάνθην τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ, καὶ ἀπαγχθέντες ἐς τὴν Ἀττικὴν ἀπέθανον ὑπ' Ἀθηναίων, μετὰ δὲ αὐτῶν καὶ Ἀριστεύης ὁ Ἀδειμάντου Κορίνθιος ἀνὴρ. Ταῦτα μὲν νυν πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον ἐγένετο τοῦ βασιλέως στόλου.

65 CXXXVIII. Ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον. Ἡ δὲ στρατηγασίη ἡ βασιλείος οὐνομα μὲν εἶχε ὥς ἐπ' Ἀθήνας ἐλαύνει, κατίετο δὲ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. (2) Πυνθανόμενοι δὲ ταῦτα πρὸ πολλοῦ οἱ Ἕλληνες οὐκ ἐν ὁμοίῳ πάντες ἐποιοῦντο. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν δόντες γῆν τε καὶ ὕδωρ τῷ Πέρσῃ εἶχον θάρρος ὥς οὐδὲν πεισόμενοι ἄχαρι πρὸς τοῦ βαρβάρου. (3) οἱ δὲ οὐ δόντες ἐν δειματι μεγάλῳ κατέστασαν, ὅτε οὔτε νεὼν ἐουσέας ἐν τῇ Ἑλλάδι ἀριθμὸν ἀξιομάχων δέκεσθαι τὸν ἐπιόντα, οὔτε βουλομένων τῶν πολλῶν ἀντάπτεσθαι τοῦ πολέμου, μηδὲ ζόντων δὲ προθύμους.

CXXXIX. Ἐνθαῦτα ἀναγκαίη ἐξέργομαι γνώμην ἀποδείξασθαι ἐπιφθονὸν μὲν πρὸς τῶν πλεόνων ἀνθρώπων, ὅμως δὲ, τῇ γ' ἐμοὶ φαίνεται εἶναι ἀληθές, οὐκ ἐπισχίσσω. (3) Εἰ Ἀθηναῖοι καταρρωδίσαντες τὸν ἐπιόντα κίνδυνον ἐξέλιπον τὴν σφετέρην, ἡ καὶ μὴ ἐκλιπόντες, ἀλλὰ μείναντες ἔδοσαν σφίας αὐτοὺς Ξέρξῃ, κατὰ τὴν θάλασσαν οὐδαμοὶ ἂν ἐπείρεοντο ἀντιέμμενοι βασιλεῖ. (3) Εἰ τοίνυν κατὰ τὴν θάλασσαν μηδεὶς ἡντιούτο Ξέρξῃ, κατὰ γε ἂν τὴν ἡπειρον τοιάδε ἐγένετο· εἰ καὶ πολλοὶ τειχέων κιθῶνες ἔσαν ἐληλαμένοι διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ Πελοποννησίαισι, προδοθέντες ἂν Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ τῶν συμμάχων οὐκ ἐχόντων, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης, κατὰ πόλεις ἀλίσκομένων ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ τοῦ βαρβάρου ἐμουνυθήσαν, μουνυθέντες δὲ ἂν καὶ ἀποδεξάμενοι ἔργα μεγάλα ἀπέθανον γενναίως. (4) Ἡ ταῦτα ἂν ἐπαθον, ἡ πρὸ τοῦ δρόντες ἂν καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας μηδίζοντας ὁμολογῇ ἂν ἐχρήσαντο πρὸς Ξέρξαν. Καὶ οὕτω ἂν ἐπ' ἀμφοτέρω ἡ Ἑλλὰς ἐγένετο ὑπὸ Πέρσῃσι. (5) Τὴν γὰρ ὠφέλην τὴν τῶν τειχέων τῶν διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐληλαμένων οὐ δύναμαι πυθέσθαι, ἥτις ἂν ἦν βασιλέως ἐπικρατέοντος τῆς θαλάσσης. (6) Νῦν δὲ Ἀθηναῖους ἂν τίς λέγων σιωτήρας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἂν ἀμαρτάνοι τάληθεος. Οὗτοι γὰρ ἐπὶ δακρότερον τῶν πρηγμάτων ἐτράποντο, 60 ταῦτα ρέψιν ἐμελλε· ἐλόμενοι δὲ τὴν Ἑλλάδα περιεῖναι ἑλευθέρην, τοῦτο τὸ Ἑλληνικὸν πᾶν τὸ λοιπὸν, ὅσον μὴ ἐμήδιαι, αὐτοὶ οὗτοι ἔσαν οἱ ἐπεγείραντες καὶ βασιλέα μετὰ γε θεοὺς ἀνωσάμενοι. (7) Οὐδέ σφας χρηστῆρια φοβερά ἐλθόντα ἐκ Δελφῶν καὶ ἐς

esset nacta, id jus et fas ferebat : quod vero in filios ingruerit horum virorum qui pacandæ ejus causa ad regem erant profecti, in Nicolaum Bulidis filium, et in Sperthiæ filium Aneristum, qui Halienses [alii piscatores] Tirynthios cepit, navi oneraria navigans viris repleta ; id igitur ex divini numinis memore ira accidissee plane mihi fit manifestum. (4) Ili enim, quum a Lacedæmoniiis legati missi essent in Asiam, proditi a Sitalce Terei filio, Thracum rege, et Nymphodoro Pythææ filio Abderita, intercepti sunt prope Bisanthen ad Hellespontum ; et in Atticam abducti, interfecti sunt ab Atheniensibus, cum eisq̃ue Aristæas Adimanti filius, Corinthius. Sed hoc quidem multis annis post hanc regis accidit expeditionem.

CXXXVIII. Sed ad superiorem revertor narrationem. Regis hæc expeditio titulum quidem habebat tamquam adversus Athenas tendens, sed contra universam dirigebatur Græciam. (2) Qua re multo ante cognita, non eodem modo Græci omnes erant adfecti. Quippe eorum alii, quum terram et aquam Persæ dedissent, confidebant nihil mali a barbaro sibi illatum iri : (3) alii vero, qui non dederant, ingenti metu tenebantur ; quum nec navium idoneus numerus esset in Græcia, quibus excipere invadentem hostem possent, et multitudo arma capere nollet, sed haud cunctanter faveret Medis.

CXXXIX. Atque hoc loco necessitas me cogit, ut sententiam dicam, invidiosam quidem illam apud plerosque homines : nec tamen me retinebo, quin id, quoniam manifeste verum mihi videtur, pronunciem. (2) Si Athenienses imminenti periculi metu terra sua excessissent, aut si manentes tradidissent se Xerxi, Græcorum nulli periculum facturi erant mari occurrendi regi. (3) Quodsi ergo mari nemo restitisset Xerxi, in continenti utique ita se res erat habitura : quantumvis multæ murorum lorice per Isthmum fuissent a Peloponnesiis erectæ, deserti Lacedæmonii a sociis (non illis quidem volentibus, sed necessitate coactis, quippe quorum civitates singulatim ab hostium classe fuissent expugnatæ) soli fuissent relictæ : soli autem relictæ, fortibus editis facinoribus, generose erant occubituri. (4) Aut hoc fato erant functuri : aut, priusquam illud forent experti, quum vidissent reliquos Græcos cum Medis sentire, ipsi quoque deditionem erant facturi : atque ita, utrumlibet accidisset, Græcia in potestate erat futura Persarum. (5) Nam murorum illorum per Isthmum ductorum quænam futura fuisset utilitas, exputare equidem non possum, quando rex maris tenuisset imperium. (6) Nunc si quis dicat, Athenienses sospitatores fuisse Græciæ, non aberraverit a vero : etenim, ultram rationem rerum gerendarum illi sequerentur, ea ratio præponderatura erat. Itaque, quum hoc sint seculi ut libera maneret Græcia, hi soli sunt, qui, quidquid Græci nominis reliquum erat quod cum Medis non sentiret, id excitarunt, quique, secundum deos utique, regem repulerunt. (7) Neque eos oracula terribilia Delphis advenientia, ingentemque incutientia metum, movere potuerunt ut

δεῖμα βαλόντα ἔπεισε ἐκλιπεῖν τὴν Ἑλλάδα, ἀλλὰ καταμείναντες ἀνέσχοντο τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώραν δέξασθαι.

CXL. Πέμπαντες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Δελφοῦς θεο-
6 πρόποσι χρηστυριάζεσθαι ἔσαν ἐτοιμοί· καὶ σφι ποιή-
σασι περὶ τὸ ἱρὸν τὰ νομιζόμενα, ὡς ἐς τὸ μέγαρον
ἐσελθόντες ἴζοντο, χρᾶ ἡ Πυθίῃ, τῇ οὐνομα ἦν Ἀριστο-
νίκη, τάδε,

Ἵ μελειοί, τί κάθησθε; λιπὼν φεύγ' ἔσχατα γαίης
10 δώματα καὶ πόλιος τροχοειδέος ἄκρα κάρηνα.
Οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἐμπεδὸν οὔτε τὸ σῶμα,
οὔτε πόδες νέατοι οὔτ' ὦν χέρες, οὔτε τι μέσσης
λείπεται, ἀλλ' ἀἰδηλα πέλει· κατὰ γὰρ μιν ἐρείπει
πῦρ τε καὶ δέξυς Ἀρης, Συριηγενὲς ἄρμα διώκων.
15 Πολλὰ δὲ κἄλλ' ἀπολεί πυγρώματα, κοῦ τὸ σὸν οἶον·
πολλοὺς δ' ἀθανάτων νηοὺς μαλρῶ πυρὶ δώσει,
οἱ που νῦν ἰδρῶτι βρούμενοι ἐσθήκασι,
δείματα παλλόμενοι, κατὰ δ' ἀκροτάτους ὁρόφοισι
αἶμα μέλαν κέχυνται, προῖδὸν κακότητος· ἀνάγκας
20 Ἄλλ' ἴτον ἐξ ἀδούτου, κακοὶς δ' ἐπικίδνατε θυμόν.

CXLI. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ τῶν Ἀθηναίων θεοπρό-
ποι συμφορῇ τῇ μεγίστῃ ἐχρέοντο. Προβάλλουσι δὲ
εἰσὶν αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ κακοῦ τοῦ κεχρησμένου Τίμων δ'
Ἀνδροβούλου, τῶν Δελφῶν ἀνὴρ δόκιμος δημοῖα τῷ μά-
26 λιστα, συνεβούλευε σφι ἱκετηρίας λαβοῦσι δεύτερα αὖ-
τις ἐλθόντας χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ ὡς ἱκέτας. (2)
Πειθομένοισι δὲ ταῦτα τοῖσι Ἀθηναίοισι καὶ λέγουσι,
« ὦναξ, χρῆσον ἡμῖν ἀμεινόν τι περὶ τῆς πατρίδος, αἰ-
δεσθεὶς τὰς ἱκετηρίας τάσδε τὰς τοι ἔχομεν φέροντες· ἡ
30 οὐ τοι ἀπικμεν ἐκ τοῦ ἀδούτου, ἀλλ' αὐτοῦ τῇδε μενέμεν
ἔστ' ἂν καὶ τελευτήσωμεν » ταῦτα δὲ λέγουσι ἡ πρό-
μηντις χρᾶ δεύτερα τάδε,

Οὐ δύναται Παλλὰς Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλᾶσθαι
λίσσασθαι πολλοῖσι λόγοις καὶ μῆτιδι πυκνῇ.
36 Σὺ δὲ τὸδ' αὖτις ἔπος ἱέμεν, ἀδάμαντι πελάσσας.
Τῶν ἄλλων γὰρ ἀλίσκομένων ὅσα Κέκροπος οὐρος
ἐντός ἐστι κευθμῶν τε Κίθαιρῶνος καθεόιο,
τείχος Τριτογενεὶς ἔξωθεν διδοὶ εὐρύσπα Ζεὺς
μόνον ἀπόρρητον τελεῖν, τὸ σὲ τέκνα τ' ὀνήσει.
40 Μῆδὲ σύ γ' ἱπποσύνην τε μένειν καὶ πεδὸν ἰόντα
πολλὸν ἀπ' ἡπείρου στρατὸν ἡσυχος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν
νῦτον ἐπιστρέψας· ἔτι τοί ποτε κἄντιος ἔσση.
Ἵ θείῃ Σαλαμῇ, ἀπολείς δὲ σὺ τέκνα γυναῖκων
ἡ που σκιδναμένης Δημήτερος ἡ συνουσίας.

46 CXLIH. Ταῦτά σφι ἡπιώτερα γὰρ τῶν προτέρων καὶ
ἦν καὶ ἐδόκεε εἶναι, συγγραψάμενοι ἀπαλλάσσοντο ἐς
τὰς Ἀθήνας. Ὃς δὲ ἀπελθόντες οἱ θεοπρόποι ἀπήγγελ-
λον ἐς τὸν δῆμον, γνώμαι καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἐγίνοντο
διζημένον τὸ μαντήσιον, καὶ αἶδε συνεστηκυῖαι μάλιστα.
60 (2) Τῶν πρεσβυτέρων ἔλεγον μετεξέτεροι δοκέειν σφι
τὸν θεὸν τὴν ἀκρόπολιν χρῆσαι περιέσεσθαι· ἡ γὰρ
ἀκρόπολις τὸ πάλαι τῶν Ἀθηναίων βῆρυξ ἐπέφρακτο. Οἱ
μὲν δὲ κατὰ τὸν φραγμὸν συνεβάλλοντο τοῦτο τὸ ξύλι-
νον τεῖχος εἶναι· (3) οἱ δ' αὖ ἔλεγον τὰς νέας ση-
66 μαινεῖν τὸν θεόν, καὶ ταύτας παραρτέεσθαι ἐκλείουσαν τὰ
ἄλλα ἀπέντας. Τοὺς ὦν δὲ τὰς νέας λέγοντας εἶναι τὸ

Græciam desererent: sed permanentes sustinuerunt inva-
dentem fines suos hostem.

CXL. Missis enim Delphos legatis consulere oraculum
Athenienses voluerant. Qui legati postquam, peractis circa
templum legitimis caerimoniis, ædem erant ingressi conse-
derantque, hoc eis Pythia, cui nomen erat Aristonica, ora-
culum ediderat:

O miseri, quid sedetis? fugite ad extrema terrarum, relictis
ædibus et summis collibus in-orbem conditæ urbis.
Nec enim caput firmum manebit, nec corpus,
nec extremi pedes, neque manus, nec de media quidquam
supererit, sed perniciēs advenit. Disturbabit enim illam
et ignis, et acer Mavors, Syriacum agens currum.
Multaque etiam alia munita perdet loca, non modo tuum:
multaque immortalium templa rabido dabit igni,
quæ jam nunc passim stant sudore fluentia,
metuque tremantia: et de summis tectis
sanguis ater defluit, inevitabilem prænuncius malorum.
Sed excedite hoc penetrali, et animi robur opponite malis.

CXLI. His auditis, Atheniensium legati gravissimo luctu
erant adfecti. Qui quum ob nunciatam calamitatem prorsus
abjecissent animum, Timon Androbuli filius, civis Delphen-
sis, spectatus in primis inter suos, consuluit eis, ut sumpto
oleæ ramo iterum intrarent, et supplicum habitu denuo pe-
terent oraculum. (2) Cui quum illi obsecuti essent, dixit
sentque: « O rex Apollo, melius nobis oraculum de patria
ede, hos supplicum ramos respiciens, quos tibi ferimus;
aut ex hoc penetrali non discedimus, sed hic manebimus
usque dum vita excedamus: » hæc ubi dixerunt, alterum
illis oraculum Pythia edidit hujusmodi:

Non potest Pallas Jovem Olympium flectere,
multis illum verbis precatâ prudentique consilio. [mita/r.
Tibi vero hoc rursus verbum edico, adamantis simile fir-
Quando cætera omnia capientur, quæ intra Cecropis fines
et sacri Cithæronis latebras sunt comprehensa;
Tritoniæ hoc dat late-cernens Juppiter, ut ligneus murus
solus inexpugnabilis sit, qui te tuosque liberos servet.
Neque tu equitum mane peditumque invadentem [te,
a continente numerosum exercitum tranquillius; sed recipere
terga vertens. Erat tempus, quum tu etiam contra stabis.
O divina Salamis! perdes tu filios mulierum,
sive passim disseminata Cerere, sive collecta.

CXLIH. Quæ quum mitiora ipsis essent esseque videren-
tur quam prius editum oraculum, scripto hæc consigna-
runt, et redierunt Athenas. Id ipsum vero responsum
postquam reversi legati ad populum retulere, et aliæ multæ
dicebantur sententiæ ab his qui in mentem oraculi inqui-
rebant, et hæc duæ maxime inter se conflictantes. (2) Di-
cebant seniorum nonnulli, videri sibi deum significare su-
perfuturam esse arcem. Erat enim olim arx Athenarum
septo munita: hi igitur, id septum cogitantes, hunc esse li-
gneum illum murum conjectabantur. (3) Alii contra, naves,
aiebant, a deo significari; hasque parandas esse atque in-
struendas, omissis aliis rebus omnibus, contendebant. Ili

ξύλινον τεῖχος ἐστράλλε τὰ δύο τὰ τελευταῖα ῥηθέντα ὑπὸ τῆς Πυθίης,

Ὡ θεΐη Σαλαμίς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν
ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης

vero ipsi, qui naves esse dicebant ligneum murum, in duobus postremis Pythiæ versibus illis hæsilabant :

O divina Salamis ! perdes tu filios mulierum,
sive passim disseminata Cerere, sive collecta.

(4) Quæ ob verba conturbabantur animi eorum qui naves interpretabantur ligneum murum. Nam interpretes oraculi in hanc sententiam verba hæc accipiebant, quasi ad Salaminem essent cladem accepturi, si ad navalem pugnam sese comparassent.

CXLIII. Erat autem Athenis vir quidam, nuper inter primarios cives locum consecutus, cui erat nomen Themistocles, vulgo vero Neoclis filius adpellabatur. (2) Hic vir, negans recte ista accipi ab oraculorum interpretibus, in hanc sententiam disseruit : Si vere ad Athenienses spectaret istud dictum, non adeo mihi verbo usurum fuisse, ait, deum, sed « O misera Salamis » dicturum fuisse, non « O divina Salamis ; » si quidem circa eam perituri essent incolæ. (3) Sed enim in hostes valere dei responsum, si quis illud recte intelligat, non in Athenienses. Itaque suasit civibus, ut ad navalem pugnam sese compararent ; hunc enim esse ligneum murum. (4) Hanc in partem quum sententiam Themistocles dixisset, censuerunt Athenienses potiore esse hanc rationem, quam illam quæ erat ab oraculorum interpretibus proposita : qui, adparatum navalis pugnae dissuadentes, summam rei in eo verti contendebant, ut ne manus quidem contra invadentes hostes tollerent, sed, relicta prorsus Attica, in alia terra novas sedes quærerent.

CXLIV. Alia vero etiam ante hanc ejusdem Themistoclis sententia opportune vicerat. Quum ingentes fuissent in Atheniensium ærario pecuniæ, quæ ex metallis a Laureo redierant, in eoque res esset, ut ea pecunia viritim civibus divideretur, et unusquisque decem acciperet drachmas ; (2) tunc Themistocles persuaserat civibus, ut, omissa illa distributione, naves ex hac pecunia ducentas ædificarent ad bellum, bellum cum Æginetis intelligens. Hoc enim bellum, tunc conflatum, Græciæ fuit salutis, eo quod Athenienses mari dare operam coegit. (3) Sed naves hæ, ad quem comparatæ fuerant usum, in eum quidem non sunt adhibitæ : at ita tamen opportuno tempore in promptu fuere Græciæ. Has igitur naves, ante comparatas, tunc habuere Athenienses ; præterque eas aliæ erant ædificandæ. (4) Et post acceptum oraculi responsum habita deliberatione decreverunt, deo obsequentes cum omnibus copiis naves conscendere, et mari, una cum eis ex Græcia qui ita vellent, excipere barbarum Græciam invadentem. Ista igitur, quæ dixi, oracula Atheniensibus evenerant.

CXLV. Postquam vero in unum locum convenere quicumque ex Græciis Græciam incolentibus meliora sentiebant, ibi tum cunctis inter se sermonibus, fideque data, de comuni consilio placuit, primum rerum omnium componere inimicitias et mutua bella, quæ inter ipsos obtinerent. Erant autem et contra alios suscepta bella ; maximum vero obtinebat inter Athenienses et Æginetas. (2) Deinde vero, quum rescivissent Sardibus cum exercitu esse Xerxem, placuit speculatores mittere in Asiam, qui res regis exploarent ; tum et Argos mittere legatos, societatem adversus

(4) Κατὰ ταῦτα τὰ ἔπεα συνεχόντο αἱ γνώμαι τῶν φαμένων τὰς νέας τὸ ξύλινον τεῖχος εἶναι· οἱ γὰρ χρησολόγοι ταύτῃ ταῦτα ἐλάμβανον, ὡς ἀμφὶ Σαλαμίνα δεῖ σφέας ἐσωθῆναι ναυμαχίῃν παρασκευασαμένους.

CXLIII. Ἦν δὲ τῶν τις Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς πρῶ-
10 τους νεωστὶ παριῶν, τῷ οὐνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλῆς, παῖς δὲ Νεοκλῆος ἐκαλέετο. (2) Οὗτος ὧν ῥη οὐκ ἔφη πᾶν ὁρθῶς τοὺς χρησολόγους συμβάλλεσθαι, λέγων τοιάδε, εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἐπὶ εἰρημένον ἐν τῷ, οὐκ ἂν οὕτω μιν δοκέειν ἡπίως χρῆσθαι, ἀλλ' ὥδε,
15 « ὦ σχετλίη Σαλαμίς » ἀντὶ τοῦ, « ὦ θεΐη Σαλαμίς, » εἰ πέρ γε ἐμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ τελευτήσῃν· (3) ἀλλὰ γὰρ ἐς τοὺς πολεμίους τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον συλλαμβάνοντι κατὰ τὸ ὁρθόν, ἀλλ' οὐκ ἐς Ἀθηναίους. Παρασκευάζεσθαι ὧν αὐτοὺς ὡς ναυμα-
CLXXI. Sed hæc de Rheginis et Tarentinis in transcurso dicta sunt. In Cretam vero hominibus viduatam immigrasse, aiunt Præsii, alios homines, maximeque Græcos: tertia vero post Minois obitum generatione gestum esse bellum Trojanum, in quo non postremi ordinis adjutores Menelai Cretenses fuisse satis aiunt constare. (2) Pro ista vero opera Græcis navata, postquam a Troja rediissent Cretenses, famem pestemque et ipsis et gregibus ipsorum esse obortam; denique, desolata iterum Creta, tertios nunc Cretenses una cum his, qui e superioribus reliqui fuissent, eam habitare. Hæc igitur in memoriam illis revocans Pythia prohibuit auxilia Græcis mittere volentes.

CLXXII. Thessali primum necessitate coacti Medorum

ἐμῆδισαν, ὡς διέδεξαν ὅτι οὐ σφί ἦνδανε τὰ οἱ Ἀλευά-
 δαι ἐμυχανέοντο. Ἐπεῖτε γὰρ ἐπύθοντο τάχιστα μέλ-
 λοντα διαβαίνειν τὸν Πέρσῃν ἐς τὴν Εὐρώπῃν, πέμ-
 πουσι ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἀγγέλους· ἐν δὲ τῷ Ἰσθμῷ ἔσαν
 ἡλισμένοι πρόβουλοι τῆς Ἑλλάδος ἀραιρημένοι ἀπὸ
 τῶν πολιῶν τῶν τὰ ἀμείνως φρονεουσέων περὶ τὴν Ἑλ-
 λάδα. (3) Ἀπικόμενοι δὲ ἐπὶ τούτους τῶν Θεσσαλῶν
 οἱ ἄγγελοι ἔλεγον, « ἄνδρες Ἕλληνες, δεῖ φυλάσσεσθαι
 τὴν ἑσβολὴν τὴν Ὀλυμπικὴν, ἵνα Θεσσαλίῃ τε καὶ ἡ
 10 σύμπασα ἡ Ἑλλάς ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου. (3) Ἡμεῖς
 μὲν νυν ἑτοίμοι εἰμεν συμφυλάσσειν, πέμπειν δὲ χρὴ
 καὶ ὑμέας στρατιὴν πολλήν, ὡς εἰ μὴ πέμψετε, ἐπί-
 στασθε ἡμέας δολογήσειν τῷ Πέρσῃ· οὐ γὰρ τοι προ-
 κητμένους τοσοῦτο πρὸ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος μόνους
 15 πρὸ ὑμῶν δεῖ ἀπολέσθαι. (4) Βωθέειν δὲ οὐ βουλό-
 μενοι ἀναγκαιὴν ἡμῖν οὐδεμίαν οἷοι τέ ἐστε προσφέ-
 ρειν· οὐδαμὰ γὰρ ἀδυνασίης ἀνάγκη χρίσσω ἐφυ.
 Ἡμεῖς δὲ πειρησόμεθα αὐτοὶ τινα σωτηρίην μηχανεώ-
 μενοι. » Ταῦτα ἔλεγον οἱ Θεσσαλοί.

20 CLXXIII. Οἱ δὲ Ἕλληνες πρὸς ταῦτα ἐβουλεύ-
 σαντο ἐς Θεσσαλίην πέμπειν κατὰ θάλασσαν πεζὸν
 στρατὸν φυλάζοντα τὴν ἑσβολήν. Ὡς δὲ συνελέχθη
 ὁ στρατὸς, ἔπλωε δι' Εὐρίπου· ἀπικόμενος δὲ τῆς
 Ἀγαίης ἐς Ἄλόν, ἀποβάς ἐπορεύετο ἐς Θεσσαλίην,
 25 τὰς νέας γυτοῦ καταλιπὼν, καὶ ἀπῆκετο ἐς τὰ Τέμ-
 πεα ἐς τὴν ἑσβολὴν ἣ παρ' ἀπὸ Μακεδονίης τῆς
 κάτω ἐς Θεσσαλίην φέρει παρὰ Πηνειὸν ποταμὸν,
 μεταξὺ δὲ Οὐλύμπου τε οὖρεος ὄντος καὶ τῆς Ὀσσης.
 (2) Ἐνθαῦτα ἱερατοπεδεύοντο τῶν Ἑλλήνων κατὰ
 30 μυρίους ὀπίται συλλεγόντες, καὶ σφί προσῆν ἡ Θεσ-
 σαλῶν ἵππος· ἑστρατήγεε δὲ Λακεδαιμονίων μὲν
 Εὐαίνετος ὁ Καρήνου ἐκ τῶν πολεμάρχων ἀραιρη-
 μένος, γένεος μέντοι ἐὼν οὐ τοῦ βασιλείου, Ἀθηναίων
 δὲ Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέος. (3) Ἐμειναν δὲ ὀλί-
 35 γας ἡμέρας ἐνθαῦτα· ἀπικόμενοι γὰρ ἄγγελοι παρ'
 Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀμύντew ἀνδρὸς Μακεδόνης συνεβού-
 λευόν σφί ἀπαλλάσσεσθαι μηδὲ μένοντας ἐν τῇ
 ἑσβολῇ καταπατηθῆναι ὑπὸ τοῦ στρατοῦ τοῦ ἐπιόντος,
 σημαίνοντες τὸ πλῆθος τῆς στρατιῆς καὶ τὰς νέας. (4)
 40 Ὡς δὲ οὗτοί σφί ταῦτα συνεβούλευον (χρηστὰ γὰρ
 ἐδόκειον συμβουλεύειν, καὶ σφί εὖνοος ἐφάνετο ἐὼν ὁ
 Μακεδών), ἐπείθοντο. Δοκέειν δέ μοι, ἄρρωδὴ ἦν τὸ
 πείθον, ὡς ἐπύθοντο καὶ ἄλλῃν ἐοῦσαν ἑσβολὴν ἐς Θεσ-
 σαλοὺς κατὰ τὴν αὐτὰ Μακεδονίην διὰ Περραιβῶν κατὰ
 45 Ἰόνον πόλιν, τῇ περ δὴ καὶ ἐσέβαλε ἡ στρατιὴ ἡ
 Ξέρξεω. Καταβάντες δὲ οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὰς νέας ὀπί-
 στω ἐπορεύοντο ἐς τὸν Ἰσθμόν.

CLXXIV. Αὕτη ἐγένετο ἡ ἐς Θεσσαλίην στρατιῇ
 βασιλέος τε μέλλοντος διαβαίνειν ἐς τὴν Εὐρώπῃν ἐκ
 60 τῆς Ἀσίας καὶ ἐόντος ἤδη ἐν Ἀβυδῷ. Θεσσαλοὶ δὲ
 ἐρημωθέντες συμμάχων, οὕτω δὴ ἐμῆδισαν προθύμως
 οὐδ' ἔτι ἐνδοιαστῶς, ὥστε ἐν τοῖσι πρῆγμασι ἐφάνοντο
 βασιλεῖ ἄνδρες ἐόντες χρησιμώτατοι.

CLXXV. Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐπεῖτε ἀπῆκατο ἐς τὸν

partes sequi cōperunt, postquam ostenderunt non sibi
 placere Aleuadarum artificia. Nam simulatque intellexe-
 runt Persam esse in Europam trajecturum, nuncios in
 Isthmum miserunt, ubi convenerant legati a civitatibus
 meliora sentientibus delecti, qui pro salute Græciæ de-
 liberarent. (2) Ad hos ubi venerant Thessalorum legati,
 hac oratione usi sunt : « Viri Græci, custodire oportet
 fauces Olympicas, quo Thessalia et universa Græcia a
 bello tuta præstetur. (3) Sumus quidem nos parati
 ad eas vobiscum custodiendas, sed et vos oportet
 validum mittere exercitum : etenim, nisi miseritis, scitote
 nos cum Persa fœdus esse inituros. Nec enim profecto æ-
 quum est, ut nos, qui ante reliquam Græciam adeo su-
 mus expositi, soli pro vobis pereamus. (4) Quodsi vos
 opem ferre non vultis, nullam nobis necessitatem poteritis
 imponere ; ultra vires enim cogi nemo potest : sed ipsi da-
 bimus operam ut salutem nostræ aliqua ratione consulamus. »
 Hæc Thessalorum fuit oratio.

CLXXIII. Qua audita oratione decreverunt Græci pede-
 stre exercitum mari in Thessaliam mittere, qui fauces
 illas custodiret. Qui ubi collectus est exercitus, per Euripum
 navigavit ; et postquam Alon Acliaie *Phthiotidis* per-
 venit, in terram expositus, relictis ibi navibus, in Thessaliam
 ire perrexit : et in Tempe pervenit, ubi sunt fauces quæ ex
 inferiori Macedonia in Thessaliam ferunt secundum Peneum
 fluvium, qui inter Olympum montem et Ossam interfluit.
 (2) Ibi castra posuerunt collecta Græcorum circa decem
 millia gravis armaturæ : cum eisque Thessalorum erat
 equitatus. Imperator erat Lacedæmoniorum Euaenetus,
 Careni filius, ex polemarchis electus, non quidem ex regia
 familia natus ; Atheniensium vero, Themistocles Neoclis
 filius. (3) At nonnisi paucos dies hi ibi manserunt. Ad-
 venientes enim ab Alexandro Macedone, Amyntæ filio, le-
 gati suaserunt eis ut discederent, neu in his faucibus ma-
 nentes conculcarentur ab invadente exercitu ; quibus verbis
 illi multitudinem copiarum pedestrium nauticarumque si-
 gnificaverunt. (4) His igitur ita suadentibus, quum salutare
 videretur consilium, satisque constaret bene adversus
 ipsos animatum esse Macedonem, paruerunt Græci. Mihi
 vero videtur metus fuisse, qui illis ut discederent suaserit,
 quum intellexissent aliam præter hanc esse viam qua in
 Thessaliam transire hostis posset, per superiorem Macedo-
 niam et Perrhæborum fines juxta Gonnon urbem ; qua
 etiam in Thessaliam transit Xerxis exercitus. Græci igitur,
 naves suas repetentes, ad Isthmum retro sunt pro-
 lecti.

CLXXIV. Hæc in Thessaliam expeditio suscepta est,
 quum rex in eo fuit ut in Europam ex Asia trajiceret, jam-
 que Abydum pervenerat. Ita ergo Thessali, sociis desti-
 tuti, studiosè neque amplius dubitanter Medorum partes
 sunt amplexi, adeo et in ipsis rebus gerendis utilissimos
 sese regi præstiterint.

CLXXV. Græci postquam ad Isthmum pervenere, repu-

Ἰσθμὸν, ἐβουλεύοντο πρὸς τὰ λεγθέντα ἐξ Ἀλεξάνδρου
τῇ τε στήσονται τὸν πόλεμον καὶ ἐν οἷσις χώροις. (2)
Ἡ νικῶσα δὲ γνώμη ἐγένετο τὴν ἐν Θερμοπύλῃσι ἐσθο-
λὴν φυλάττειν· στεινότερῃ γὰρ ἐφαίνετο εἶσα τῆς ἐς Θεσ-
5 σαλίην, καὶ ἅμα ἀγχιότερῃ τῆς ἐσωτῶν. Τὴν δὲ ἀτρα-
πὸν, δι' ἣν ἦλθσαν οἱ ἄλόντες Ἕλλησιν ἐν Θερμοπύ-
λῃσι, οὐδὲ ᾔδεσαν εἶδεν πρότερον ἢ περ ἀπικόμενοι
ἐς Θερμοπύλῃς ἐπύθοντο Τρηχινίων. (3) Ταύτην ὡν
ἐβουλεύσαντο φυλάσσοντας τὴν ἐσθολὴν μὴ παρίεναι
10 ἐς τὴν Ἑλλάδα τὸν βάρβαρον, τὸν δὲ ναυτικὸν στρατὸν
πλῶειν γῆς τῆς Ἰσθμιαίας ἐπ' Ἀρτεμίσιον. Ταῦτα
γὰρ ἀγχοῦ τε ἀλλήλων ἐστὶ ὥστε πυνθάνεσθαι τὰ κατ'
ἑκατέρους ἔοντα, οἳ τε χώροι οὗτοι ἔχουσι.

CLXXVI. Τοῦτο μὲν, τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐκ τοῦ πελά-
15 γος τοῦ Θρηϊκίου ἐξ εὐρέος συνάγεται ἐς στεῖνόν ἔοντα
τὸν πόρον τὸν μεταξὺ νήσου τε Σκιάθου καὶ ἡπείρου
Μαγνησίης· ἐκ δὲ τοῦ στεῖνου τῆς Εὐβοίης ᾗδῃ τὸ Ἀρ-
τεμίσιον δέκεται αἰγιαλὸς, ἐν δὲ Ἀρτεμίδος ἱόν. (2)
Ἡ δὲ αὖ διὰ Τρηχίνος ἐσόδος ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐστὶ, τῇ
20 στενωτάτῃ, ἡμίπλεθρον. Οὐ μέντοι κατὰ τοῦτο γ'
ἐστὶ τὸ στενωτότατον τῆς χώρας τῆς ἄλλης, ἀλλ' ἐμπρο-
σθὲ τε Θερμοπυλῆων καὶ ὀπίσθῃ, κατὰ τε Ἀλπηνοὺς
ὀπίσθῃ ἔοντας εἶσα ἀμαξιτὸς μούνη, καὶ ἐμπροσθε
κατὰ Φοίνικα ποταμὸν ἀγχοῦ Ἀνθηλῆς πόλιος ἀμαξι-
25 τὸς ἄλλῃ μούνη. (3) Τὸν δὲ Θερμοπυλῶν τὸ μὲν
πρὸς ἐσπέρης οὖρος ἀβάτον τε καὶ ἀπόκρημνον, ὕψη-
λόν, ἀνατεῖνον ἐς τὴν Οἴτην· τὸ δὲ πρὸς τὴν ἡῶν τῆς
ὁδοῦ θάλασσα ὑποδέκεται καὶ τενάγεια. Ἔστι δὲ ἐν
τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρά, τὰ Χύτρος καλεῖται οἱ
30 ἐπιχώριοι, καὶ βωμὸς Ἰδρυταί· Ἡρακλῆος ἐπ' αὐτοῖσι.
(4) Ἐδέδμητο δὲ τεῖχος κατὰ ταύτας τὰς ἐσβολὰς, καὶ
τό γε παλαιὸν πύλαι ἐπῆσαν. Ἐδεῖμαν δὲ Φωκέας τὸ
τεῖχος δεισαντες, ἐπεὶ Θεσσαλοὶ ἦλθον ἐκ Θεσπρωτῶν
οἰκίσσοντες γῆν τὴν Αἰολίδα, τὴν περ νῦν ἐκτεάται. (5)
36 Ἀτε δὲ πειρωμένων τῶν Θεσσαλῶν καταστρέφεισθαι
σφεας, τοῦτο προεφυλάξαντο οἱ Φωκέες, καὶ τὸ ὕδωρ
τὸ θερμὸν τότε ἐπῆσαν ἐπὶ τὴν ἐσόδον, ὥς ἂν χαρ-
δρωθεῖ ὁ χῶρος, πᾶν μηχανεώμενοι ὅπως μὴ σφὶ ἐσβά-
λοιεν οἱ Θεσσαλοὶ ἐς τὴν χώραν. (6) Τὸ μὲν νυν τεῖ-
40 γος τὸ ἀρχαῖον ἐκ παλαιῶν τε ἐδέδμητο, καὶ τὸ πλέον
αὐτοῦ ᾗδῃ ὑπὸ χρόνου ἐκέετο· τοῖσι δὲ αὖτις ὀρθώσασι
ἔδοξε ταύτῃ ἀπαμύναι ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τὸν βάρβα-
ρον. Κώμη δὲ ἐστὶ ἀγχιτάτω τῆς ὁδοῦ, Ἀλπηνοὶ οὖ-
νομα· ἐκ ταύτης δὲ ἐπισιτιέσθαι ἐλογίζοντο οἱ Ἑλ-
46 λῆνες.

CLXXVII. Οἱ μὲν νυν χώροι οὗτοι τοῖσι Ἕλλησι
εἶναι ἐφαίνοντο ἐπιτρίβοι· ἅπαντα γὰρ προσκεψάμε-
νοι καὶ ἐπιλογισθέντες ὅτι οὔτε πλῆθει ἔξουσι χρᾶσθαι
οἱ βάρβαροι οὔτε ἵππῳ, ταύτῃ σφὶ ἔδοξε δέκεσθαι τὸν
50 ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. (2) Ὡς δὲ ἐπύθοντο τὸν
Πέρσῃ ἔοντα ἐν Πιερῇ, διαλυθέντες ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ
ἐστρατεύοντο αὐτῶν οἱ μὲν ἐς Θερμοπύλῃς περὶ, ἄλλοι
δὲ κατὰ θάλασσαν ἐπ' Ἀρτεμίσιον.

CLXXVIII. Οἱ μὲν δὲ Ἕλληνες κατὰ τάχος ἐβύ-

tantes ea quae ab Alexandro nunciata erant, deliberarunt
qua ratione bellum administrarent, et quibus in locis so-
des belli esset statuenda. (2) Vicit sententia, ut Thermopy-
larum fauces custodirentur: nam et angustiores has esse
constabat quam illas per quas ex Macedonia in Thessaliam
transitur, simulque propiores hae erant ipsorum terrae,
callem autem, per quem deinde factum est ut interciperen-
tur Graeci ad Thermopylas, ne esse quidem noverant, prius-
quam Thermopylas ingressi resciverunt a Trachiniis. (3)
Decreverunt igitur, custoditis illis faucibus Barbarum in-
troitu in Graciam prohibere, classem vero ad Artemisium
terrae Histiaeotidis mittere. Nam vicina inter se sunt ista
loca, ut quid utrobique geratur facile cognosci possit; et
locorum haec ratio est.

CLXXVI. Artemisium ex aperto mari Thracico in angu-
stum fretum coarctatur, quod est inter Sciathum insulam
et continentem Magnesiae: inde angustias illas excipit Arte-
misium litus Euboeae, in quo est Artemidos (Dianae) tem-
plum: (2) Fauces autem illae, per quas ex Trachine in
Graciam est introitus, ubi angustissimae sunt, non ultra
dimidiatum plethrum (quinquaginta pedes) patent. Nec
vero ibi angustissimus locus universi hujus tractus est, sed
ante et post Thermopylas: nam prope Alpenos, qui sunt
post illas, non nisi uni agendo vehiculo via patet; rursusque
ante Thermopylas, ubi est Phoenix rivus, prope Anthelam
oppidum, non nisi uni vehiculo patet iter. (3) Ab occi-
dente vero Thermopylarum mons est praetaltus, inaccessus
praeruptusque, ad Eetam tendens: ab oriente vero viae,
mare est et paludes. Sunt autem in his faucibus aquae ca-
lidae, quas Chytros (id est Lebetes) incolae vocant; supra
quas ara erecta est Herculi. (4) In hisce faucibus constru-
ctus erat murus, in quo olim porta fuerat. Murum illum
Phocenses exstruxerant metu Thessalorum, qui ex The-
sprotia venerant, terram Aelidem habitaturi, quam nunc
possident. (5) Quum enim id agerent Thessali, ut vi subi-
gerent Phocenses, muro isto exstructo hi sibi praecaverunt;
atque etiam in viam, qua transitur, calidam aquam deriva-
runt, quo voraginosus fieret locus; quidlibet machinantes,
ne in terram suam irrumperent Thessali. (6) Murus igitur
ille antiquitus erat aedificatus, tunc vero majori ex parte
corruebat vetustate: Graeci autem restituere eum decre-
verunt, et ibi Barbarum introitu Graeciae prohibere. Abest
autem proxime a via vicus, nomine Alpeni: ex quo rei
frumentariae Graeci prospicere statuerunt.

CLXXVII. Haec itaque loca haud dubie opportuna illis
visa erant: atque adeo, provis rebus omnibus, reputan-
tes nec multitudine hominum ibi uti posse Barbaros, nec
equitatu, excipere ibidem impetum invadentis Graeciam
hostis decreverunt. (2) Quumque cognovissent in Pieria
esse Persam, ex Isthmo discesserunt et pedibus alii profecti
sunt ad Thermopylas, alii mari ad Artemisium.

CLXXVIII. Dum ita Graeci, bifariam divisi, occurrere

θεον διαταχθέντες, Δελφοὶ δ' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐχρησ-
στηρίζοντο τῷ θεῷ ὑπὲρ ἐωυτῶν καὶ τῆς Ἑλλάδος
καταρρωδηκότες, καὶ σφι ἐχρήσθη ἀνέμοισι εὐχεσθαι·
μεγάλους γὰρ τούτους ἔσεσθαι τῇ Ἑλλάδι συμμάχους.

(2) Δελφοὶ δὲ δεξαμένοι τὸ μαντήιον πρῶτα μὲν Ἑλ-
λήνων τοῖσι βουλομένοισι εἶναι ἐλευθέροισι ἐξήγγειλαν
τὰ χρησθέντα αὐτοῖσι, καὶ σφι δεινῶς καταρρωδέουσι
τὸν βάρβαρον ἐξαγγελίαντες χάριν ἀθάνατον κατέθεντο.

(3) μετὰ δὲ ταῦτα οἱ Δελφοὶ τοῖσι ἀνέμοισι βωμόν τε
ἀπέδεξαν ἐν Θυίῃ, τῇ περ τῆς Κηφισοῦ θυγατρὸς
Θυῖης τὸ τέμενός ἐστι, ἐπ' ἧς καὶ ὁ χῶρος οὗτος τὴν
ἐπωνυμίην ἔχει, καὶ θυσιήσῃ σφας μετήσαν. Δελ-
φοὶ μὲν νυν κατὰ τὸ χρηστήριον ἐτι καὶ νῦν τοὺς ἀνέ-
μους ἰάσκονται.

CLXXIX. Ὁ δὲ ναυτικὸς Ξέρξεω στρατὸς ὁρμώ-
μενος ἐκ Θέρμης πόλιος παρέβαλε νηυσὶ τῇσι ἀρίστα
πλωούσῃσι δέκα ἰθὺ Σκιαθοῦ, ἔνθα ἔσαν προφυλάσ-
σουσαι νέες τρεῖς Ἑλληνίδες, Τροϊζινή τε καὶ Αἰγι-
ναΐη καὶ Ἀττική. Προϊόντες δὲ οὗτοι τὰς νέας τῶν
βαρβάρων ἐς φυγὴν ὥρμησαν.

CLXXX. Τὴν μὲν δὴ Τροϊζινήν, τῆς ἦρχε Πη-
ξίνος, αὐτίκα αἰρέουσι ἐπιστόμενοι οἱ βάρβαροι. Καὶ
ἐπειτεν τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς τὸν καλλιστεύοντα ἀγα-
γόντες ἐπὶ τὴν πρῶρην τῆς νεὸς ἔσφαζαν, διαδέξιον
ποιεῦμενοι τὸν εἶλον τῶν Ἑλλήνων πρῶτον καὶ κάλ-
λιστον. (2) Τῷ δὲ σφαγιασθέντι τούτῳ ὄνομα ἦν
Λέων· τάχα δ' ἂν τι καὶ τοῦ ὀνόματος ἐπαύροιο.

CLXXXI. Ἡ δὲ Αἰγιναιή, τῆς ἐτρηιράρχεε Ἀσω-
νίδης, καὶ τινα σφι θόρυβον παρέσχε Πυθέω τοῦ Ἰσχε-
νόου ἐπιβατεύοντος, ἀνδρὸς ἀρίστου γενομένου ταύτην
τὴν ἡμέρην, ὃς ἐπειδὴ ἡ νηὺς ἤλίσκετο ἐς τοῦτο ἀντειχε
μαχόμενος ἐς ὃ κατεκρουεργήθη ἀπας. (2) Ὡς δὲ πε-
σὼν οὐκ ἀπέθανε, ἀλλ' ἦν ἔμψυκος, οἱ Πέρσαι, οἱ περ
ἐπεβάτευον ἐπὶ τῶν νεῶν, δι' ἀρετὴν τὴν ἐκείνου περι-
ποιῆσαι μιν περὶ πλείστου ἐποίησαντο, σμύρνησιν τε
ἰώμενοι τὰ ἔλκεα καὶ σινδόνης βυσσίνης τελαμῶσιν κα-
τελίσσαντες. (3) Καὶ μιν, ὡς ὀπίσω ἀπίκοντο ἐς τὸ
ἐωυτῶν στρατόπεδον, ἐπεδείκνυσαν ἐκπαχλεύμενοι πάσῃ
τῇ στρατιῇ, περιέποντες εὖ. Τοὺς δὲ ἄλλους τοὺς
ἔλαβον ἐν τῇ νηϊ ταύτῃ, περιείπον ὡς ἀνδράποδα.

CLXXXII. Αἱ μὲν δὴ δύο τῶν νεῶν οὕτω ἐχειρώ-
θησαν, ἡ δὲ τρίτη, τῆς ἐτρηιράρχεε Φόρμος ἀνὴρ
Ἀθηναῖος, φεύγουσα ἐξοκέλει ἐς τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πη-
νειοῦ, καὶ τοῦ μὲν σκάφεος ἐκράτησαν οἱ βάρβαροι,
τῶν δὲ ἀνδρῶν οὐ· ὡς γὰρ δὴ τὰχιστα ἐπώκειλαν τὴν
νέα οἱ Ἀθηναῖοι, ἀποθρόνοντες κατὰ Θεσσαλίην πο-
ρευόμενοι ἐκομίσθησαν ἐς Ἀθήνας. (2) Ταῦτα οἱ Ἑλ-
ληνες οἱ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ στρατοπεδεύμενοι πυνθάνονται
παρὰ πυρσῶν ἐκ Σκιάθου. Πυθόμενοι δὲ καὶ κα-
ταρρωδῆσαντες ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου μεταωρίζοντο ἐς
Χαλκίδα, φυλάζοντες μὲν τὸν Εὐρίππον, λείποντες δὲ
ἡμεροσκόπους περὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς Εὐβοίας.

CLXXXIII. Τῶν δὲ δέκα νεῶν τῶν βαρβάρων τρεῖς
ἐπῆλασαν περὶ τὸ ἔρμα τὸ μεταξὺ ἐὼν Σκιάθου τε καὶ

hosti maurant; interim Delphenses, et sibi et Græciæ ti-
mentes, deum consuluerunt. Redditumque his est respon-
sum, precibus votisque placarent ventos; hos enim ma-
gnos Græciæ fore adjuutores. (2) Id acceptum responsum
protinus Delphenses Græcis omnibus, qui libertatem tueri
cupiebant, renunciarunt, eoque nuncio apud hos, quippe
ad Barbari adventum vehementer trepidantes, immortalem
inierunt gratiam. (3) Deinde iidem Delphenses ventis aram
dedicarunt in Thyia, ubi locus sacer est Thyiæ, Cephissi
filiiæ, cujus de nomine locus iste nomen invenit, sacrificiis-
que illos placarunt. Atque etiam nunc ex oraculi jussu
ventos placant Delphenses.

CLXXIX. Nauticus Xerxis exercitus, Therma urbe pro-
fectus, navibus decem optime navigantibus (*quæ classem
antecedebant*) recta Sciathum trajecit; ubi in statione erant
speculatoriæ tres naves Græcorum, Træzenia, Aeginensis,
et Attica. Prospicientes autem hi naves barbarorum, fugæ
sese mandant.

CLXXX. Et Træzeniam quidem navem, cui præerat
Praxinus, protinus capiunt insequentes barbari. Quo facto,
ex classiariis eum qui forma cæteris præstabat, in proram
navis deductum, mactant, faustum omen sibi esse ducentes
pulcherrimum Græcorum, quem primum omnium cepissent.
(2) Erat autem mactato huic nomen Leo; qui fortasse ali-
quatenus ex ipso etiam hoc nomine istum fructum percepit.

CLXXXI. Aeginensis vero triremis, cui Asonides erat
præfectus, trepidationem etiam quamdam iniecit hostibus.
Militabat enim in ea Pytheas, Ischenoi filius, qui fortissi-
mum virum illo die se præstitit; et, postquam capta est
navis, eo usque pugnans restitit, donec totus veluti in
frusta esset concisus. (2) Quem Persæ, qui in illis na-
vibus militabant, quum cadens non esset mortuus, sed
spiraret adhuc, propter ipsius virtutem in vita servare
maximi facientes, myrrhis vulnera viri curarunt, et fasciis
ex byssina sindone obligarunt: (3) eundemque, ut ad castra
sua redierunt, universo exercitui summa cum admiratione
ostenderunt, benigneque cum eo egerunt: reliquos autem,
quos in eadem navi ceperant, mancipiorum loco habuere.

CLXXXII. Ita igitur duæ ex illis navibus ab hostibus
captæ sunt: tertia vero triremis, cui Phormus præerat
Atheniensis, dum fuga se recepit, ad terram impacta est
in Penei ostiis: et navi quidem potiti sunt barbari, viris
autem non item. Hi enim, simulatque ad litus navem
ejecerant, exsilire et per Thessaliam iter facientes redie-
runt Athenas. (2) Hæc Græci ad Artemisium castra
habentes, per ignes ex Sciatho editos cognoverunt; et co-
gnitis, territi ab Artemisio ad Chalcidem cum classe se
receperunt, Euripum custodituri, relictis quidem specula-
toribus in editis Enbœæ locis.

CLXXXIII. Ex decem, quas dixi, navibus hostium tres
ad scopulum accesserunt inter Sciathum et Magnesian in-

Μαγνησίης, καλούμενον δὲ Μύρμηκα. (2) Ἐνθαῦτα οἱ βάρβαροι ἐπειδὴ στήλην λίθου ἐπέθηκαν κομίσαντες ἐπὶ τὸ ἔρμα, ὀρμηθέντες αὐτοὶ ἐκ Θέρμης, ὡς σφι τὸ ἐμποδὼν ἐγεγόνεε καθαρὸν, ἐπέπλωνον πάσῃσι τῇσι νηυσὶ, ἐνδεκα ἡμέρας παρέντες μετὰ τὴν βασιλείας ἐξέλασιν ἐκ Θέρμης. (3) Τὸ δὲ ἔρμα σφι κατηγήσατο ἔον ἐν πόρῳ μάλιστα Πάμμων Σκύριος. Πανημερὸν δὲ πλώντες οἱ βάρβαροι ἐξανύουσι τῆς Μαγνησίης χώρας ἐπὶ Σηπιάδα τε καὶ τὸν αἰγιαλὸν τὸν μετὰξὺ Κασθαναίης τε πόλιος ἑόντα καὶ Σηπιάδος ἀκτῆς.

CLXXXIV. Μέχρι μὲν νυν τούτου τοῦ χώρου καὶ Θερμοπυλῶν ἀπαθῆς τε κακῶν ἦν δὲ στρατὸς, καὶ πλῆθος ἦν τηνικαῦτα ἔτι, ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος εὐρίσκω, τόσον, τῶν μὲν ἐκ τῶν νεῶν τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας, ἑουσίων ἐπτά καὶ διηκοσιῶν καὶ χιλίων, τὸν μὲν ἀρχαῖον ἐκάστων τῶν ἐθνῶν ἑόντα ὁμιλον τέσσαρας καὶ εἴκοσι μυριάδας καὶ πρὸς χιλιάδα τε καὶ τετρακοσίους, ὡς ἀνὰ διηκοσίους ἀνδρας λογιζόμενοι ἐν ἑκάστῃ νηί. (2) Ἐπεβάτευον δὲ ἐπὶ τούτων τῶν νεῶν, χωρὶς ἐκάστων τῶν ἐπιχωρίων ἐπιβατέων, Περσέων τε καὶ Μηδῶν καὶ Σακίων τριήκοντα ἀνδρες. Οὗτος ἄλλος ὁμιλος γίνεταί τρισμῦριοι καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ πρὸς διηκοσίοι τε καὶ δέκα. (3) Προσθήσω δ' ἔτι τούτῳ καὶ τῷ προτέρῳ ἀριθμῷ τοὺς ἐκ τῶν πεντηκοντέρων, ποιήσας δὲ τὸ πλεον ἦν αὐτῶν ἡ ἑλασσον ἀγ' ὀγδῶκοντα ἀνδρας ἐνεῖναι. Συνελέχθη δὲ ταῦτα τὰ πλοῖα, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἰρέθη, τρισχίλια. Ἡδὴ ὧν ἀνδρες ἂν εἴην ἐν αὐτοῖσι τέσσαρες μυριάδες καὶ εἴκοσι. (4) Τοῦτο μὲν νυν τὸ ἐκ τῆς Ἀσίας ναυτικὸν ἦν, σύμπαν ἑὸν πεντήκοντα μυριάδες καὶ μία, χιλιάδες τε ἑπείσι ἐπὶ ταύτῃσι ἐπτά καὶ πρὸς ἑκατοντάδες ἐξ καὶ δεκάς. (5) Τοῦ δὲ πεζοῦ ἐβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες ἐγίνοντο, τῶν δὲ ἱππέων ὀκτὼ μυριάδες. Προσθήσω δ' ἔτι τούτοις τὰς καμήλους τοὺς ἐλαύνοντας Ἀραβίους καὶ τοὺς τὰ ἄρματα Λίβυας, πλῆθος ποιήσας διςμύριους ἀνδρας. (6) Καὶ δὴ τὸ τε ἐκ τῶν νεῶν καὶ τοῦ πεζοῦ πλῆθος συντιθέμενον γίνεταί διηκοσίοι τε μυριάδες καὶ τριήκοντα καὶ μία, καὶ πρὸς χιλιάδες ἐπτά καὶ ἑκατοντάδες ἐξ καὶ δεκάς. (7) Τοῦτο μὲν τὸ ἐξ αὐτῆς τῆς Ἀσίας στρατεύμα ἐξαναχθέν εἰρηται, ἀνευ τε τῆς θεραπείης τῆς ἐπομένης καὶ τῶν σταγυγῶν πλοίων καὶ ὅσοι ἐνέπλωνον τούτοις.

CLXXXV. Τὸ δὲ δὴ ἐκ τῆς Εὐρώπης ἀγόμενον στρατεύμα ἔτι προσλογιστά τούτῳ παντὶ τῷ ἐξηριθμημένῳ δόκησιν δὲ δεῖ λέγειν. Νέας μὲν νυν οἱ ἀπὸ Θρηκίης Ἑλλήνες καὶ ἐκ τῶν νήσων τῶν ἐπικειμένων τῇ Θρηκίᾳ παρείχοντο εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἐκ μὲν νυν τούτων τῶν νεῶν ἀνδρες τετρακισχίλιοι καὶ διςμύριοι γίνονται. (2) Πεζοὶ δὲ τὸν Θρηκίης παρείχοντο καὶ Παίονες καὶ Ἑορδοὶ καὶ Βοττιαῖοι καὶ τὸ Χαλκιδικὸν γένος καὶ Βρύγοι καὶ Πίερες καὶ Μακεδόνες καὶ Περραιβοὶ καὶ Αἰνιῆνες καὶ Δολοπες καὶ Μάγνητες καὶ Ἀχαιοὶ καὶ ὅσοι τῆς Θρηκίης τὴν παραλίην νέμονται, τούτων τῶν ἐθνῶν τριήκοντα μυριάδας δοκέω γενέσθαι.

terjectum, qui Myrmex (*id est* Formica) vocatur. (2) Super eo ubi barbari adveclam lapideam columnam erexerunt, dein, ut jam nihil amplius navigationi obstabat, praetermissis ab regis ex Therma protectione undecim diebus, omnibus navibus Therma profecti, cursum versus Græciam continuarunt. (3) Scopulum autem illum, in medio fere freto situm, indicaverat eis Pammon Scyrius. Totum igitur diem navigantes barbari viam confecerunt usque ad Sepiadem terræ Magnesiae et ad littus inter Casthanæam oppidum et Sepiadem oram interjectum.

CLXXXIV. Ad hunc usque locum, et usque Thermopylas, exsors malorum fuit Xerxis exercitus; et numerus quidem hominum, ut ego computando invenio, tunc adhuc hic fuit: quum naves ex Asia profectæ numero fuerint ducentæ et septem supra mille, veterem multitudinem ex singulis populis collectam reperio fuisse unum et ducenta quadraginta millia hominum cum quadringentis, ducentos in quaque navi viros supputando. (2) Erant autem in quaque illarum navium, præter indigenas classarios, triceni viri Persæ, Medi, et Sacæ: quæ altera multitudo efficit homines tricies sexies mille, ducentos et decem. (3) Huic vero et superiori numero adjiciam etiam eos, qui in quinquaginta remorum navibus actuariis fuerunt; statuens in earum quaque, plus minus, fuisse octogenos. Collecta autem hujusmodi navigia fuerunt, ut jam ante demonstravi, ter mille: fuerint igitur in his ducenta quadraginta hominum millia. (4) Itaque navales hæ copiæ ex Asia transductæ numero fuere quingenta septemdecim hominum millia cum sexcentis et decem. (5) Jam peditatus fuit decies septies centenorum millium; equitatus vero millium octoginta. His adjiciam Arabes camelis vectos, et Afros agitanes currus; quorum summam statuo fuisse viginti millium. (6) Ita conficitur nauticarum et pedestrium copiarum numerus, in unam summam collatus, vicies ter centena et septemdecim hominum millia cum sexcentis et decem. (7) Hic est igitur copiarum numerus, quas ex Asia eductas diximus, non computato famulitio quod illas sequebatur, nec frumentariis navibus, et qui his vehebantur.

CLXXXV. Jam cum universo hoc, quem enumeravimus, exercitu simul computandus ille est, qui ex Europa est contractus: de cujus quidem numero non nisi ex mea opinione dicere possum. Ac naves quidem Græci Thraciam et vicinas Thraciæ insulas incolentes contulere centum et viginti: quibus ex navibus conficitur hominum numerus, viginti quattuor millia. (2) Pedestrium vero copiarum, quas contulere Thracæ et Pæones et Eordi et Bottiæi et Chalcidicum genus et Brygi et Pieres et Macedones et Perrhæi et Ænians et Dolopes et Magnetes et Achæi *Phthiotæ* et quotquot Thraciæ oram maritimam habitant: copiarum, inquam, ex his populis contractarum numerum fuisse æstimo, tre-

(3) Αὐταὶ ὦν αἱ μυριάδες ἐκείνηςσι προστεθεῖσαι τῇσι ἐκ τῆς Ἀσίας γίνονται αἱ πᾶσαι ἀνδρῶν αἱ μάχιμοι μυριάδες διηκόσαι καὶ ἐξήκοντα καὶ τέσσερες, ἔπεισι δὲ ταύτηςι ἑκατοντάδες ἑκακίδεκα καὶ δεκάς.

5 CLXXXVI. Τοῦ μαχίμου δὲ τούτου ἐντός ἀριθμὸν τοσούτου, τὴν θεραπῆτὴν τὴν ἐπομένην τούτοις καὶ τοὺς ἐν τοῖσι σιταγωγοῖσι ἀκάτοις ἐόντας καὶ μάλα ἐν τοῖσι ἄλλοις πλοίοις τοῖσι ἅμα πλώουσι τῇ στρατῇ, τούτους τῶν μαχίμων ἀνδρῶν οὐ δοκέω εἶναι ἐλάσσονας, 10 ἀλλὰ πλεῦνας. (2) Καὶ δὴ σφεας ποίω ἴσους ἐκείνοις εἶναι, καὶ οὔτε πλεῦνας οὔτε ἐλάσσονας οὐδὲν ἐξισούμενοι δὲ οὗτοι τῷ μαχίμῳ ἐκπληροῦσι τὰς ἴσας μυριάδας ἐκείνηςσι. (3) Οὕτως πεντηκοσίας τε μυριάδας καὶ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ καὶ χιλιάδας τρεῖς καὶ ἑκατοντά- 15 δας δύο καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε Ξέρξης ὁ Δαρείου μέχρι Σηπιάδος καὶ Θερμοπυλῆων.

CLXXXVII. Οὗτος μὲν δὴ τοῦ συνάπαντος τοῦ Ξέρξεω στρατεύματος ἀριθμός. Γυναικῶν δὲ σιτοποιῶν καὶ παλλακῶν καὶ εὐνούχων οὐδεὶς ἂν εἴπαι 20 ἀτρεκέα ἀριθμὸν οὐδ' αὖ ὑποζυγίων τε καὶ τῶν ἄλλων κτηνῶν τῶν ἀχθοφόρων καὶ κυνῶν Ἰνδικῶν τῶν ἐπομένων, οὐδ' ἂν τούτων ὑπὸ πλήθους οὐδεὶς ἂν εἴπαι ἀριθμὸν. (2) Ὅποτε οὐδὲν μοι θῶμα παρίσταται προ- 25 δοῦναι τὰ βέεθρα τῶν ποταμῶν ἔστι τῶν, ἀλλὰ μᾶλλον δὴως τὰ στίβια ἀντέγρησε θῶμά μοι μυριάσι τοσαύτηςι. (3) Εὐρύσχω γὰρ συμβαλλόμενος, εἰ χόλινα πυρῶν ἑκάστος τῆς ἡμέρης ἐλάμβανε καὶ μηδὲν πλέον, ἔνδεκα 30 μυριάδας μεδύμωνι τελομένης ἐπ' ἡμέρῃ ἐκάστη, καὶ πρὸς τριηκοσίους τε ἄλλους μεδύμους καὶ τεσσαερά- 35 κοντα· (4) γυναῖξί δὲ καὶ εὐνούχοις καὶ ὑποζυγίοις καὶ κυσὶ οὐ λογίζομαι. Ἀνδρῶν δ' εὐσεύων τοσαυτῶν μυριάδων, καλλεὸς τε εἵνεκεν καὶ μεγάλους οὐδεὶς αὐτῶν ἀξιονικότερος ἦν αὐτοῦ Ξέρξεω ἔχειν τοῦτο τὸ κράτος.

35 CLXXXVIII. Ὁ δὲ δὴ ναυτικός στρατὸς ἐπέιτε δρμηθεὶς ἔπλωε καὶ κατέσχε τῆς Μαγνησίας χώρας ἐς τὸν αἰγιαλὸν τὸν μεταξὺ Κασθαναίης τε πόλιος ἐόντα καὶ Σηπιάδος ἀκτῆς, αἱ μὲν δὴ πρῶται τῶν νεῶν ὄρ- 40 μεον πρὸς γῆ, ἄλλαι δ' ἐπ' ἐκείνηςι ἐπ' ἀγκυρῶν ἄτε γὰρ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐντός οὐ μεγάλου, πρόκροσσαι ὥρ- 45 μέοντο ἐς πόντον καὶ ἐπὶ ὀκτὼ νέας. (2) Ταύτην μὲν τὴν εὐφρόνην οὕτω, ἅμα δὲ δρῶν ἐξ αἰθρίας τε καὶ νηνεμῆς τῆς θαλάσσης ζεσάσης ἐπέπεσέ φηι χειμῶν τε μέγας καὶ πολλὸς ἄνεμος ἀπηλώτης, τὸν δὴ Ἑλλησ- 50 ποντίην καλεῦσι οἱ περὶ ταῦτα τὰ χωρία οἰκημένοι. (3) Ὅσοι μὲν νυν αὐτῶν αὐξόμενον ἔμαθον τὸν ἄνεμον, καὶ τοῖσι οὕτω εἶχε δρῶν, οἱ δ' ἐφθον τὸν χειμῶνα ἠνασπάσαντες τὰς νέας, καὶ αὐτοὶ τε περιῆσαν καὶ αἱ νέες αὐτῶν· ὅσας δὲ τῶν νεῶν μεταρσίας ἔλαβε, τὰς 55 μὲν ἐξέφερε πρὸς Ἴπνους καλεσμένους τοὺς ἐν Πηλῳ, τὰς δὲ ἐς τὸν αἰγιαλόν· αἱ δὲ περὶ αὐτὴν τὴν Σηπιάδα περιέπιπτον, αἱ δὲ ἐς Μελίβοιαν πόλιν, αἱ δὲ ἐς Κασθαναίην ἐξεβράσσοντο. Ἦν τε τοῦ χειμῶνος χρῆμα ἀπόρητον.

centa hominum millia. (3) Quo numero cum illorum numero, qui ex Asia transducti sunt, in unam summam collato, conficitur universus numerus armatorum, sexies et vices centena et unum et quadraginta millia, sexcenti et decem.

CLXXXVI. Tantus quum fuerit armatorum numerus, jam famulorum, qui hos sequebantur, eorumque qui in frumentariis erant navibus, et in reliquis utique navigiis exercitum comitantibus; horum, inquam, numerum non minorem, sed majorem etiam, puto fuisse quam numerum armatorum: (2) attamen parem hunc pono illi, et nihilo majorem, nec vero etiam minorem. Exaequato igitur horum numero cum numero illorum, prodit duplex numerus superioris. (3) Itaque quinquagies bis centena et octoginta tria millia ducentosque et viginti viros duxerat Xerxes Darii filius usque ad Sepiadem et ad Thermopylas.

CLXXXVII. Hic igitur universi exercitus Xerxis numerus fuit. Mulierum vero panificium curantium, et pellicum, et eunuchorum, nemo certum edere numerum possit, non magis quam equorum ceterorumque jumentorum impedimenta portantium, et canum Indicorum, quorum omnium immanis numerus castra secutus est. (2) Quare minime mirandum mihi videtur, fluminum nonnullorum aquam defecisse: sed illud potius miror, quo pacto cibaria suffecerint tot myriadibus. (3) Etenim inito calculo reperio, si unum tritici chemicen unusquisque in diem, nec amplius, acceperit, singulis diebus consumpta esse centena et dena millia medimnorum, insuperque medimnos trecentos et quadraginta: (4) quo in calculo non computavi id, quod mulieribus et eunuchis et jumentis et canibus tribui debuit. Tot autem quum fuerint virorum myriades, formae praestantia et magnitudine corporis nemo ex omni hoc numero, quam Xerxes ipse, dignior fuit qui tanto praesset imperio.

CLXXXVIII. Jam classis, postquam solutis navibus, ut supra dixi, secundo cursu ad littus terrae Magnesiæ pervenit, quod inter Casthanæam oppidum et oram Sepiadem interjectum est; priores quidem naves ad ipsam terram adpulerunt, reliquæ vero, quoniam non adeo late patebat littus, post illas in ancoris stationem ceperunt, mare spectantes, et octo deinceps ordinibus in quincuncem locata. (2) Ita quidem eam noctem transgere. Sub lucem vero, quum serenum ad id tempus cælum tranquillisque fuisset aer, subito effervescente mari ingens coorta est tempestas vehemensque ventus subsolanus, quem Hellespontiam vocant hujus regionis incolæ. (3) Quotquot igitur ex his augescentem animadverterant ventum, et quibus per stationis rationem licuit, hi subductis in terram navibus a tempestate sibi caverunt, salvique et ipsi et eorum naves evaserunt. Quas vero naves nactus est ventus tenentes altum, harum alias ad Ipnos (*id est* Furnos) qui vocantur abripuit in Pelio monte, alias ad proximum littus adflixit: aliæ ad ipsam Sepiadem adlissæ sunt, aliæ ad Melibœam oppidum, aliæ ad Casthanæam ejectæ; eratque ineluctabilis vis tempestatis.

CLXXXIX. Λέγεται δὲ λόγος ὡς Ἀθηναῖοι τὸν Βορέην ἐκ θεοπροπίου ἐπεκαλέσαντο, ἐλθόντος σφι ἄλλου χρηστήριου τὸν γαμβρὸν ἐπικούρου καλέσασθαι. Βορέης δὲ κατὰ τὸν Ἑλλήνων λόγον ἔχει γυναῖκα Ἀττικήν, Ὀρείθυιαν τὴν Ἐρεχθίδος. (2) Κατὰ δὲ τὸ κῆδος τοῦτο οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς φάτις ὥρμηται, συμβαλλόμενοι σφι τὸν Βορέην γαμβρὸν εἶναι, ναυλοχέοντες τῆς Εὐβοίης ἐν Χαλκίδι ὡς ἔμαθον αὐξόμενον τὸν χειμῶνα, ἡ καὶ πρὸ τούτου, ἔθυσαν τε καὶ ἐπεκαλεῦντο τὸν τε Βορέην καὶ τὴν Ὀρείθυιαν τιμωρῆσάι σφι καὶ διαφθεῖραι τῶν βαρβάρων τὰς νέας, ὡς καὶ πρότερον περὶ Ἀθῶν. (3) Εἰ μὲν νυν διὰ ταῦτα τοῖσι βαρβάροις ὁρμέουσι ὁ Βορέης ἐπέπεσε, οὐκ ἔχω εἶπαι· οἱ δ' ὦν Ἀθηναῖοι σφι λέγουσι βουθήσαντα τὸν Βορέην πρότερον καὶ τότε ἐκεῖνα κατεργάσασθαι, καὶ ἱρὸν ἀπελθόντες Βορέῳ ἰδρύσαντο παρὰ ποταμὸν Ἰλισσόν.

CXC. Ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ νέας οἱ ἐλαχίστας λέγουσι διαφθαρῆναι, τετρακοσίων οὐκ ἔλασσονας, ἄνδρας τε ἀναριθμήτους, χρημάτων τε πλῆθος ἀφθονον, ὥστε Ἀμεινοκλείῳ τῷ Κρητίνῳ ἀνδρὶ Μάγνητι γησχεόντι περὶ Σηπιάδα μεγάλως ἡ ναυηγίη χρηστὴ ἐγένετο, δε πολλὰ μὲν γρύσεια ποτήρια ὑστέρῳ χρόνῳ ἐκδρασσόμενα ἀνείλετο, πολλὰ δὲ ἀργύρεα, θησαυροὺς τε τῶν Περσίων εὖρε, ἄλλα τε [γρύσεια] ἄφατα χρήματα περιέβαλετο. Ἄλλ' ὁ μὲν τάλλα οὐκ εὐτυχῶν εὐρήμασι μέγα πλούσιος ἐγένετο· ἦν γάρ τις καὶ τοῦτον ἀχαρις συμφορῇ λυπεύσα παιδοφόνος.

CXCI. Σιταγωγῶν δὲ δλαχῶν καὶ τῶν ἄλλων πλοίων διαφθειρομένων οὐκ ἐπὶν ἀριθμὸς, ὥστε δέισαντες οἱ στρατηγοὶ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ μὴ σφι κεκαυμένοισι ἐπιθένται οἱ Θεσσαλοὶ, ἔρχος ὑψηλὸν ἐκ τῶν ναυηγίων περιεβάλλοντο. (1) Ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχειμαζε τρεῖς· τέλος δὲ ἐντομά τε ποιεῦντες καὶ καταιδόντες γοῇσι τῷ ἀνέμῳ οἱ μάγοι, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῇ Θέτι καὶ τῇσι Νηρηΐσι θύοντες, ἐπαυσαν τετάρτην ἡμέραν, ἡ ἄλλως κως αὐτὸς ἐθέλων ἐκόπασε. (2) Τῇ δὲ Θέτι ἔθυσον πυθόμενοι παρὰ τῶν Ἰώνων τὸν λόγον, ὡς ἐκ τοῦ χώρου τούτου ἀρπασθεῖη ὑπὸ Πηλέος, εἴη τε ἅπασα ἡ ἀκτὴ ἡ Σηπιάς ἐκεῖνη τε καὶ τῶν ἄλλων Νηρηίδων. Ὅ μὲν δὴ τετάρτην ἡμέραν ἐπέπαυτο.

CXCII. Τοῖσι δὲ Ἑλλήσι οἱ ἡμεροσκόποι ἀπὸ τῶν ἄκρων τῶν Εὐβοϊκῶν καταδραμόντες δευτέρῃ ἡμέρῃ, ἀπ' ἧς ὁ χειμὼν ὁ πρῶτος ἐγένετο, ἐσήμενιν πάντα τὰ γεγόμενα περὶ τὴν ναυηγίαν. (1) Οἱ δὲ ὡς ἐπύθοντο, Ποσειδῶνι σωτῆρι εὐχάμενοι καὶ σπονδὰς προχέαντες, τὴν ταχίστην ὁπίσω ἠπειγόντο ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐλπίζαντες ὀλίγας τινὰς σφι ἀντιζήσους εἶσθαι νέας. (2) Οἱ μὲν δὴ τὸ δεύτερον ἐλθόντες περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἐναυλόχεον, Ποσειδῶντος σωτῆρος ἐπωνυμίην ἀπὸ τούτου ἔτι καὶ ἐς τὸδε νομίζοντες.

CXCIII. Οἱ δὲ βάρβαροι, ὡς ἐπαύσατό τε ὁ ἀνεμος καὶ τὸ κύμα ἔστρωτο, κατασπᾶσαντες τὰς νέας ἐπλώον παρὰ τὴν ἡπειρον, κάμψαντες δὲ τὴν ἄκρην τῆς Μαγνησίας ἰθὺς ἐπλώον ἐς τὸν κόλπον τὸν ἐπὶ Παγασέων

CLXXXIX. Fertur autem fama, Athenienses ex oraculi responso Boream invocasse, quum aliud illis adlatum fuisset responsum, jubens eos generum advocare auxilio. Boreas enim, ut Græci narrant, uxorem habuit Atticam, Orithyiam, Erechthei filiam. (2) Pro hac igitur adfinitate Athenienses, ut fama est, conjectantes Boream suum esse generum, quum Chalcide cum navibus insidiantes augescemtem sensissent tempestatem, aut jam antea, sacrificiis placarunt invocantque Boream et Orithyiam, orantes ut auxilio sibi venirent, perderentque barbarorum naves, sicut antea ad Athon montem. (3) An igitur hanc ob causam in barbaros stationem agentes ingruerit Boreas, non definiam: sed Athenienses quidem aiunt, et antea et tunc Boream ipsos juvisse, atque hæc effecisse: et, postquam domum sunt reversi, fanum statuerunt Boreæ ad Ilissum fluvium.

CXC. Hac calamitate, qui minimum numerum tradunt, naves periisse aiunt non minus quadringentas, homines autem innumerabiles, et rerum pretiosarum infinitam multitudinem; ita quidem, ut Aminocli Cretinæ filio, civi Magneti, qui circa Sepiadem prædia habuit, perquam utile fuerit hoc naufragium: is enim multa deinde aurea pocula, multaque argentea, in litus ejecta sustulit, arcasque etiam reperit cimeliis Persarum repletas, et infinita alia [aurea] pretiosa collegit. At idem vir, quamvis locuples repertis his rebus factus, felix tamen cæteroqui non fuit: quippe tristis etiam casus eum adflictabat, per filii necem.

CXCI. Onerariarum autem navium frumentum vehentium, reliquorumque minorum navigiorum, quæ interierunt, non constat numerus. Itaque duces classis, metuentes ne in tanta calamitate afflictos Thessali impetum facerent, alto vallo ex naufragiis parato castra circumdedere. (2) Tres enim continuos dies tempestas duravit. Ad extremum vero Magi cæsis vento victimis, adhibitisque magicis incantationibus, ad hæc sacris Thetidi factis et Nereidibus, quarto die vim venti compescuerunt, sive is alioquin ipse sua sponte quievit. (3) Thetidi autem sacra fecerunt, quum ab Ionibus accepissent, ex hoc loco raptam illam fuisse a Peleo, et totam hanc oram Sepiadem eidem et reliquis Nereidibus sacram esse. Igitur ventus quidem quarto die quievit.

CXCII. Secundo vero die ab eo, quo primum coorta tempestas erat, speculatores ex Eubœæ promontoriis decurrentes Græcis de Persarum naufragio omnia significarunt. (2) Quibus rebus hi cognitis, Neptunum Servatorem precati, et votis libaminibusque factis, quanta celeritate poterant ad Artemisium redire maturarunt, sperantes nonnisi paucas naves sibi fore adversarias. (3) Illi igitur iterum ad Artemisium stationem ceperunt, hostem observantes: et Neptuni Servatoris cognomen ab illo tempore usque ad hunc diem apud Græcos in usu est.

CXCIII. Barbari, ut quievit ventus et compositi erant fluctus, deductis navibus, secundum continentem navigarunt: et Magnesiae promontorium circumvecti, recta in sinum qui ad Pagasas fert tetenderunt. (2) Est in hoc sinu

φέροντα. (2) Ἔστι δὲ χώρος ἐν τῇ κόλπῳ τούτῳ τῆς Μαγνησίας, ἐνθα λέγεται τὸν Ἡρακλέα καταλειφθῆναι ὑπὸ Ἰήσονος καὶ τῶν συνεταίρων ἐκ τῆς Ἀργεῖς ἐπὶ ὕδωρ πεμφθέντα, εὐτ' ἐπὶ τὸ κῶας ἐπλων ἐς Αἶαν τὴν Κολχίδα· ἐνθεῦτεν γὰρ ἐμελλον ὑδρευσάμενοι ἐς τὸ πέλαγος ἀπήσειν, ἐπὶ τούτου δὲ τῷ χώρῳ οὐνομα γέγονε Ἀφεται. Ἐν τούτῳ ὦν ὄρμον οἱ Ξέρξης ἐποιοῦντο.

CXCIV. Πεντεκαίδεκα δὲ τῶν νεῶν τούτων ἔτυχον τε ὑσταται πολλὸν ἐξαναγθεῖσαι, καὶ κως κατεῖδον τὰς 10 ἐπ' Ἀρτεμισίῳ τῶν Ἑλλήνων νέας. (2) Ἐδοξάν τε δὴ τὰς σφετέραις εἶναι οἱ βάρβαροι, καὶ πλώντες ἐσέπεσον ἐς τοὺς πολεμίους· τῶν ἐστρατήγεε δ' ἀπὸ Κύμης τῆς Αἰολίδος ὑπαρχος Σανδῶκης ὁ Θαμασίῳ, τὸν δὴ πρότερον τούτων βασιλεὺς Δαρεῖος ἐπ' αἰτῇ τοιῇδε λαβὼν 15 ἀνεσταύρωσε, ἐόντα τῶν βασιλεῶν δικαστέων· ὁ Σανδῶκης ἐπὶ χρήμασι ἀδίκον δίκην ἐδίκασε. (3) Ἀνακρεμασθέντος ὦν αὐτοῦ, λογιζόμενος ὁ Δαρεῖος εὖρὲ οἱ πλέω ἀγαθὰ τῶν ἀμαρτημάτων πεποιημένα ἐς οἶκον τὸν βασιλεῖον· εὐρὼν δὲ τούτο ὁ Δαρεῖος, καὶ γνοὺς 20 ὡς ταχύτερα αὐτὸς ἢ σοφώτερα ἐργασμένος εἴη, ἔλυσε. (4) Βασιλέα μὲν δὴ Δαρεῖον οὕτω διαφυγῶν μὴ ἀπολέσθαι περιτὴν, τότε δὲ ἐς τοὺς Ἑλλήνας καταπλώσας ἐμελλε οὐ τὸ δεύτερον διαφυγῶν ἐσέσθαι· ὡς γὰρ σφας εἶδον προσπλέοντας οἱ Ἑλληνες, μαθόντες αὐτῶν πῶν 25 γινομένην ἀμαρτάδα, ἐπαναχθέντες εὐπετείως σφείας ἔλκον.

CXCV. Ἐν τούτων μιῇ Ἀριδολίς πλώων ἦλω, τύραννος Ἀλαβάνδων τῶν ἐν Καρίῃ, ἐν ἑτέρῃ δὲ ὁ Πάφιος στρατηγὸς Πενθύλος ὁ Δημονόου, ὃς ἦγε μὲν 30 δυνάδεα νέας ἐκ Πάφου, ἀποβαλὼν δὲ σφειν τὰς ἐνδεκα τῶν χειμῶνι τῷ γενομένῳ κατὰ Σηπιάδα, μιῇ τῇ περιγενομένῃ καταπλώων ἐπ' Ἀρτεμισίον ἦλω. (2) Τούτους οἱ Ἑλληνες ἐξιστορήσαντες τὰ ἐβούλοντο πυθέσθαι ἀπὸ τῆς Ξέρξεω στρατιῆς, ἀποπέμπουσι δεδω- 35 μένους ἐς τὸν Κορινθίων ἱσθμόν.

CXCVI. Ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς ὁ τῶν βαρβάρων στρατὸς, παρέξ τῶν πεντεκαίδεκα νεῶν τῶν εἴπα Σανδῶκεα στρατηγέειν, ἀπῆκετο ἐς Ἀφεται. (2) Ξέρξης δὲ καὶ ὁ πεζὸς πορευθεὶς διὰ Θεσσαλίας καὶ Ἀχαιῆς ἐσβεβλη- 40 κως ἦν καὶ δὴ τριταῖος ἐς Μηλιάς, ἐν Θεσσαλίῃ μὲν ἄμιλλαν ποιησάμενος ἵππων τῶν ἐωυτοῦ, ἀποπειρώμενος καὶ τῆς Θεσσαλίας ἵππου, πυθόμενος ὡς ἀρίστη εἴη τῶν ἐν Ἑλλάσῃ· ἐνθα δὴ αἱ Ἑλληνίδες ἵπποι ἐλείποντο πολλόν. (3) Τῶν μὲν νυν ἐν Θεσσαλίῃ ποταμῶν 45 Ὀνόμαχος μόνος οὐκ ἀπέγρησε τῇ στρατιῇ τὸ βέροντων πινόμενος· τῶν δὲ ἐν Ἀχαιῇ ποταμῶν ρέοντων οὐδὲ ὅστις μέγιστος αὐτῶν ἐστὶ Ἡπιδανός, οὐδὲ οὗτος ἀντέσχε εἰ μὴ φλύρως.

CXCVII. Ἐς Ἄλον δὲ τῆς Ἀχαιῆς ἀπικομένῳ 50 Ξέρξῃ οἱ κατηγεμόνες τῆς δόδου βουλόμενοι τὸ πᾶν ἐξηγέσθαι ἔλεγόν οἱ ἐπιχώριον λόγον, τὰ περὶ τοῦ ἱρόν τοῦ Λαφυστίου Διὸς, ὡς Ἀθάμας ὁ Αἰόλου ἐμυχανήσατο Φριξὸν μόρον σὺν Ἰνοὶ βουλεύσας, μετέπειτεν δὲ ὡς ἐκ θεοπροπίου Ἀχαιοὶ προτιθεῖσι τοῖσι ἐκείνου ἀνόν-

locus terræ Magnesiae, ubi Herculem aiunt, postquam ex Argo navi aequatum missus fuisset, relictum esse ab Iasone ejusque sociis, quum Æam Colchicam ad auferendum aureum vellus navigarent. Illinc enim, aequati, soluturi erant in pelagus; qua de re nomen loco impositum est Aphetae (id est locus unde solvitur). Hoc igitur in loco stationem cepit Xerxis classis.

CXCIV. Forte autem accidit, ut quindecim naves, quæ postremæ navigabant, longius in altum ejicerentur: quæ ut conspexerunt Græcorum naves ad Artemisium stantes, (2) suas esse naves rati barbari, cursu versus illas directo, medios in hostes inciderunt. Dux illarum navium fuit Sandoces Thamasii filius, Cymæ Æolicæ præfectus; quem superiore tempore rex Darius, quum judex fuisset regius, in culpa deprehensum, compertum nimirum quod accepta pecunia injustam sententiam pronunciasset, in crucem agi jusserat. (3) Et jam suspensus erat, quum Darius, rationem secum iniens rerum ab illo gestarum, reperit multo plura esse ejusdem merita in regiam domum, quam male facta: quod postquam Darius reperit, agnoscens propertius a se quam sapientius esse actum, solvi hominem jussit. (4) Ita ille supplicium a Dario sibi decretum effugit, superstesque fuit. At idem, nunc in Græcos delatus, non iterum erat elapsurus: ut enim adnavigantes hos Græci viderunt, cognito illorum errore, contra evecti, facile cunctos ceperunt.

CXCV. In una harum navium navigans Aridolis captus est, Alabandorum Cariae tyrannus: in alia Paphiorum prætor Penthylus, Demonoi filius; qui quum duodecim naves ex Papho eduxisset, amissis illarum undecim tempestate ad Sepiadem ingruente, nunc una reliqua ad Artemisium navigans captus est. (2) Hos Græci, interrogatos quæ de Xerxis exercitu cognoscere cupiebant, victos in Corinthiorum Isthmum miserunt.

CXCVI. Ita igitur barbarorum classis, exceptis quindæcim navibus, quibus præfuisse Sandocen dixi, ad Aphetas pervenit. (2) Xerxes autem cum pedestribus copiis, itinere per Thessaliam et Achaiam *Phthiotidem* facto, tertio etiam ante die in Maliensium fines erat ingressus. In Thessalia vero certamen instituerat inter suos equos et Thessalicum equitatum, cujus experiri virtutem voluit, quum rescivisset esse hunc præstantissimum totius Græciæ; et ex eo quidem certamine longe inferiores Græci equi discesserant. (3) Ex fluviis autem Thessaliæ unus Onochonus ad bibendum non satis aquæ præbuit exercitui: ex eis vero qui Achaiam perfluunt, etiam is qui illorum maximus est, Epidanus, non nisi ægre duravit.

CXCVII. Postquam Alum in Achaia Xerxes pervenerat, viæ duces omnia enarrare cupientes, indigenam famam ei retulerunt ad Jovis Laphystii fanum spectantem: Athamantem Æoli filium, consiliis cum Ino communicatis, Phrixo mortem esse machinatum, interjecto vero tempore Achæos ex oraculi responso posteris ejusdem hosce imposuisse la-

νοισι ἀέθλους τοιούσδε· (2) ὃς ἂν ἦ τοῦ γένους τούτου
 πρεσβύτατος, τούτῳ ἐπιταῖαντες ἔργεσθαι τοῦ πρυταν-
 ηίου αὐτοὶ φυλακὰς ἔχουσι (λήϊτον δὲ καλεῦσι τὸ πρυ-
 τανήϊον οἱ Ἀχαιοί), ἣν δὲ ἐσέλθῃ, οὐκ ἔστι ὅπως ἐξεῖσι
 6 πρὶν ἢ θύσσεσθαι μέλλῃ· ὥς τ' ἔτι πρὸς τούτοις πολλοὶ
 ἤδη τῶν μελλόντων τούτων θύσσεσθαι δέισαντες οἴχοντο
 ἀποδράντες ἐς ἄλλην χώραν, χρόνου δὲ προϊόντος ὀπίσω
 κατελθόντες ἦν ἀλίσκωνται ἐσελθόντες ἐς τὸ πρυτανήϊον,
 ὥς θύεται τε ἐξηγέοντο στέμμασι πᾶς πυκασθεὶς καὶ ὥς
 10 σὺν ποιμπῇ ἐξαγθεῖς. (3) Ταῦτα δὲ πάσχουσι οἱ Κυ-
 τισώρου τοῦ Φριζίου παιδὸς ἀπφύγονοι, διότι καθαρόν
 τῆς χώρας ποιευμένων Ἀχαιῶν ἐκ θεοπροπίου Ἀθά-
 μαντα τὸν Αἰδίου καὶ μελλόντων μιν θύειν ἀπικόμενος
 οὗτος ὁ Κυτισώρος ἐξ Αἴης τῆς Κολχίδος ἐρρύσατο,
 16 ποιήσας δὲ τοῦτο τοῖσι ἐπιγενομένοις ἐξ ἑωυτοῦ μῆνιν τοῦ
 θεοῦ ἐνέβαλε. (4) Ξέρξης δὲ ταῦτα ἀκούσας ὥς κατὰ τὸ
 ἄσπος ἐγένετο, αὐτὸς τε ἔργετο αὐτὸ καὶ τῇ στρατιῇ
 πάσῃ παρήγγειλε, τῶν τε Ἀθάμαντος ἀπογόνων τὴν
 οἰκίαν ὁμοίως καὶ τὸ τέμενος ἐσέβετο.

20 CXCVIII. Ταῦτα μὲν τὰ ἐν Θεσσαλίῃ καὶ τὰ ἐν
 Ἀχαιίᾳ· ἀπὸ δὲ τούτων τῶν χώρων ἦτε ἐς τὴν Μηλίδα
 παρὰ κόλπον θαλάσσης, ἐν τῷ ἀμφοτέρῳ τε καὶ ῥηχίῃ
 ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται. (2) Περὶ δὲ τὸν κόλπον
 τοῦτ' ἐστι χώρος πεδινός, τῇ μὲν εὐρὺς, τῇ δὲ καὶ κάρτα
 25 στενός· περὶ δὲ τὸν χώρον οὐρεα ὑψηλὰ καὶ ἄβατα περι-
 κληθεὶ πᾶσαν τὴν Μηλίδαν γῆν, Τρηχίνιαν πέτραι καλεῖ-
 μεναι. (3) Πρώτῃ μὲν νυν πόλιν ἐστὶ ἐν τῷ κόλπῳ ἰόντι
 ἀπ' Ἀχαιΐης Ἀντικύρην, παρ' ἣν ποταμὸς Σπερχεὶος βέων
 ἐξ Αἰνιήνων ἐς θάλασσαν ἐκδιδοί. Ἀπὸ δὲ τούτου διὰ
 30 εἰκοσὶ κου σταδίων ἄλλος ποταμὸς τῷ οὐνόμα κέεται
 Δύρας, τὸν βωθέοντα τῷ Ἰρακλείῳ καιομένῳ λόγος ἐστὶ
 ἀναφανῆναι. Ἀπὸ δὲ τούτου δι' ἄλλων εἰκοσι σταδίων
 ἄλλος ποταμὸς ἐστὶ ὃς καλεῖται Μέλας.

CXCIX. Τρηχίς δὲ πόλις ἀπὸ τοῦ Μέλανος τούτου
 35 ποταμοῦ πέντε στάδια ἀπέχει. Ταύτῃ δὲ καὶ εὐρύ-
 τατόν ἐστι πάσης τῆς χώρας ταύτης ἐκ τῶν οὐρέων ἐς
 θάλασσαν, κατ' ἃ Τρηχίς πεπολισται· δισχιλία τε γὰρ
 καὶ δισμύρια πλέθρα τοῦ πεδίου ἐστί. (2) Τοῦ δὲ
 οὐρεος τὸ περικληθεὶ τὴν γῆν τὴν Τρηχινίην ἐστὶ
 40 διασπᾶς πρὸς μεσαμβρίην Τρηχίνος, διὰ δὲ τῆς δια-
 σπᾶς Ἀσωπὸς ποταμὸς βέει παρὰ τὴν ὑπώρεαν τοῦ
 οὐρεος.

CC. Ἐστὶ δὲ ἄλλος Φοινίς ποταμὸς οὐ μέγας πρὸς
 μεσαμβρίην τοῦ Ἀσωποῦ, ὃς ἐκ τῶν οὐρέων τούτων
 45 βέων ἐς τὸν Ἀσωπὸν ἐκδιδοί. Κατὰ δὲ τὸν Φοινίκα
 ποταμὸν στενιότατόν ἐστι· ἀμαξίτος γὰρ μία μόνη
 δέδμηται. Ἀπὸ δὲ τοῦ Φοινίος ποταμοῦ πεντεκαίδεκα
 στάδια ἐστὶ ἐς Θερμοπύλας. (2) Ἐν δὲ τῇ μεταξὺ
 Φοινίος ποταμοῦ καὶ Θερμοπυλείων χώμῃ τέ ἐστι τῇ
 50 οὐνόμα Ἀνθῆλη κέεται, παρ' ἣν δὴ παρὰρρέων ὁ Ἀσω-
 πὸς ἐς θάλασσαν ἐκδιδοί, καὶ χώρος περὶ αὐτὴν εὐρὺς
 ἐν τῇ Δήμητρος τε ἰρὸν Ἀμφικτυονίδος ἰδρυτάς καὶ
 ἔδραι εἰσὶ Ἀμφικτύους καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀμφικτύονος
 ἱρόν.

bore: (2) quicumque hujus familiae natu maximus est, ei in-
 troitu in prytaneum, quod *leitton* Achaei vocant, interdicunt;
 ipsique, ne ingrediatur, excubias agunt; qui si nihilo minus
 introvisset, nullo pacto exire ei prius licet quam ad aram
 ducatur ubi mactandus est. Ad haec narrarunt, multos ex
 his, qui ita mactandi fuissent, sibi timentes, in aliam terram
 tamquam exsulatum abiisse: quorum si quis interjecto tem-
 pore rediisset, deprehendaturque prytaneum ingressus,
 eum mactari, coronis et infulis oneratum, et cum pompa
 eductum. (3) Teneri autem hac lege posteros Cytissori,
 Phrixi filii, ea caussa, quoniam, quum Achaei ex oraculi
 responso lustrandae terrae suae caussa Athamantem Aëoli
 filium mactaturi essent, adveniens ex Aëa Colchidis hic
 Cytissorus illum liberaverit: hoc enim facto Cytissorum
 iram dei in posteros suos contraxisse. (4) His auditis
 Xerxes, ut ad lucum pervenit, et ipse eo abstinuit, et
 universo exercitui ut abstinerent edixit: et domum poste-
 rorum Athamantis pariter atque templum veneratus est.

CXCVIII. Haec quidem in Thessalia et in Achaia gesta.
 Ex hisce dein regionibus Maliensium fines Xerxes ingressus
 est, ad sinum maris, in quo quotidie restus maris accidit
 ei reciprocatio. (2) Juxta hunc sinum est locus campestris,
 partim latus, partim vero admodum angustus. Circa illum
 locum montes praëalti et inaccessi, Trachiniae petrae dicti,
 universam Maliacam terram includunt. (3) Primum ad
 hunc sinum oppidum, ex Achaia venienti, Anticyra est;
 juxta quam Spercheus fluvius, ex Aënianibus profluens, in
 mare influit. Ab hoc, interjectis viginti stadiis, alius
 fluvius est, cui nomen Dyrras; quem fama est emersisse
 ad ferendam Herculi, quum cremaretur, opem. Ab hoc,
 rursus viginti stadiis interjectis, alius fluvius est, nomine
 Melas.

CXCIX. Ab hoc Melanè fluvio quinque stadia Trachis
 urbs abest. Eodemque loco, ubi Trachis sita est, latissime
 patet haec regio a montibus ad mare: est enim planities
 vicies bis mille plethrorum. (2) Est autem in monte, qui
 Trachinium agrum praëcludit, divortium a meridie Tra-
 chinis, per quod divortium Asopus fluit juxta montis ra-
 dicem.

CC. Est item alius fluvius a meridie Asopi, Phœnix, non
 magnus; qui postquam ex his montibus defluxit, Asopo
 miscetur. Prope hunc Phœnicem fluvium arctissimus
 est hujus tractus locus: quippe uua sola via ibi munita est,
 qua nonnisi singulis plaustris transitus patet. A Phœnice
 vero fluvio quindecim sunt stadia ad Thermopylas: (2) tuum
 in intervallo, quod est inter Phœnicem fluvium et Thermo-
 pylas, vicus est nomine Anthela, praeter quem praeterfluens
 Asopus in mare evolvitur: et circa eundem vicum latius
 est spatium, in quo stat templum Cereris Amphictyonidis, et
 sedes sunt Amphictyonibus paratae, et ipsius Amphicty-
 onis templum.

CCI. Βασιλεὺς μὲν δὴ Ξέρξης ἐστρατοπεδεύετο τῆς Μηλίδος ἐν τῇ Τρηχίνῃ, οἱ δὲ δὴ Ἕλληες ἐν τῇ διόδῳ· καλεῖται δὲ ὁ χώρος οὗτος ὑπὸ μὲν τῶν πλεονῶν Ἑλλήνων Θερμοπύλαι, ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων καὶ περιόικων Πύλαι. (2) Ἐστρατοπεδεύοντο μὲν νυν ἑκάτεροι ἐν τοῦτοις τοῖσι χωρίοις, ἐπεκράτεε δὲ ὁ μὲν τῶν πρὸς βορέην ἀνεμών ἐχόντων πάντων μέχρι Τρηχίνος, οἱ δὲ τῶν πρὸς νότον καὶ μεσαμβρίην φερόντων τὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ἡπείρου.

10 CCI. Ἐσαν δὲ οἷδε Ἑλλήνων οἱ ὑπομένοντες τὸν Πέρσῃ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ, Σπαρτιητέων τε τριηκόσιοι ὀπλίται καὶ Τεγεατέων καὶ Μαντινέων χίλιοι, ἡμίσεες ἑκατέρων, ἐξ Ὀρχομενοῦ τε τῆς Ἀρχαδῆς εἰκοσι καὶ ἑκατὸν, καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς Ἀρχαδῆς χίλιοι. (2) τοῖς 15 οὗτοι μὲν Ἀρκάδων, ἀπὸ δὲ Κορίνθου τετρακόσιοι καὶ ἀπὸ Φλιοῦντος διηκόσιοι καὶ Μυκηναίων ὀγδώκοντα. Οὗτοι μὲν ἀπὸ Πελοποννήσου παρῆσαν, ἀπὸ δὲ Βοιωτῶν Θεσπιέων τε ἑπτακόσιοι καὶ Θηβαίων τετρακόσιοι.

CCII. Πρὸς τοῦτοις ἐπὶ κλητοὶ ἐγένοντο Λοκροὶ τε 20 οἱ Ὀπούντιοι πανστρατιῇ καὶ Φωκῶν χίλιοι. Αὐτοὶ γάρ σφας οἱ Ἕλληες ἐπεκαλέσαντο, λέγοντες δι' ἀγέλων ὡς αὐτοὶ μὲν ἤκουον προδρόμοι τῶν ἄλλων, οἱ δὲ λοιποὶ τῶν συμμάχων προσδόκιμοι πᾶσαν εἴην ἡμέρην, ἡ θάλασσά τέ σφι εἴη ἐν φυλακῇ ὑπ' Ἀθηναίων τε φρουρομένη καὶ Αἰγινητέων καὶ τῶν ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντων, καὶ σφι εἴη δεινὸν οὐδέν. (2) οὐ γὰρ θεὸν εἶναι τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἀλλ' ἄνθρωπον, εἶναι δὲ θνητὸν οὐδένα οὐδὲ ἔσεσθαι τῷ 25 κακὸν ἐξ ἀρχῆς γινομένῳ οὐ συνεμίγθῃ, τοῖσι δὲ μεγίστοις αὐτῶν μέγιστα· ὀφείλειν ὦν καὶ τὸν ἐπελαύνοντα, ὡς ἰόντα θνητὸν, ἀπὸ τῆς δόξης πεσεῖν ἄν. Οἱ δὲ ταῦτα πυνθανόμενοι ἐβόθουν ἐς τὴν Τρηχίνα.

CCIV. Τούτοις ἔσαν μὲν νυν καὶ ἄλλοι στρατηγοὶ κατὰ πόλιος ἑκάστων, ὁ δὲ θυμαζόμενος μάλιστα καὶ 35 παντὸς τοῦ στρατεύματος ἡγεόμενος Λακεδαιμόνιος ἦν Λεωνίδης ὁ Ἀναξανδρίδου τοῦ Λέοντος τοῦ Εὐρυκρατίδου τοῦ Ἀναξάνδρου τοῦ Εὐρυκράτους τοῦ Πολυδώρου τοῦ Ἀλαμνέου τοῦ Τηλέκλου τοῦ Ἀρχέλου τοῦ Ἡγησίεω τοῦ Δορύσσου τοῦ Λεωδότῃ τοῦ Ἐχέστράτου τοῦ 40 Ἡγίου τοῦ Εὐρυσθέου τοῦ Ἀριστοδήμου τοῦ Ἀριστομάχου τοῦ Κλεοδαίου τοῦ Ὑλλου τοῦ Ἡρακλέος, κτησάμενος τὴν βασιλῆην ἐν Σπάρτῃ ἐξ ἀπροδοκίτου.

CCV. Διζῶν γάρ οἱ ὄντων πρεσβυτέρων ἀδελφεῶν, Κλεομένεος τε καὶ Δωριέος, ἀτελής αὖτε τῆς φροντίδος 45 περὶ τῆς βασιλείης. Ἀποθανόντος δὲ Κλεομένεος ἀπαιδὸς ἔρσενος γόνου, Δωριέος τε οὐκέτι ὄντος, ἀλλὰ τελευτήσαντος καὶ τούτου ἐν Σικελίῃ, οὕτω δὲ ἐς Λεωνίδα ἀνέβαινε ἡ βασιλῆη, καὶ διότι πρότερος ἐγεγόνε Κλεομβρότου (οὗτος γάρ ἦν νεώτατος Ἀναξανδρίδου 50 παῖς) καὶ δὴ καὶ εἶχε Κλεομένεος θυγατέρα. (2) ὁ δὲ τότε ἦγε ἐς Θερμοπύλας ἐπιλεξάμενος ἄνδρας τε τοὺς κατεστῶτας τριηκοσίους, καὶ τοῖσι ἐτύγγανον παῖδες ὄντες. Παραλαβὼν δὲ ἀπὶ κτεροὺς καὶ Θηβαίους τοὺς ἐς τὸν ἀριμὸν λογισάμενος εἶπα, τῶν ἐστρατιῶν Λεοντιάδης

CCI. Jam Xerxes in Trachinio campo terra: Maliacæ castra posuit: Græci vero in ipso transitu. Nominatur autem hic locus a plerisque quidem Græcis Thermopylæ, incolæ vero et finitimi nude Pylas dicunt. (2) Itaque utrique in his locis castra habebant: occupabat autem Xerxes totum spatium septemtrionem versus a Thermopylis usque Trachinem pertinens; Græci vero ea quæ in hac continente versus Notum et meridiem sita sunt.

CCII. Græci vero hoc in loco Persam exspectantes, hi fuere: Spartani trecenti graviter armati: tum Tegeatæ et Mantinenses mille, utroque quingenti: ex Orchomeno Arcadiæ centum et viginti, et ex reliqua Arcadia mille; (2) tot Arcades fuere: Corinthii vero quadringenti: ex Phliunte ducenti; ex Mycenis octoginta. Hi sunt qui ex Peloponneso adfuerunt. Ex Boeotis vero, Theapienses septingenti, et Thebani quadringenti.

CCIII. Præter hos vero evocati aderant Locri Opuntii omnibus copiis, et Phocenses mille. Ipsi enim Græci missis legatis hos advocaverant, dicentes, tamquam antecursores sese venisse ante alios, exspectari vero reliquos socios in proximum quemque diem, et maris tutelam sibi curæ esse, custodiri que illud ab Atheniensibus et Æginetis reliquisque in classem designatis. Nihil autem illis esse gravius metuendum: (2) non enim deum esse, qui Græciam invadat, sed hominem: nullum autem nec esse nec futurum esse mortalem, cui, ex quo natus sit, malum nullum acciderit; immo maximis accidere maxima. Debere itaque etiam illum, qui Græciam invadat, mortalis quum sit, gloria sua excidere. His auditis, illi Trachinem auxilio Græcis venerunt.

CCIV. His igitur et alii quidem ex quaque civitate duces præerant; sed, quem maxime cuncti admirabantur, et penes quem summa erat totius imperii, Lacedæmonius fuit Leonidas, genus ab Hercule ducens hac majorum serie: pater Anaxandrides fuit, avus Leon: tum reliqui progenitores, Eurycratides, Anaxander, Eurycrates, Polydorus, Alcámenes, Telecles, Archelaus, Hegesilaus, Doryssus, Leobotes, Echestratus, Agis, Eurysthènes, Aristodemus, Aristomachus, Cleodæus, Hyllus, Hercules. Is Leonidas regnum Spartæ necopinans erat adeptus.

CCXXXIX. Ἄνεμι δὲ ἐκεῖσε τοῦ λόγου τῇ μοι τὸ πρότερον ἐξέλιπε. Ἐπύθοντο Λακεδαιμόνιοι ὅτι βασιλεὺς στέλλοιτο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πρῶτοι, καὶ οὕτω δὴ ἐς τὸ χρηστήριον τὸ ἐς Δελφοὺς ἀπέπεμψαν, ἔνθα δὴ σφί ἐχρήσθη τὰ ὀλίγω πρότερον εἶπα· ἐπύθοντο δὲ τρόπῳ θωμασίῳ. (2) Δημάρχτος γάρ ὁ Ἀρίστωνος φυγὼν ἐς Μήδους, ὡς μὲν ἐγὼ δοκέω, καὶ τὸ οἶκός ἐμοὶ συμμαχεται, οὐκ ἦν εὐνοος Λακεδαιμόνιοις, πάρεσσι δὲ εἰκάζειν εἶτε εὐνοίη ταῦτα ἐποίησε εἶτε καὶ καταχαίρων. (3) Ἐπεῖτε γὰρ Ξέρξης ἔδοξε στρατηλατέειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἔων ἐν Σούσοις ὁ Δημάρχτος καὶ πυθόμενος ταῦτα ἠθέλησε Λακεδαιμόνιοις ἐξαγγεῖλαι. Ἄλλως μὲν δὴ οὐκ εἶχε σημεῖναι· ἐπικίνδυνον γὰρ ἦν μὴ λαμφθεῖν· ὁ δὲ μηχανάται τοιάδε· (4) δελτίον διπτύχον λαβὼν τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξέκνησε, καὶ ἔπειτεν ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ δελτίου ἔγραψε τὴν βασιλεὺς γνώμην, ποιήσας δὲ ταῦτα ὀπίσω ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα, ἵνα φερόμενον κεινὸν τὸ δελτίον μὴδὲν πρῆγμα παρέχοι πρὸς τῶν ὁδοφυλάκων. (5) Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπίκετο ἐς τὴν Λακεδαίμονα, οὐκ εἶχον συμβαλέσθαι οἱ Λακεδαιμόνιοι, πρὶν γε δὴ σφί, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, Κλεομένης μὲν θυγάτηρ, Λεωνίδεω δὲ γυνὴ Γοργῶν ὑπέθετο ἐπιφρασθεῖσα αὐτῇ, τὸν κηρὸν κινῶν κελεύουσα, καὶ εὐρήσειν σφάεας γράμματα ἐν τῷ ξύλῳ. (6) Πειθόμενοι δὲ εὖρον καὶ ἐπελέξαντο, ἔπειτεν δὲ τοῖσι ἄλλοις Ἑλλήσι ἐπέστειλαν. Ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λέγεται γενέσθαι.

sae honorare fortes viros consueverunt. Illi igitur, quibus id imperatum est, iussa executi sunt.

CCXXXIX. Sed redeo ad eam narrationem, quam superius imperfectam reliqui. Parare regem expeditionem adversus Græciam primi resciverant Lacedæmonii, idque mira quadam ratione resciverant. Ideoque ad Delphicum miserunt oraculum, ubi illud eis editum est responsum, quod paulo ante commemoravi. (2) Demaratus enim, Aristonis filius, exsulans apud Medos, ut equidem existimo, et ratio mecum militat, non bene animatus fuit in Lacedæmonios. Conjectare igitur licet, utrum benevolo hoc fecerit animo an insultandi causa. (3) Postquam decrevit Xerxes exercitum adversus Græciam ducere, Demaratus tunc Snsis præsens, ubi id rescivit, Lacedæmoniiis voluit significare. Qui quum aliam rationem, qua id eis significaret, non haberet, quum periculum esset ne deprehenderetur, tali usus est commento: (4) sumpta duplicata tabella, ceram ex ea erasit, et ligno tabellæ consilium Xerxis inscripsit: quo facto, scriptum istud infusa cera denuo obdixit, ne nudam ferenti tabellam molestia exhiberetur a viarum custodibus. (5) Postquam vero Lacedæmonem perlata tabella est, conjectare Lacedæmonii, quid rei esset, prius non potuere, quam (ut equidem accepi) Cleomenis filia, Leonidæ uxor, Gorgo, eos docuisset. Hæc enim re secum perpensa, eradi ceram iussit, atque ita in ligno reperturos esse scripturam ait: (6) cui obsequentes illi scripta intus repererunt legeruntque, ac deinde reliquis Græcis legenda miserunt. Hæc igitur ita gesta esse memorant.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΩΗ.

(OY PANIA.)

I. Οἱ δὲ Ἕλληνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες ἔσαν οἷδε, Ἀθηναῖοι μὲν νέας παρεχόμενοι ἐπτά καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν· ὑπὸ δὲ ἀρετῆς τε καὶ προθυμίας Πλαταιέες, ἀπειροὶ τῆς ναυτικῆς ἑόντες, συνεπλήρουν τοῖσι Ἀθηναίοις τὰς νέας. (2) Κορίνθιοι δὲ τεσσαράκοντα νέας παρεῖχοντο, Μεγαρεὲς δὲ εἴκοσι· καὶ Χαλκιδῆες ἐπλήρουν εἴκοσι, Ἀθηναίων σφί παρεχόντων τὰς νέας, Αἰγινῆται δὲ ὀκτωκαίδεκα, Σικυόνιοι δὲ δυοκαίδεκα, Λακεδαιμόνιοι δὲ δέκα, Ἐπιδαύριοι δὲ ὀκτώ, Ἐρετριεὲς δὲ ἐπτά, Τροιζήνιοι δὲ πέντε, Στυρεὲς δὲ δύο καὶ Κεῖοι δύο τε νέας καὶ πεντηκοντέρους δύο· Λοκροὶ δὲ σφί οἱ Ὀπούντιοι ἐπεβώθεον πεντηκοντέρους ἔχοντες ἐπτά.

HERODOTUS.

HERODOTI

HISTORIARUM LIBER OCTAVUS

(URANIA.)

I. Græci populi in classem descripti, hi fuere: Athenienses naves præbuerant centum viginti septem; Plateenses vero, quum rei nauticæ essent expertes, sua virtute studioque incensi, simul cum Atheniensibus naves Atticas propugnatoribus compleverant. (2) Corinthii quadraginta præbuerant naves: Megarenses, viginti. Chalcidenses item viginti compleverant; sed naves illis suppeditarunt Athenienses. Æginetæ octodecim naves præbuerant: Sicyonii, duodecim: Lacedæmonii, decem: Epidaurii, octo: Eretrienses, septem: Træzenii, quinque: Styrenses, duas: Cei, duas naves (triremes) et duas actuarias quinquaginta remorum: Locri denique Opuntii septem actuariis quinquaginta remorum auxilio venerant.

II. Ἔσαν μὲν οὖν οὗτοι οἱ στρατεύομενοι ἐπ' Ἀρτεμίσιον, εἰρηται δέ μοι καὶ ὡς τὸ πλῆθος ἕκαστοι τῶν νεῶν παρείχοντο. Ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθεῖσων νεῶν ἐπ' Ἀρτεμίσιον ἦν, παρὲς τῶν πεντηκοντέρων, μία καὶ ἑξήκοντα καὶ διηκόσια. (2) Τὸν δὲ στρατηγὸν τὸν τὸ μέγιστον κράτος ἔχοντα παρείχοντο Σπαρτιῆται Εὐρυβιάδης τὸν Εὐρυκλείδην· οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔρασαν, ἦν μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύη, Ἀθηναίοισι ἔφασθαι ἡγεμόνοισι, ἀλλὰ λύσειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι στρατεύμα.

III. Ἐγένετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος, πρὶν ἢ καὶ ἐς Σικελίην πέμπειν ἐπὶ συμμαχίην, ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὼν εἶη ἐπιτράπειν. Ἀντιβάντων δὲ τῶν συμμάχων εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι, μέγα πεποιημένοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα, καὶ γνόντες, εἰ στασιάσουσι περὶ τῆς ἡγεμονίας, ὡς ἀπολέσεται ἡ Ἑλλάς, ὀρθὰ νοεῦντες. (2) στάσις γὰρ ἐμφυλὸς πολέμου δημοφρονέοντος τοσούτῳ κακίον ἐστὶ ὅσω πόλεμος εἰρήνης. Ἐπιστάμενοι οὖν αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἀντέτεινον, ἀλλ' εἶκον, μέχρι ὅσου κάρτα ἐδόκοντο αὐτῶν, ὡς διέδεξαν. (3) ὡς γὰρ διωσάμενοι τὸν Πέρσην περὶ τῆς ἐκείνου ἡδὴ τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο, πρόφασιν τὴν Πausανίην ὕβριν προῖσχύμενοι ἀπειλὸντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο.

IV. Τότε δὲ οὗτοι οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον Ἑλλήνων ἀπικόμενοι ὡς εἶδον νέας τε πολλὰς καταχθείσας ἐς τὰς Ἀρετάς καὶ στρατῆς ἅπαντα πλέα, ἐπεὶ αὐτοῖσι παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε ἡ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον, καταρρωδήσαντες ὀρησμον ἐβουλεύοντο ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. (2) Γνόντες δὲ σφας οἱ Εὐβοεὺς ταῦτα βουλευομένους ἐδόκοντο Εὐρυβιάδην προσμεῖναι χρόνον ὀλίγον, ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέωνται. (3) Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθον, μεταδάντες τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν πείθουσι Θεμιστοκλέα ἐπὶ μισθῷ τριήκοντα τάλαντοισι, ἐπ' ᾧ τε καταμεινάντες πρὸ τῆς Εὐβοίης ποιήσονται τὴν ναυμαχίην.

V. Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς τοὺς Ἑλλήνας ἐπισχεῖν ὤδε ποιεῖ. Εὐρυβιάδῃ τούτων τῶν χρημάτων μεταδιδοῖ πέντε τάλαντα ὡς παρ' ἐωυτοῦ δῆθεν διδούς. Ὡς δὲ οἱ οὗτος ἀνεπέπειστο, (Ἀδείμαντος γὰρ ὁ Πικύτου Κορινθίων στρατηγὸς τῶν λοιπῶν ἡσπαιρῶν μόνος, φάμενος ἀποπλῶσεσθαι τε ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου καὶ οὐ παραμένειν,) (2) πρὸς δὲ τούτων εἶπε ὁ Θεμιστοκλῆς ἐπομώσας, « οὐ σὺ γε ἡμέας ἀπολείψεις, ἐπεὶ τοι ἐγὼ μὲζω δῶρα δώσω ἢ βασιλεὺς ἂν τοι ὁ Μυθῶν πέμψῃε ἀπολιπόντι τοὺς συμμαχούς. » Ταῦτά τε ἅμα ἡγόρευε, καὶ πέμπει ἐπὶ τὴν νέα τὴν Ἀδείμαντου τάλαντα ἀργυρίου τρία. (3) Οὗτοί τε δὴ πληγέντες δῶροισι ἀναπεπειμένοι ἔσαν, καὶ τοῖσι Εὐβοεῦσι ἐχεχρίστο, αὐτὸς τε ὁ Θεμιστοκλῆς ἐκέρδην, ἐλάνθανε δὲ τὰ λοιπὰ ἔχων, ἀλλ' ἡπιστάτο οἱ μεταλαβόντες τούτων τῶν χρημάτων ἐκ τῶν Ἀθηνέων εἶλθιν ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ τὰ χρήματα.

II. Hi igitur fuere, qui ad Artemisium militarunt: di-
xique etiam, quem navium numerum singuli populi con-
tulerint. Fuit autem collectarum ad Artemisium navium
universus numerus, actuariis quinquaginta remorum exce-
ptis, ducentæ septuaginta et una. (2) Imperatorem autem,
penes quem imperii summa erat, præbuerant Spartani, Eu-
rybiadem, Euryclidæ filium. Dixerant enim socii, nisi Laco
summum obtineret imperium, non se secuturos esse Athe-
nienses duces; sed exercitum, qui futurus esset, dissolu-
turos.

III. Etenim jam initio, priusquam in Siciliam petendæ
societatis causa misissent, agilitus sermo erat, Athenien-
sibus permittendum esse classis imperium. Contradictentibus
vero sociis cesserant Athenienses, quod magni facerent ser-
vari Græciam, pulcreque nossent, si de principatu inter sese
contenderent, perituram esse Græciam: recte quidem illi
sentientes. (2) Nam civilis dissensio tanto pejor res est
helo communi consensu gesto, quanto pejor res est bel-
lum quam pax. Hoc ipsum igitur intelligentes Athenien-
ses non repugnabant sociis, sed cesserunt, quamdiu illis ma-
gnopere indigebant. Quod satis ipsi ostenderunt: (3) nam,
postquam pulso Persa jam de ipsius terra contendere cœpe-
rant, causam præ se ferentes contumeliam Pausaniæ, La-
cedæmoniis imperium eriperunt. Sed hæc quidem in se-
quente tempore gesta sunt.

IV. At tunc Græci qui ad Artemisium se contulerant, ut
viderunt navium multitudinem, quæ ad Aphetas convene-
rant, omniaque plena conspexerunt militum, metu perculsi,
quod præter opinionem expectationemque suam res bar-
baris successisset, de capessenda fuga et de receptu ab Ar-
temisio versus interiora Græcia deliberarunt. (2) Quod ab
illis agitari consilium ubi cognovere Eubœenses, orarunt
Eurybiadem, ut aliquantisper saltem maneret, donec ipsi
liberos suos reliquamque familiam in tuto collocassent. (3)
Id postquam Eurybiadi non persuaserunt, alio se conver-
tentes, Atheniensium duci persuaserunt Themistocli, pro-
posita talentorum triginta mercede, ea conditione ut ibi
manerent et ante Eubœam pugna navali decernerent.

V. Et Themistocles, ut ibi manerent Græci, tali ratione
effecit. Ex hac pecunia Eurybiadi quinque impertivit talenta,
quasi nempe de suo illi daret. Hoc ita persuaso, quom e re-
liquis solus adhuc Adimantus obniteretur, Ocyti filius, Co-
rinthiorum dux, dicens ab Artemisio se discessurum, nec
diutius ibi moraturum: (2) hunc, interposito juramento,
Themistocles his verbis adlocutus est: « Non tu quidem nos
deseres: tibi enim ego majora munera dabo, quam missu-
rus tibi rex Medorum esset, si desereres socios. » His di-
ctis, in navem Adimanti tria misit talenta. (3) Itaque illi,
muneribus perculsi, persuaderi sibi passi sunt, et Eubœen-
sibus gratum factum est; ipse autem Themistocles lucratus
est, reliqua sibi retinens: illi vero, quibus pecuniæ partem
impertiverat, putabant ab Atheniensibus sibi ista conditione
datam esse pecuniam.

VI. Οὕτω δὴ κατέμεινάν τε ἐν τῇ Εὐβοίῃ καὶ ἐναυμάχῃσαν. Ἐγένετο δὲ ὧδε. Ἐπεῖτε δὴ ἐς τὰς Ἀρέτας περὶ δεῖλην πρῶτῃν γινομένην ἀπίκατο οἱ βάρβαροι, πυθόμενοι μὲν ἔτι καὶ πρότερον περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ναυλοχεῖν νέας Ἑλληνίδας ὀλίγας, τότε δὲ αὐτοὶ ἰδόντες, πρόθυμοι ἔσαν ἐπιχειρεῖν, εἰ κως ἔλοιεν αὐτάς. (2) Ἐκ μὲν δὴ τῆς ἀντίης προσπλώειν οὐ κῶ σφι ἐδόκεε τῶνδε εἵνεκεν, μή κως ἰδόντες οἱ Ἕλληνες προσπλώνοντας ἐς φυγὴν ὁρμήσειαν, φεύγοντάς τε εὐφρόνῃ καταλάβοι· καὶ ἔμελλον δῆθεν ἐκχευέσθαι, ἔδεε δὲ μὴδὲ πυρφόρον τῷ ἐκείνων λόγῳ ἐκφυγόντα περιγενέσθαι.

VII. Πρὸς ταῦτα ὧν τάδε ἐμχανέοντο. Τῶν νεῶν ἀπασέων ἀποκρίναντες διηκοσίας περιέπεμπον ἔξωθεν Σκιάθου, ὡς ἂν μὴ ὀφθῶσι ὑπὸ τῶν πολεμίων περιπλώουσαι Εὐβοίαν, κατὰ τε Καφηρέα καὶ Γεραιστὸν ἐς τὸν Εὐρίπον, ἵνα δὴ περιλάβοιεν οἱ μὲν ταύτῃ ἀπικόμενοι καὶ φράξαντες αὐτῶν τὴν ὁπίσω φέρουσιν ὁδόν, σφεῖς δὲ ἐπισπόμενοι ἐξ ἐναντίας. (2) Ταῦτα βουλευσάμενοι ἀπέπεμπον τῶν νεῶν τὰς ταχθείσας, αὐτοὶ οὐκ ἐν νόῳ ἔχοντες ταύτης τῆς ἡμέρας τοῖσι Ἕλλησι ἐπιθήσεσθαι, οὐδὲ πρότερον ἢ τὸ σύνθημά σφι ἔμελλε φανήσεσθαι παρὰ τῶν περιπλώνωντων ὡς ἡκόντων. Ταύτας μὲν δὴ περιέπεμπον, τῶν δὲ λοιπῶν νεῶν ἐν τῇσι Ἀφετῇσι ἐποιεῦντο ἀριθμόν.

VIII. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐν τῷ οὗτῳ ἀριθμὸν ἐποιεῦντο τῶν νεῶν, (ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ Σκυλλῆς Σκιωναῖος δούτης τῶν τότε ἀνδρῶν ἀριστος, δὲ καὶ ἐν τῇ ναυγίῃ τῇ κατὰ τὸ Πήλιον γενομένη πολλὰ μὲν ἔσωσε τῶν χρημάτων τοῖσι Πέρσῃσι, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς περιεβάλετο,) οὗτος δὲ Σκυλλῆς ἐν νόῳ μὲν εἶχε ἄρα καὶ πρότερον αὐτομολῆσειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' οὐ γὰρ οἱ παρέσχε ὡς τότε. (2) Ὅτε μὲν δὴ τρῶπῳ τὸ ἐνθεῦτεν ἔτι ἀπίκετο ἐς τοὺς Ἕλληνας, οὐκ ἔχω εἶπαι ἀτρεκέως, θωμάζω δὲ εἰ τὰ λεγόμενά ἐστι ἀληθέα· λέγεται γὰρ ὡς ἐξ Ἀρετῶν δὲς τὴν θάλασσαν οὐ πρότερον ἀνέσχε πρὶν ἢ ἀπίκετο ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, σταδίους μάλιστα καὶ τούτους ἐς ὀδῶνόντα διὰ τῆς θαλάσσης διεξελθών. (3) Λέγεται μὲν νυν καὶ ἄλλα ψευδέσι ἱκελὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, τὰ δὲ μετεξέτερα ἀληθέα· περὶ μέντοι τούτου γνώμη μοι ἀποδεδέχθω πλοῖω μιν ἀπικέσθαι ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. (4) Ὡς δὲ ἀπίκετο, αὐτίκα ἐσήμηνε τοῖσι στρατηγοῖσι τὴν τε ναυγίην, ὡς γένοιτο, καὶ τὰς περιπεμφθείσας τῶν νεῶν περὶ Εὐβοίαν.

IX. Τοῦτο δὲ ἀκούσαντες οἱ Ἕλληνες λόγον σοφίαι αὐτοῖσι εἰδίδουσιν. Πολλῶν δὲ λεχθέντων ἑνίκα τὴν ἡμέρην ἐκείνην αὐτοῦ μέιναντάς τε καὶ αὐλιθθέντας, μετέπειτεν νύκτα μέσσην παρέντας πορεύεσθαι καὶ ἀπαντᾶν τῇσι περιπλωούσῃσι τῶν νεῶν. (2) Μετὰ δὲ τοῦτο, ὡς οὐδεὶς σφι ἐπέπλωε, δελιγὴν ὄψιν γινομένην τῆς ἡμέρης φυλάξαντες αὐτοὶ ἐπανέπλων ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ἀπόπειραν αὐτῶν ποιήσασθαι βουλόμενοι τῆς τε μάχης καὶ τοῦ διεκπλόου.

X. Ὅρέοντες δὲ σφας οἱ τε ἄλλοι στρατιῶται οἱ

VI. Itaque ad Eubœam manserunt Græci, et pugnam navalem commiserunt. Quæ res in hunc modum gesta est. Quum post meridiem ad Aphetas pervenissent barbari, jamque antea cognovissent, quod nunc etiam ipsi videbant, Græcorum paucas naves ad Artemisium in statione esse, incessit eos cupido illas adgrediendi, potiri eis posse sperantes. (2) Jam ex adverso quidem protinus contra eas navigare non placuit, hac caussa, ne, si ipsos Græci viderent contra se navigantes, arriperent fugam, noxque fugientes reciperet; atque erant nimirum fuga salutem consecuturi: debebat autem, ut Persæ quidem dictitabant, ne ignifer quidem in vita reliquus manere.

VII. Hac igitur de caussa tale ceperunt consilium. Selectas ex universa classe naves ducentas extra Scythum, ne ab hostibus conspicerentur, circummiserunt; quæ, præter Caphareum et Geræstum Eubœam circumvectæ, in Euripum navigarent; quo nimirum medios illos includerent, hi, ubi in Euripum pervenissent, reditum in Græciam intercipientes; ipsi vero, ex adverso eos adgredientes. (2) Hoc consilio dimissis navibus ad id electis, ipsi eo die adgradi Græcos non habuere in animo, non prius illos adgressuri quam edito a circumnavigantibus signo, de quo convenerat, certiores essent facti, ad locum constitutum illos pervenisse. Dum hi ita circumnavigant, interim illi apud Aphetas reliquarum navium ineunt numerum.

VIII. Per idem vero tempus, quo numerum hi inierunt navium, quum esset in hoc exercitu Scyllias Scionæus, omnium optimus illa actate urinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto multas res pretiosas Persis servaverat, multasque item ipse adquisiverat sibi; Scyllias hic jam pridem consilium quidem agitaverat ad Græcos transfugendi, necdum vero occasionem exsequendi consilii erat nactus qualem hoc tempore. (2) Is igitur quo pacto nunc ab Aphetis ad Græcos pervenerit, pro certo dicere non possum: miror vero si vera sunt quæ narrantur. Narrant enim, hunc hominem, postquam ex Aphetis mare subiisset, non prius emersisse quam ad Artemisium pervenisset, viam hanc octoginta admodum stadiorum per mare emensum. (3) Memorantur quidem de eodem homine et alia, fabularum speciem habentia; sed in his, vera nonnulla. Ut meam de hac re dicam sententiam, navigio ille ad Artemisium pervenerit. (4) Ut autem eo pervenit, protinus ducibus Græcorum et naufragium quo modo factum sit exposuit, et circummissas circa Eubœam naves indicavit.

IX. His rebus cognitis, deliberarunt Græci: multisque dictis sentiis, decreverunt eo die ibi manere stationemque servare, post mediam autem noctem discedere, navibusque Eubœam circumnavigantibus obviam ire. (2) Deinde vero, ut nemo contra eos enavigavit, sub solis occasum ipsi adversus barbaros excursionem fecerunt, periculum facturi generis pugnae quo illi usuri essent, et perturbationis per hostiles naves.

X. Quos paucis navibus adversus sese tendentes conspi-

Εάρξω καὶ οἱ στρατηγοὶ ἐπιπλώοντας νηυσὶ ὀλίγῃσι, πᾶγχυ σφι μανὴν ἐπενείκοντες ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας, ἐλπίσαντες σφρας εὐπετέως αἰρήσειν, οἰκότες κάρτα ἐλπίσαντες· τὰς μὲν γὰρ τῶν Ἑλλήνων δρέοντες ὀλίγας νέας, τὰς δὲ ἐκωτῶν πλήθει τὰς πολλαπλησίας καὶ ἀμεινον πλωούσας, καταφρονήσαντες ταῦτα ἐκυκλοῦντο αὐτοὺς ἐς μέσον. (2) Ὅσοι μὲν νυν τῶν Ἰώνων ἔσαν εὐνοοὶ τοῖσι Ἑλλήσι, ἀέκοντές τε ἐστρατεύοντο, συμφορὴν τε ἐποיעῖντο μεγάλην δρέοντες περιεχομένους αὐτοὺς καὶ ἐπιστάμενοι ὥς οὐδεὶς αὐτῶν ἀπονοστήσει· οὕτω ἀσθενέα σφι ἐφαίνετο εἶναι τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα. (3) Ὅσοι δὲ καὶ ἡδομένοισι ἦν τὸ γινόμενον, ἀμιλλαν ἐποיעῖντο ὅπως αὐτοὺς ἑκάστος πρῶτος νέα Ἀττικὴν ἐλὼν δῶρα παρὰ βασιλέως λάμψεται· 16 Ἀθηναῖον γὰρ αὐτοῖσι λόγος ἦν πλεῖστος ἀνὰ τὰ στρατόπεδα.

XI. Τοῖσι δὲ Ἑλλήσι ὡς ἐσήμνηε, πρῶτα μὲν ἀντίπαυροι τοῖσι βαρβάροισι γενομένοι ἐς τὸ μέσον τὰς πρύμνας συνήγαγον, δεῦτερα δὲ σημήναντος ἔργου εἴχοντο, ἐν ὀλίγῳ περ ἀπολαμφθέντες καὶ κατὰ στόμα. (2) Ἐνθαῦτα τριήκοντα νέας αἰρέουσι τῶν βαρβάρων καὶ τὸν Γόργου τοῦ Σαλαμινίων βασιλέως ἀδελφεὸν Φιλάονα τὸν Χέρσιος, λόγιμον ἐόντα ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἄνδρα. Πρῶτος δὲ Ἑλλήνων νέα τῶν πολεμίων εἶλε 25 ἀνὴρ Ἀθηναῖος Λυκομήδης Αἰσχροῦ, καὶ τὸ ἀριστῆϊον ἔλαβε οὗτος. (3) Τοὺς δ' ἐν τῇ ναυμαχίᾳ ταύτῃ ἐτεραλκῶς ἀγωνιζομένους νῦξ ἐπελοῦσα διέλυσε. Οἱ μὲν δὲ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ Ἀρτεμισίον ἀπέπλων, οἱ δὲ βαρβαροὶ ἐς τὰς Ἀφετάς, πολλὸν παρὰ δόξαν ἀγωνισάμενοι. (4) Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίᾳ Ἀντίδωρος Λήμνιος μόνος τῶν σὺν βασιλεῖ Ἑλλήνων ἐόντων αὐτομολέει ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦτο τὸ ἔργον ἔδωσαν αὐτῷ χῶρον ἐν Σαλαμῖνι.

XII. Ὡς δὲ εὐφρόνῃ ἐγεγονέε, ἦν μὲν τῆς ὥρης 30 μέσον θέρος, ἐγίνετο δὲ ὕδωρ τε ἀπλετον διὰ πάσης τῆς νυκτός καὶ βρονταὶ σκληραὶ ἀπὸ τοῦ Πηλίου· οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφορέοντο ἐς τὰς Ἀφετάς, καὶ περὶ τε τὰς πρῶτας τῶν νεῶν εἰλέοντο καὶ ἐτάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων. (2) Οἱ δὲ στρατιῶται οἱ ταύτῃ ἀκούοντες ταῦτα ἐς φόβον κατιστέατο, ἐλπίζοντες πᾶγχυ ἀπολέεσθαι ἐς οἷα κακὰ ἦκον· πρὶν γὰρ ἢ καὶ ἀναπνεῦσαι σφρας ἐκ τε τῆς ναυηγίης καὶ τοῦ χειμῶνος τοῦ γενομένου κατὰ Πήλιον, ὑπέλαβε ναυμαχίᾳ κρατερῇ, ἐκ δὲ τῆς ναυμαχίης ὄμβρος τε λάβρος καὶ βεῦματα 45 ἰσχυρὰ ἐς θάλασσαν ὀρηκμένα βρονταὶ τε σκληραί. Καὶ τοῖσι μὲν τοιαῦτα νῦξ ἐγίνετο.

XIII. Τοῖσι δὲ ταχθεῖσι αὐτῶν περιπλῶειν Εὐβοίαν ἢ αὐτὴ περ ἐοῦσα νῦξ πολλὸν ἦν ἐτι ἀγριωτέρη, τοσούτῳ ὅσῳ ἐν πελάγῃ φερομένοισι ἐπέπιπτε. (2) 50 Καὶ τὸ τέλος σφι ἐγένετο ἄχαρι· ὥς γὰρ δὴ πλώουσι αὐτοῖσι χειμῶν τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπεγίνετο ἐοῦσι κατὰ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοῆς, φερόμενοι τῷ πνεύματι καὶ οὐκ εἰδότες τῇ ἐφύρῳ ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέτρας. (3) Ἐποικιέτο τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ὅπως ἂν ἐξισωθείη

cati milites ducesque Xerxis, prorsus existimantes male sanos eos esse, educunt et ipsi naves, facile se illos intercepturos sperantes : probabili utique spe, ut qui Græcorum naves adeo paucas viderent, suas vero et multis partibus numerosiores et melius navigantes. Hæc illi cogitantes, medios Græcos circumcluserunt. (2) Ibi tum, quicumque ex Ionibus bene cupiebant Græcis, et invitī militabant, hi in maxima calamitate ponebant quod illos undique cinctos viderent, nec eorum ullum evasurum existimarunt : ita desperatæ his visæ erant res Græcorum. (3) Quibus autem lubentibus ea res acciderat, hi acriter inter se contendebant, ut quisque primus, navi capta Attica, præmium a rege acciperet : nam Atheniensium potissima ratio apud utrumque hostium exercitum habebatur.

XI. Græci, quum adhuc fronte in longum directā proras navium omnium hosti adversas habuissent, ut editum est signum, primum puppes in medium contraxerunt : deinde, altero edito signo, adgressi sunt opus ; et in exiguum licet spatium conclusi, jam a fronte impetum in hostes fecerunt. (2) Ibi tunc triginta ceperunt naves barbarorum, et Philaonem, Chersidis filium, Gorgi Salaminiorum regis fratrem, spectatum in exercitu virum. Primus ex Græcis navem hostium cepit civis Atheniensis Lycomedes, Æschraï filius, et virtutis præmium princeps hic retulit. (3) Cæterum ancipite Marte pugnam hanc navalem pugnautes ingruens nox diremit : et Græci quidem ad Artemisium sunt reversi ; barbari vero Aphetas, multo graviore, quam exspectaverant, certamine defuncti. (4) In hac navali pugna ex Græcis qui cum rege militabant, unus Antidorus Lemnii ad Græcorum transivit partes : cui dein ob hoc factum Athenienses prædium in Salamine dono dederunt.

XII. Facta nocte, quum esset medium anni tempus æstivum, immensa vis aquarum tota nocte cecidit de cælo, et dira tonitrua exstiterē de Pelio : moxque cadavera et naufragia ejiciebantur versus Aphetas, et circa navium proras volvebantur, palmulasque impediēbant remorum. (2) Hæc audientes qui ibi erant milites, terrore percussi, prorsus se perituros existimabant, tot tantisque simul malis ingruentibus. Etenim priusquam e naufragio et tempestate ad Pelium coorta potuissent respirare, gravis incidit pugna navalis ; post pugnam vero vehementissimus imber, et validi torrentes in mare decurrentes, et dira tonitrua. Hi igitur talem egerunt noctem.

XIII. Verum illis, quibus mandatum erat Eubœam circumnavigare, eadem nox multo fuit atrocior ; tanto quidem magis, quod in medio pelago versantibus incidit. (2) Et tristis illis finis fuit. Nam postquam illis navigantibus, quum adversus Cœla (id est Cava) Eubœæ essent, tempestas atque imber incidit ; vento abrepti, nec scientes ipsi quo ferrentur, ad petras impingebantur. (3) Adeo omnia effecit deus, quibus Persarum copię æquales

τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν μὴδὲ πολλῶν πλέον εἴη. Οὗτοι μὲν νυν περὶ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοῆς διεφθείροντο.

XIV. Οἱ δὲ ἐν Ἀφετῇσι βάρβαροι, ὥς σφι ἀσμένιοις ἡμέρῃ ἐπέλαμψε, ἀτρέμας τε εἶχον τὰς νέας, καὶ σφι ἀπεχρέετο κακῶς πρήσσουσι ἡσυχίην ἀγεῖν ἐν τῷ παρῶντι. (2) Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ἐπέβωθεν νέες τρεῖς καὶ πεντήκοντα Ἀττικαί. Αὐταί τε δὴ σφεας ἐπέρρωσαν ἀπικόμεναι, καὶ ἅμα ἀγγελίῃ ἔλθοῦσα ὡς τῶν βαρβάρων οἱ περιπλῶντες τὴν Εὐβοίαν πάντες εἶσαν διεφθαμένοι ὑπὸ τοῦ γενομένου χειμῶνος. (3) Φυλάξαντες δὴ τὴν αὐτὴν ὥρην, πλῶντες ἐπέπεσον νηυσὶ Κιλισσησι· ταύτας δὲ διαφθείραντες, ὥς εὐφρόνῃ ἐγένετο, ἐπέπλων ὅπισω ἐπὶ τὸ Ἀρτεμισιον.

XV. Τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ δεινὸν τι ποιησάμενοι οἱ στρατηγοὶ τῶν βαρβάρων νέας οὕτω σφι ὀλίγας λυμαίνεσθαι, καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρξεω δειμαίνοντες, οὐκ ἀνέμειναν ἔτι τοὺς Ἕλληνας μάχης ἀρῆσαι, ἀλλὰ παρακελευσάμενοι κατὰ μέσον ἡμέρης ἀνῆγον τὰς νέας. (2) Συνέπιπτε δὲ ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας καὶ τὰς περὶ ναυμαχίας τὰς ἐν Θερμοπύλῃσι. Ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν τοῖσι κατὰ θάλασσαν περὶ τοῦ Εὐρίπου, ὥστε τοῖσι ἀμφὶ Λεωνίδα τὴν ἐσβολὴν φυλάσσειν. (3) Οἱ μὲν δὲ παρακελεύοντο ὅπως μὴ παρήσσουσι ἐς τὴν Ἑλλάδα τοὺς βαρβάρους, οἱ δ' ὅπως τὸ Ἑλληνικὸν στρατεύμα διαφθείραντες τοῦ πόρου κρατήσουσι.

XVI. Ὡς δὲ ταξάμενοι οἱ Ξέρξεω ἐπέπλων, οἱ Ἕλληνες ἀτρέμας εἶχον πρὸς τῷ Ἀρτεμισίῳ. Οἱ δὲ βάρβαροι μνησιεῖς ποιήσαντες τῶν νεῶν ἐκυκλόντο, ὥς περιλάβοιεν αὐτούς. Ἐνθεῦτεν οἱ Ἕλληνες ἔπα- νέπλων τε καὶ συνέμισγον. (2) Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ παραπλήσιοι ἀλλήλοισι ἐγένοντο. Ὁ γὰρ Ξέρξεω στρατὸς ὑπὸ μεγάρους τε καὶ πληθέος αὐτὸς ὑπ' ἐωυτοῦ ἐπιπτε, παρασσομένῳ τε τῶν νεῶν καὶ περιπιπτουσέων περὶ ἀλλήλας· ὁμοῦ μέντοι ἀντεῖχε καὶ οὐκ εἶκε· δεινὸν γὰρ χρῆμα ἐποιεῖντο ὑπὸ νεῶν ὀλίγων ἐς φυχὴν τράπεσθαι. (3) Πολλοὶ μὲν δὲ τῶν Ἑλλήνων νέες διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ ἄνδρες, πολλῶν δ' ἔτι πλεῖνες νέες τε τῶν βαρβάρων καὶ ἄνδρες. Οὕτω δὲ ἀγωνιζόμενοι δίστησαν χωρὶς ἑκάτεροι.

XVII. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Αἰγύπτιοι μὲν τῶν Ξέρξεω στρατιωτέων ἥριστευσαν, οἱ ἄλλα τε ἔργα μεγάλα ἀπεδέξαντο καὶ νέας αὐτοῖσι ἀνδράσι εἶλον Ἑλληνίδας πέντε. (2) Τῶν δὲ Ἑλλήνων κατὰ ταύτην τὴν ἡμέρην ἥριστευσαν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Κλεινὸς δ' Ἀλκιδιάδης, ὃς δαπάνην οἰκίῃν παρεχόμενος ἐστρατεύετο ἀνδράσι τε διηχοσίοισι καὶ οἰκητῇ νηί.

XVIII. Ὡς δὲ δίστησαν ἄσμενοι ἑκάτεροι, ἐς ὅρμον ἤπειγοντο. Οἱ δὲ Ἕλληνες ὡς διακριθέντες ἐκ τῆς ναυμαχίας ἀπηλλάχθησαν, τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν ναυηγίων ἐπεκράτεον, τρηχέως δὲ περιεφθέντες, καὶ οὐκ ἤχιστα Ἀθηναῖοι τῶν αἰ ἡμίσειαι τῶν νεῶν τετραμμένοι ἔσαν, ὀρησμένων δὲ ἐβουλεύοντο ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα.

XIX. Νόῳ δὲ λαβὼν ὁ Θემιστοκλῆς ὡς εἰ ἀπορ-

fierent copiis Græcorum, nec multo eis essent superiores. Hi igitur circa Cola Eubææ perierunt.

XIV. Qui ad Aphetas erant barbari, ut grata illis dies illuxit, tranquillas tenuere naves; bene secum agi existimantes, si, malis defuncti, quietem in præsentī agere possent. (2) At Græcis subsidio venerē tres et quinquaginta Atticæ naves: quarum et adventus vires illorum animosque confirmavit, et adlatus simul nuncius, Barbaros Eubæam circumnavigantes coorta tempestate cunctos perisse. (3) Itaque eadem diei hora, qua pridie, navibus evecti, in Cilicienses naves impetum fecerunt: hisque corruptis, ingruente nocte, ad Artemisium reversi sunt.

XV. Tertiō vero die ægerrime ferentes barbarorum duces, tam paucas naves adeo contumeliosa sibi damna inferre, veritique Xerxis iram, non amplius exspectarunt dum Græci pugnae facerent initium; sed se invicem cohortati, circa medium diei navibus sunt evecti. (2) Accidit autem, ut eisdem diebus et navales hæ pugnae, et pedestres ad Thermopylas, pugnarentur. Et erat certamen omne, mari, de Euripo; quemadmodum Leoniðæ et his qui cum eo erant, de custodiendo transitu in Græciam. (3) Hi igitur sese cohortabantur, ne barbaros in Græciam transmittent: illi vero, ut classem delerent Græcorum, et froto potirentur.

XVI. Jam, ubi instructa acie evecta est regia classis, quieti Græci ad Artemisium steterē. At postquam illi in lunæ speciem ordinare naves instituerunt, quo Græcos undique cinctos tenerent; tum vero hi quoque evecti sunt, præliumque commiserunt. (2) Et in hac quidem navali pugna pares fere utrinque fuere. Etenim Xerxis magna classis ob multitudinem navium ipsa se impediēbat, quum et turbarentur naves, et aliæ in alias mutuo inciderent. At nihilo tamen secius restiterunt, nequese receperunt; quippe indignissimam rem ducentes, a paucis navibus in fugam verti. (3) Igitur multæ quidem Græcorum naves perierunt, multi item homines; sed longe plures et naves barbarorum et homines. Hoc vero certamine defuncti, discesserunt utrinque.

XVII. In hac pugna ex Xerxis militibus præcipuan. virtutis laudem Ægyptii retulere, quum aliis editis præclare factis, tum eaptis quinque Græcorum navibus simul cum vectoribus. (2) Inter Græcos virtus emīuit Atheniensium; et inter Athenienses, Cliniae virtus, filii Alcibiadis; qui propria navi militabat, privato sumptu ducentis viris instructa.

XVIII. Dirempto prælio, libenter utrique ad suam stationem properarunt. Et Græci, ut e pugna reversi sunt, cadaverum quidem et naufragiorum sunt potiti; sed, quum asperè fuissent accepti, et maxime Athenienses, quorum dimidia pars navium vulneratæ erant, ad interiora Græciæ se recipere decreverunt.

XIX. Themistocles vero, reputans secum, si Ionicum,

ραγείη ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ τό τε Ἴωνικὸν φύλον καὶ τὸ Καρικὸν, οἳ τε εἶησαν τῶν λοιπῶν κατ' ὑπερθε γενέσθαι, ἐλαυνόντων τῶν Εὐβοέων πρόβατα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ταύτη συλλέξας τοὺς στρατηγούς ἐλεγέ σφι ὡς δοκεῖοι ἔχειν τινὰ παλάμην, τῇ ἐλπίζοι τῶν βασιλέος συμμάχων ἀποστήσειν τοὺς ἀρίστους. (2) Ταῦτα μὲν νῦν ἐς τοσοῦτο παρεγύμνου, ἐπὶ δὲ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι τάδε ποιητέα εἶναι σφι ἔλεγε, τῶν τε προβάτων τῶν Εὐβοϊκῶν ὅσα τις ἐθέλοι καταθῆναι (κρίσσον
11 γὰρ εἶναι τὴν στρατιὴν ἔχειν ἢ τοὺς πολεμίους), παραινέει τε προεῖπαι τοῖσι ἐκωτῶν ἐκαστοὺς πῦρ ἀνακαίειν (3) κομιδῆς δὲ πέρι τὴν ὥρην αὐτῶν μελήσειν, ὥστε ἀσινέας ἀπικέσθαι ἐς τὴν Ἑλλάδα. Ταῦτα ἤρεσέ σφι ποιεῖν, καὶ αὐτίκα πῦρ ἀνακαυσάμενοι ἐτράποντο πρὸς
12 τὰ πρόβατα.

XX. Οἱ γὰρ Εὐβοέες παραχρησάμενοι τὸν Βάκιδος χρησμὸν ὡς οὐδὲν λέγοντα, οὔτε τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν οὔτε προσεσάξαντο ὡς παρεσσομένου σφι πολέμου, περιπετέα τε ἐποίησαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα.
20 (2) Βάκιδι γὰρ ὥδε ἔχει περὶ τούτων δὲ χρησμὸς, Φράξιο, βαρβαρόφωνος ὅταν ζυγὸν εἰς θαλάσσην βύβλινον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἰγας. Τούτοις δὲ οὐδὲν τοῖσι ἔπεισι χρησαμένοις ἐν τοῖσι τότε παρεούσι τε καὶ προσδοκίμοις παρῇν σφι συμ-
25 φορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα.

XXI. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἐπρήσσαν, παρῇν δὲ ὁ ἐκ Τρηχίνος κατάσκοπος. Ἦν μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ κατάσκοπος Πολύτας, γένος Ἀντικυρεὺς, τῷ προσετέτακτο, καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἐτόμιον, εἰ παλήσειε
30 ὁ ναυτικὸς στρατὸς, σημαίνειν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἑοῦσι· ὡς δ' αὐτως ἦν Ἀβρώνυχος ὁ Λυσικλῆος Ἀθηναῖος καὶ παρὰ Λεωνίδῃ ἐτόμιος τοῖσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἑοῦσι ἀγγέλλειν τριηκοντέρῳ, ἦν τι καταλαμβάνη νεώτερον τὸν πεζόν. (2) Οὗτος ὢν ὁ Ἀβρώνυχος ἀπικό-
35 μένος σφι ἐσήμεινε τὰ γεγονότα περὶ Λεωνίδα καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ. Οἱ δὲ ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, οὐκέτι ἐς ἀναβολὰς ἐποιοῦντο τὴν ἀποχώρησιν, ἐκομίζοντο δὲ ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν, Κορίνθιοι πρῶτοι, ὕστατοι δὲ Ἀθηναῖοι.

40 XXII. Ἀθηναῖον δὲ νέας τὰς ἀρίστα πλωούσας ἐπιλεξάμενος Θεμιστοκλῆς ἐπαρεῦετο περὶ τὰ πότιμα ὕδατα, ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοις γράμματα τὰ Ἴωνες ἐπελθόντες τῇ ὕστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπὶ τὸ Ἀρτεμισίον ἐπελέξαντο. (2) Τὰ δὲ γράμματα τάδε ἔλεγε, « ἄνδρες
45 Ἴωνες, οὐ ποίετε δίκαια ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατευόμενοι καὶ τὴν Ἑλλάδα καταδουλοῦμενοι. (3) Ἀλλὰ μάλιστα μὲν πρὸς ἡμέων γίνεσθε· εἰ δὲ ὑμῖν ἐστὶ τοῦτο μὴ δυνατόν ποιῆσαι, ὑμεῖς δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἔξεσθε καὶ αὐτοὶ, καὶ τῶν Κερῶν δέεσθε τὰ αὐτὰ
50 ὑμῖν ποιεῖν. (4) Εἰ δὲ μηδέτερον τούτων οἶόν τε γίνεσθαι, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μείζονος κατέζευθε ἢ ἵσπε ἀπίστασθαι, ὑμεῖς γε ἐν τῷ ἔργῳ, ἔπειτα συμμάχουμεν, ἐβλοκαχέετε, μεμνημένοι ὅτι ἀπ' ἡμέων γεγόνατε καὶ ὅτι ἀρχῇθεν ἢ ἔχθρῃ πρὸς τὸν βάρβαρον

genus atque Caricum abstraheretur a Barbaro, reliquis copiis superiores evadere posse Græcos; quom Eubœenses per id tempus greges suos ad mare agerent, eo convocavit Græcorum duces, dixitque, videri sibi ansam habere, qua speraret fortissimos socios abstrahi ab rege posse. (2) Et hoc quidem nonnisi hactenus illis aperuit; ad res autem præsentis quod spectat, ita illis faciendum ait: de Eubœensium gregibus quotquot quisque vellet pecudes mactaret; satius enim esse, suos milites illas habere, quam hostes. Simul illos hortatus est, ut quisque præciperet suis ignes accendere. (3) De reditu vero, sibi, ait, curæ fore justum tempus quo salvi in Græciam essent peventuri. Atque hæc illis facere placuit: protinusque accensis ignibus, ad pecudes sese converterunt.

XX. Nempe Eubœenses, insuper habito Bacidis oraculo, quasi nihil dicente, nihil neque ex insula exportaverant, nec in munita loca importaverant, quasi nullus adfuturus hostis esset; adeoque ipsi res suas in magnum discrimen adduxerant. (2) Est autem Bacidis de his oraculum huiusmodi:

Cogita, barbara-lingua-loquens quando Joga imposuerit mari hyblina, ut procul Eubœa absint multum-mecantes capræ.

His versibus quum illi in malis tunc et præsentibus et imminentibus non essent usi, in promptu erat ut in maximas inciderent calamitates.

XXI. Dum hæc aguntur, adfuit e Trachine speculator. Nam et ad Artemisium speculator fuit, Polyas genere Anticyrensis, cui mandatum erat (et ad hoc remis bene instructum navigium in parato habebat), ut, si gravius conflictaretur classis, id illis qui ad Thermopylas erant significaret: et similiter apud Leonidam Habronichus, Lysiclis filius, Atheniensis, paratus fuit qui consensa actuaria navi his ad Artemisium renunciaret, si pedestribus copiis novi quidpiam accidisset. (2) Hic igitur Habronichus advenit, significavitque quæ circa Leonidam ejusque exercitum gesta erant. Quibus illi rebus cognitis, jam non amplius differendum sibi discessum judicantes, receperunt se eodem ordine quo in statione erant locati; primi Corinthii, postremi Athenienses.

XXII. Tum vero Themistocles, selectis velocissimis Atheniensium navibus, ad aquas quasque circa ea loca portabiles se conferens, lapidibus incidit scripta, quæ Iones postridie ejus diei ad Artemisium adpellentes legerunt. (2) Erat autem scriptorum sententia hæc: « Viri Iones, inique agitis, qui contra parentes militatis, et Græciam in servitutem conamini redigere. (3) Immo vero, quod maxime a vobis postulamus, nostris a partibus state! Id si facere non licet vobis, at etiam nunc neutris vos partibus adjungite, et vos ipsi, et Caribus, ut idem faciant, persuadete. (4) Sin horum neutrum fieri potest, sed graviore necessitate, quam ut deficere ab hostibus possitis, estis adstricti; vos in ipso saltem opere, quando pugnam conseremus, consulto cessate, memores a nobis vos esse progenitis, atque etiam inimicitias has, quas cum Barbaro gerimus, primam a

ἂπ' ὑμέων ἡμῖν γέγονε. » (5) Θεμιστοκλῆς δὲ ταῦτα ἔγραψε, δοκέειν μοι, ἐπ' ἀμφοτέρα νοέων, ἵνα ἡ λα-
θόντα τὰ γράμματα βασιλέα Ἰωνας ποιήσῃ μεταβαλέειν
καὶ γενέσθαι πρὸς ἑωυτῶν, ἡ πέποιτε ἀνευχεῖσθαι καὶ δια-
βληθῇ πρὸς Ξέρξεα, ἀπίστους ποιήσῃ τοὺς Ἰωνας καὶ
τῶν ναυμαχιῶν αὐτοὺς ἀπόσχῃ.

XXIII. Θεμιστοκλῆς μὲν ταῦτα ἐνέγραψε, τοῖσι
δὲ βαρβάροις αὐτίκα μετὰ ταῦτα πλοῖω ἦλθε ἀνὴρ
Ἰστιαίεὺς ἀγγέλλων τὸν δρησμὸν τὸν ἀπ' Ἀρτεμισίου
τῶν Ἑλλήνων. (2) Οἱ δ' ἐπ' ἀπιστίας τὸν μὲν ἀγγέλλοντα
εἶχον ἐν φυλακῇ, νέας δὲ ταχέας ἀπέστειλαν προκατο-
φομένους. Ἀπαγγειλάντων δὲ τούτων τὰ ἦν, οὕτω δὴ
ἅμα ἡλίω σκιδναμένω πᾶσα ἡ στρατιὴ ἔπλωε ἀλλῆς ἐπὶ
τὸ Ἀρτεμισίον. (3) Ἐπισχόντες δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ
μέχρι μέσου ἡμέρης, τὸ ἀπὸ τούτου ἔπλων ἐς Ἰστίαίαν.
Ἀπικόμενοι δὲ τὴν πόλιν ἔσχον τῶν Ἰστιαίων, καὶ τῆς
Ἑλλοπίης μοίρης, γῆς δὲ τῆς Ἰστιάιτιδος τὰς παρα-
θαλασσίας χώμας πᾶσας ἐπέδραμον.

XXIV. Ἐνθαῦτα δὲ τούτων ἐόντων, Ξέρξης ἐτοι-
μασάμενος τὰ περὶ τοὺς νεκροὺς ἔπεμπε ἐς τὸν ναυτικὸν
στρατὸν κήρυκα. Προετοιμάσας δὲ τάδε· ὅσοι τοῦ
στρατοῦ τοῦ ἑωυτοῦ ἔσαν νεκροὶ ἐν Θερμοπύλῃσι (ἔσαν
δὲ καὶ δύο μυριάδες) ὑπολιπόμενοι τούτων ὡς χιλίους,
τοὺς λοιποὺς τάφρους ὀρυζάμενος ἔθαψε, φυλλάδα τε
ἐπιθαλῶν καὶ γῆν ἐπαμαρσάμενος, ἵνα μὴ ὀφείσῃσαν ὑπὸ
τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ. (2) Ὡς δὲ διεβή ἐς τὴν Ἰστιά-
ιαν δ' κῆρυξ, σύλλογον ποιησάμενος πάντας τοῦ στρα-
τοπέδου ἔλεγε τάδε, « ἄνδρες σύμμαχοι, βασιλεὺς Ξέρ-
ξης τῷ βουλομένῳ ὑμέων παραδίῳσι ἐλιπόντα τὴν
τάξιν καὶ ἐλθόντα ἡγήσασθαι ὅπως μάχεται πρὸς τοὺς
ἀνότη-τους τῶν ἀνθρώπων, οἱ ἥλπισαν τὴν βασιλείας δύ-
ναμιν υπερβαλέσθαι. »

XXV. Ταῦτα ἐπαγγειλάμενου, μετὰ ταῦτα οὐδὲν
ἐγένετο πλοίων σπανιώτερον· οὕτω πολλοὶ ἤθελον θη-
σασθαι. Διαπραιωθέντες δὲ ἐθηῦντο διεξιόντες τοὺς
νεκροὺς· πάντες δὲ ἡπιστάτο τοὺς κειμένους εἶναι πάν-
τας Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπιάας, ὁρόντες καὶ τοὺς
ἐλπίστας. (2) Οὐ μὲν οὐδ' ἐλάνθανε τοὺς διαβεβηκότας
Ξέρξης ταῦτα πρῆξας περὶ τοὺς νεκροὺς τοὺς ἑωυτοῦ·
καὶ γὰρ δὴ καὶ γελοῖον ἦν· τῶν μὲν χίλιοι ἐφαίνοντο
νεκροὶ κείμενοι, οἱ δὲ πάντες ἐκείατο ἀλῆες συγκεκομι-
σμένοι ἐς τὸ αὐτὸ χωρίον, τέσσαρες χιλιάδες. (3) Ταύ-
την μὲν τὴν ἡμέρην πρὸς θῆν ἐτράποντο, τῇ δ' ὕστε-
ραίῃ οἱ μὲν ἀπέπλων ἐς Ἰστιάιαν ἐπὶ τὰς νέας, οἱ δὲ
ἀμφὶ Ξέρξεα ἐς δόδον ὤρμαστο.

XXVI. Ἦκον δὲ σφι αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρκα-
δίας ὀλίγοι τινές, βίου τε δεόμενοι καὶ ἐνεργοὶ βουλό-
μενοι εἶναι. Ἄγοντες δὲ τούτους ἐς ὅψιν τὴν βασιλέως
ἐπυνθάνοντο οἱ Πέρσαι περὶ τῶν Ἑλλήνων τὰ ποιεῖν·
εἰς δὲ τις πρὸ πάντων ἦν ὁ εἰρωτέων αὐτοὺς ταῦτα. (2)
Οἱ δὲ σφι ἔλεγον ὡς Ὀλύμπια ἀγοίεν καὶ θεωροῖεν
ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἵππικόν. Ὁ δὲ ἐπείρετο ὅ τι τοῦ
ἀέθλου εἴη σφι κείμενον, περὶ ὅτε ἀγωνίζονται· οἱ δ'
εἶπαν τῆς ἐλαΐης τὸν διδόμενον στέφανον. (3) Ἐνθαῦτα

vobis originem traxisse. » (4) Hac Themistocles scripsit,
ut equidem arbitror, re in utramque partem deliberata;
quo eisdem his scriptis, sive ea laterent Barbarum, Iones
ad deficiendum a rege et ad Græcos transeundum permo-
verentur; sive ea renunciata essent Xerxi et in calumniā
apud eum adducta, de fide suspecti redderentur Iones,
eaque causa a pugnis navalibus procul haberentur.

XXIII. Ut hæc inscripsit Themistocles, continuo post
Græcorum discessum civis Histiaeus, navigio profectus,
barbaris fugam illorum ab Artemisio nuntiavit. (2) At illi,
fidem nuncio non adhibentes, in custodia hominem tene-
runt; velocesque naves, quæ rem explorarent, præmiserunt.
A quibus quum relatum esset id quod res erat, ita demum
universa simul classis, ut primi spargebantur radii solis, ad
Artemisium profecta est. (3) Ibi usque ad meridiem no-
rati, Histiam inde navigarunt. Quo ubi pervenere, Hi-
stiaeorum urbe potiti, maritimos omnes vicus Ellopīi agri,
qui ditionis Histiaetidis est, incursarunt.

XXIV. Hi dum ibi morantur, interim Xerxes, postquam
quæ ad occisorum cadavera spectant præparaverat, nun-
cium misit ad classem. Præparaverat autem hæcce. Quot-
quot de ipsius exercitu ceciderant (erant autem ad vicies
mille), ex his nonnisi mille admodum reliquit, ceteros de-
pressis in id fossis sepelivit, superne stratis arborum foliis,
ingestaque humo, ne a classiariis conspicerentur. (2) Ut
Histiam præco pervenit, convocata totius exercitus con-
cione, hæc edixit: « Viri, armorum socii, rex Xerxes uni-
cuique e vobis, quisquis voluerit, potestatem dat suum
ordinem relinquendi, spectatumque veniendi quo pacto ille
cum male sanis his hominibus pugnet, qui se regis copias
superaturos esse speraverant. »

XXV. Hac postquam nuncius edixit, mox nihil rarius
fuit quam navigia: ita multi cupidi erant spectandi. Et hi,
ad Thermopylas transvecti, obierunt spectanturum cada-
vera: et, quum Lacedæmonii mixtos Helotas viderent, hos
omnes, qui ceciderant, Lacedæmonios et Thespienses esse
arbitrabantur. (2) Nec vero latuit transvectos quid de suis,
qui ceciderant, Xerxes fecisset: namque manifeste ridicu-
lum erat; quum Persarum nonnisi mille jacentia cadavera
conspicerentur, Græcorum autem in unum locum congesta
quattuor millia. (3) Hunc igitur diem spectando insum-
psere: postridie vero classiarii, qui trajecerant, Histiam ad
naves sunt reversi; Xerxes autem cum suis ad ulterius
progrediendum se accinxit.

XXVI. Per idem tempus venere ad Persas transfugæ ex
Arcadia, homines numero pauci, victum quæerentes, et
operam suam illis præstare cupientes. Hos in conspectum
regis adductos interrogarunt Persæ de Græcis, quidnam illi
facerent: et unus quidam præ cæteris erat, qui hoc ex illis
quæsit. (2) Responderunt illi, Olympia Græcos agere,
spectareque certamen gymnicum et curule. Tum rursus in-
terrogati, quodnam esset propositum præmium, de quo
contenderent; dixere, oleæ dari coronam. (3) Ibi tum Tri-

εἶπας γνώμην γενναιοτάτην Τριτανταίχμης δ' Ἀρτα-
 θάνου δειλὴν ὥρλε πρὸς βασιλέας. (4) Πυνθανόμενος
 γὰρ τὸ ἀέθλον ἐὼν στέφανον, ἀλλ' οὐ χρήματα, οὔτε
 ἡνέσχετο σιγῶν εἶπε τε ἐς πάντας τάδε, « παπαὶ Μαρ-
 6 δόνιε, κοίους ἐπ' ἄνδρας ἡγάγες μαχεσομένους ἡμέας,
 οἱ οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ
 ἀρετῆς. » Τοῦτο μὲν δὴ ταῦτα εἶρητο.

XXVII. Ἐν δὲ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ, ἐπεῖτε τὸ ἐν
 Θερμοπύλῃσι τρώμα ἐγεγόνεε, αὐτίκα Θεσσαλοὶ πέμ-
 10 πουςι κήρυκα ἐς Φωκέας, ἅτε σφὶ ἐνέχοντες αἰεὶ χό-
 λον, ἀπὸ δὲ τοῦ ὑστάτου τρώματος καὶ τὸ κάρτα. (2)
 Ἐσβαλόντες γὰρ πανστρατιῇ αὐτοὶ τε οἱ Θεσσαλοὶ καὶ
 οἱ σύμμαχοι αὐτῶν ἐς τοὺς Φωκέας, οὐ πολλοῖσι ἔτεσι
 15 πρότερον ταύτης τῆς βασιλέως στρατηλασίης, ἐσώθη-
 σαν ὑπὸ τῶν Φωκέων καὶ περιέφθησαν τρηχέως. (3)
 Ἐπεῖτε γὰρ κατελήθησαν ἐς τὸν Παρνησὸν οἱ Φωκέες
 ἔχοντες μάντιν Τελλὴν τὸν Ἡλείον, ἐνθαῦτα δὲ Τελλὴς
 οὗτος σοφίζεται αὐτοῖσι τοίνυδε· (4) γυψώσας ἀνδρας
 20 ἐξακοσίους τῶν Φωκέων τοὺς ἀρίστους, αὐτοὺς τε τού-
 τους καὶ τὰ θπλα αὐτῶν, νυκτὸς ἐπεθήκατο τοῖσι Θεσ-
 σαλοῖσι, προεῖπας αὐτοῖσι, τὸν ἂν μὴ λευκανθίζοντα
 ἰδῶνται, τοῦτον κτείνειν. (5) Τούτους ὦν αἱ τε φυλα-
 καὶ τῶν Θεσσαλῶν πρῶται ἰδοῦσαι ἐφοβήθησαν, δόξα-
 25 σαι ἄλλο τι εἶναι τέρας, καὶ μετὰ τὰς φυλακάς αὐτὴ ἡ
 στρατιὴ οὕτω ὥστε τετρακισχίλιον κρατῆσαι νεκρῶν
 καὶ ἀσπίδων Φωκέας, τῶν τὰς μὲν ἡμισέας ἐς Ἄβας
 ἀνέθεσαν, τὰς δὲ ἐς Δελφούς· ἡ δὲ δεκάτῃ ἐγένετο τῶν
 30 χρημάτων ἐκ ταύτης τῆς μάχης οἱ μεγάλοι ἀνδριάντες
 οἱ περὶ τὸν τρίποδα συνεστῶτες ἐμπροσθε τοῦ νηοῦ
 τοῦ ἐν Δελφοῖσι, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι ἐν Ἀθῇσι ἀνακέ-
 ται.

XXVIII. Ταῦτα μὲν νυν τὸν πεζὸν ἐργάσαντο τῶν
 Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορκέοντας ἐνωτούς· ἐσθα-
 35 λούσαν δὲ ἐς τὴν χώραν τὴν ἵππον αὐτῶν ἐλυμήναντο
 ἀνηέστως. (2) Ἐν γὰρ τῇ ἐσβολῇ ἡ ἔστι κατ' Ὑάμ-
 πολιν, ἐν ταύτῃ τάφρον μεγάλῃν δρύξαντες ἀμφορέας
 κεινοὺς ἐς αὐτὴν κατέθηκαν, χοῦν δὲ ἐπιφορήσαντες καὶ
 40 ὁμοῦσαντες τῇ ἄλλῃ χώρῳ, ἐδέκοντο τοὺς Θεσσαλοὺς
 ἐσβαλλοντας. (3) Οἱ δὲ, ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας,
 φερόμενοι ἐσέπεσον ἐς τοὺς ἀμφορέας. Ἐνθαῦτα οἱ ἵπ-
 ποι τὰ σκέλεα διεφθάρησαν.

XXIX. Τοῦτων δὲ σφὶ ἀμφοτέρων ἔχοντες ἔχοντον
 οἱ Θεσσαλοὶ πέμψαντες κήρυκα ἡγόρευον τάδε, « ὦ
 45 Φωκέες, ἥδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὁμοῖοι
 ἡμῖν. (2) Πρόσθε τε γὰρ ἐν τοῖσι Ἑλλήσι, ὅσον χρό-
 νον ἐκεῖνα ἡμῖν ἦνδανε, πλέον αἰεὶ κοτε ἡμέων ἐφερό-
 μεθα· νῦν τε παρὰ τῷ βαρβάρῳ τοσούτον δυνάμεθα ὥστε
 ἐπ' ἡμῖν ἔστι τῆς γῆς τε ἐστερῆσθαι καὶ πρὸς ἡνδρα-
 50 ποδίσθαι ἡμέας. (3) Ἡμεῖς μέντοι τὸ πᾶν ἔχοντες οὐ
 μνησικαχέμεν, ἀλλ' ἡμῖν γενέσθω ἅντ' αὐτῶν πεντή-
 κοντα τάλαντα ἀργυρίου, καὶ ἡμῖν ὑποδεκόμεθα τὰ
 ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώραν ἀποτρέψειν. »

XXX. Ταῦτα σφὶ ἐπηγγέλλοντο οἱ Θεσσαλοί. Οἱ
 γὰρ Φωκέες μόνου τῶν ταύτῃ ἀνθρώπων οὐκ ἐμῆδι-

tantæchmes, Artabani filius, nobilissimam dicens senten-
 tiam, timiditatis culpam apud regem incurrit. (4) Ut
 enim audivit, coronam esse certaminis præmium, non
 pecunias, silentium non tenuit; sed coram omnibus, « Papæ,
 inquit, Mardonie, quales contra viros tu nos pugnatos
 duxisti, qui non de pecuniis, sed de virtute, certamina
 institunt! » Hoc ejus dictum erat.

XXVII. Interea temporis, post infelicem rerum ad Ther-
 mopylas exitum, protinus Thessali præconem miserunt ad
 Phocenses; quippe quibus semper fuerant infensi, maxime
 vero a clade novissime ab illis accepta. (2) Etenim paucis
 annis ante hanc expeditionem a Barbaro susceptam Thes-
 sali eorumque socii, quum omnibus copiis invasissent Pho-
 censes, victi ab illis erant aspereque accepti. (3) Quum enim
 apud Phocenses, ad Parnassum conclusos, vates esset Tellias
 Eliensis, callidum inventum hic Tellias illis commentus erat
 hujusmodi: (4) sexcentis viris Phocensium fortissimis, et
 ipsis et eorum armis, creta dealbatis, noctu de improvviso
 impetum in Thessalos fecit, mandato dato suis, ut, quem-
 cumque non albicantem cernerent, hunc interficerent. (5)
 Igitur primæ Thessalorum custodiæ, his conspectis, aliud
 existimantes esse prodigium, fugam capessiverunt, et post
 custodias ipse exercitus; ita ut quattuor millibus cæso-
 rum et scutorum potirentur Phocenses, quorum scutorum dimi-
 dium apud Abas dedicarunt, reliquas Delphis; utque ex
 decima pecuniarum hoc prælio partarum factæ sint ingentes
 illæ statuæ, quæ ante templum Delphicum circa tripodem
 positæ sunt, et aliæ similes Abis dedicatæ.

XXVIII. Hoc modo Phocenses peditatum acceperant
 Thessalorum, a quibus fuerant oppugnati: equitatum vero
 eorumdem, terram ipsorum invadentem, insanabili clade
 adfecerant. (2) Nam in introitu, qui est ad Hyampolin,
 ducta ingenti fossa, in eaque vacuis depositis amphoris, et
 solo injecta humo rursus æquato, incurrentes expectave-
 rant Thessalos. (3) Et illi, tamquam facile eos oppressuri,
 magno impetu invecti, in amphoras inciderant, et equi
 fractis cruribus perierant.

XXIX. Cujus duplicis cladis caussa infensi Phocensibus
 Thessali, misso præcone, hæcce eis edixere: « Meliora edo-
 cti, Phocenses, intelligite tandem, pares vos nobis non
 esse. (2) Nam et antehac inter Græcos, quoad nobis res
 eorum placere, superiores semper fere eramus vobis, et
 nunc apud Barbarum tantum valemus, ut penes nos sit et
 agro vos exui, et in servitutem abripi. (3) At, licet omnia
 possimus, tamen injuriarum non sumus memores: sed pro
 illis rependantur nobis quinquaginta argenti talenta; et re-
 cipimus vobis, aversuros nos mala terræ vestræ impen-
 dentia. »

XXX. Hæc Phocensibus Thessali edixere. Soli enim ex
 omnibus illarum regionum hominibus Phocenses Medorum

ζον, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος εὐρίσκω, κατὰ δὲ τὸ ἔθος τὸ Θεσσαλῶν· εἰ δὲ Θεσσαλοὶ τὰ Ἑλλήνων ἡῶρον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, ἐμῆδιζον ἂν οἱ Φωκέες. (2) Ταῦτα ἐπαγγελλομένους Θεσσαλῶν οὕτε δῶσιν ἔφασαν χρήματα, παρέχειν τέ σφι Θεσσαλοῖσι δμοῖως μῆδιζεν, εἰ ἄλλως βουλοῖσθαι· ἀλλ' οὐκ ἔσεσθαι ἐκόντες εἶναι προδοῖται τῆς Ἑλλάδος.

XXXI. Ἐπειδὴ δὲ ἀνηνεύχθησαν οὗτοι οἱ λόγοι, οὕτω δὴ οἱ Θεσσαλοὶ κεχολωμένοι τοῖσι Φωκεῦσι ἐγένοντο ἡγεμόνες τῷ βαρβάρῳ τῆς ὁδοῦ. (2) Ἐκ μὲν δὴ τῆς Τρηχινίτης ἐς τὴν Δωρίδα ἐσέβαλον· τῆς γὰρ Δωρίδος χώρας ποδῶν στεινὸς ταύτῃ κατατείνει, ὡς τριήκοντα σταδίων μάλιστα καὶ εὐρος, κείμενος μεταξύ τῆς τε Μηλίδος καὶ τῆς Φωκίδος χώρας, ἥπερ ἦν τὸ παλαιὸν Δρυοπίς. (3) ἡ δὲ χώρα αὕτῃ ἐστὶ μητρόπολις Δωριέων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ. Ταύτην ὦν τὴν Δωρίδα γῆν οὐκ εἰσάναντο ἐσβαλόντες οἱ βάρβαροι· ἐμῆδιζόν τε γὰρ καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι.

XXXII. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Δωρίδος ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέβαλον, αὐτοὺς μὲν τοὺς Φωκέας οὐκ αἰρέουσι. Οἱ μὲν γὰρ τῶν Φωκῶν ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνησοῦ ἀνέβησαν· ἐστὶ δὲ καὶ ἐπιτηδέη δεῖξασθαι δμῖλον τοῦ Παρνησοῦ ἡ κορυφή, κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένη ἐπ' ἐωυτῆς. Τιθορέα οὐνομα αὕτῃ. (2) ἐς τὴν δὴ ἀνηγείκοντο καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν· οἱ δὲ πλεῖνες αὐτῶν ἐς τοὺς Ὀζόλας Λοκροὺς ἐξεκομίσαντο, ἐς Ἀμφισσαν πόλιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰκομένην. (3) Οἱ δὲ βάρβαροι τὴν γῆν πᾶσαν ἐπέδραμον τὴν Φωκίδα· Θεσσαλοὶ γὰρ οὕτω ἦγον τὸν στρατὸν· δόσσα δὲ ἐπέσχον, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔχειρον, καὶ ἐς τὰς πόλεις ἐνιέντες πῦρ καὶ ἐς τὰ ἱρά.

XXXIII. Πορευόμενοι γὰρ ταύτῃ παρὰ τὸν Κηρισὸν ποταμὸν ἐδήλουν πάντα, καὶ κατὰ μὲν ἔκαστον Δρυμόν πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδρην καὶ Ἐρωγον καὶ Τεθρώνιον καὶ Ἀμφικαίαν καὶ Νέωνα καὶ Πεδίεας καὶ Τριτέας καὶ Ἐλάτειαν καὶ Ὑάμπολιν καὶ Παραποταμίους καὶ Ἀβας, (2) ἔνθα ἦν ἱρὸν Ἀπόλλωνος πλούσιον, θησαυροῖσι τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον· ἦν δὲ καὶ τότε καὶ νῦν ἐστὶ χρηστόριον αὐτόθι· καὶ τοῦτο τὸ ἱρὸν συλῆσαντες ἐνέπρῃσαν. (3) Καὶ τινὰς διώκοντας εἶλον τῶν Φωκῶν πρὸς τοῖσι οὔρεσι, καὶ γυναϊκάς τινὰς διέφθειραν μισγόμενοι ὑπὸ πλήθεος.

XXXIV. Παραποταμίους δὲ παραμειβόμενοι οἱ βάρβαροι ἀπείκοντο ἐς Πανοπίαν. Ἐνθεῦτεν δὲ ᾗδῃ διακρινόμενην ἡ στρατιὴ αὐτῶν ἐσχίζετο. Τὸ μὲν πλεῖστον καὶ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ ἅμα αὐτῷ Ξέρῃ πορευόμενον ἐπ' Ἀθήνας ἐσέβαλε ἐς Βοιωτοὺς, ἐς γῆν τὴν Ὀρχομενίαν. (2) Βοιωτῶν δὲ πᾶν τὸ πλῆθος ἐμῆδιζε, τὰς δὲ πόλεις αὐτῶν ἄνδρες Μακεδόνες διατεταγμένοι ἐσώζον, ἐπ' Ἀλεξάνδρου ἀποπεμφθέντες· ἐσώζον δὲ τῇδε, βουλόμενοι δῆλον ποιεῖν Ξέρῃ ὅτι τὰ Μηδῶν Βοιωτοὶ φρονέουσιν. Οὗτοι μὲν δὴ τῶν βαρβάρων ταύτῃ ἐτράποντο.

XXXV. Ἄλλοι δὲ αὐτῶν ἡγεμόνας ἔχοντες ὠρμέατο

partes non sequebantur, nulla quidem alia de causa, ut ego collatis inter se rationibus reperio, nisi odio Thessalorum; qui si Graecorum partibus se adjunxissent, cum Medis facturi fuisset Phocenses mihi videntur. (2) Ista igitur quum Thessali edixissent; nec pecunias se daturos, responderunt Phocenses, et in promptu sibi esse, Medorum partes, similiter atque Thessali faciant, amplecti, si modo velent; sed nolle se ultro proditores esse Graeciae.

XXXI. Quod ubi relatum est responsum, tum vero Thessali irati Phocensibus, viæ duces fuere Barbaro. (2) Et primum quidem ex Trachinia Doridem sunt ingressi. Etenim Doricae terrae angusta lacinia, triginta fere stadiorum latitudine, hac porrigitur, inter Maliacam et Phocidem terram interjecta; qui tractus olim Dryopis erat. (3) Est autem hac regio metropolis Doriensium, eorum qui Peloponnesum incolunt. Hanc igitur Doridem terram ingressi barbari non vastarunt: etenim cum Medis sentiebant incolae, nec placuerat Thessalis ut injuria his inferretur.

XXXII. Ut vero ex Doride in Phocidem sunt ingressi, ipsos quidem Phocenses non sunt nacti. Nam eorum alii in Parnassi fastigia conscenderant: est autem ad recipiendam multitudinem idoneus Parnassi vertex contra Neonem oppidum seorsum situs, cui Titthorea nomen; (2) in quem nimirum et res suas comportaverant, et ipsi adscenderant. Major vero pars eorumdem in Ozolas Locros sese atque res suas receperant, in Amphissam oppidum, supra Crisaeum campum situm. (3) Barbari autem universam terram Phocidem incursarunt; ita enim exercitum duxerunt Thessali: et quocumque pervenerunt, cuncta cremarunt vastaruntque, ignem et in oppida et in templa injicientes.

XXXIII. Hac enim iter facientes secundum Cephissum fluvium, omnia depopulabantur; cremaruntque Drymon oppidum, et Charadram, et Erochum, et Tethronium, et Amphikaeam, et Neonem, et Pedieas, et Triteas, et Elateam, et Hyampolin, et Parapotamios, et Abas, (2) ubi opulentum erat Apollinis templum thesauris donariisque multis instructum: eratque ibidem, atque etiam nunc est, oraculum: hoc quoque templum, exspoliatum, igne cremarunt. (3) Atque Phocensium nonnullos, ad montana insecuti, captivos fecerunt; et nonnullis etiam mulieribus, ob multitudinem vim facientium, necem attulerunt.

XXXIV. Parapotamios praetergressi barbari in Panopesium agrum venerunt. Inde jam discretæ illorum copiae, bifariam divisæ sunt. Plurima quidem et validissima pars exercitus una cum ipso Xerxe, Athenas tendens, in Boetiam intravit, in fines Orchomeniorum. (2) Boeotorum autem universa multitudo cum Medis sentiebat: et oppida illorum tutabantur viri Macedones, ab Alexandro ad hoc missi; tutabantur ea autem, hoc ipso declaraturi Xerxi, cum Medis sentire Boeotos. Hi igitur ex Barbaris hac via incedebant.

XXXV. At illorum alii, sumptis viarum ducibus, versus

ἐπὶ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, ἐν δεξιῇ τὸν Παρνησὸν ἀπέρροντες. Ὅσα δὲ καὶ οὗτοι ἐπέσχον τῆς Φωκίδος, πάντα ἐσιναμύρον· καὶ γὰρ τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν καὶ Δαυλιῶν καὶ Αἰολιδέων. (2) Ἐπορεύοντο δὲ ταύτῃ ἀποσχισθέντες τῆς ἄλλης στρατῆς τῶνδε εἴνεκεν, ὅπως συλίσαντες τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι βασιλεῖ Ξέρξῃ ἀποδίδωεν τὰ χρήματα. (3) Πάντα δ' ἡπίστατο τὰ ἐν τῷ ἱρῷ ὅσα λόγου ἦν ἄξια Ξέρξης, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἄμεινον ἢ τὰ ἐν τοῖσι οἰκίοις ἔλιπε, πολλῶν αἰεὶ λεγόντων, καὶ μάλιστα τὰ Κροίσου τοῦ Ἀλυάττεω ἀναθήματα.

XXXVI. Οἱ δὲ Δελφοὶ πυνθάνομενοι ταῦτα ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην ἀπύκατο, ἐν δειματι δὲ μεγάλῳ κατεστῶτες ἐμαντεύοντο περὶ τῶν ἱρῶν χρημάτων, εἴτε σφέα κατὰ γῆς κατορύξωσι εἴτε ἐκκομίσωσι ἐς ἄλλην χώραν. (2) Ὁ δὲ θεὸς σφεας οὐκ ἔα κινεῖν, φᾶς αὐτὸς ἱκανὸς εἶναι ἐωυτοῦ προκατῆσθαι. Δελφοὶ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες σφέων αὐτῶν περὶ ἐφρόντιζον. (3) Τέκνα μὲν νυν καὶ γυναῖκας πέρην ἐς τὴν Ἀχαιὴν διέπεμψαν, αὐτῶν δὲ οἱ μὲν πλείστοι ἀνέβησαν ἐς τοῦ Παρνησοῦ τὰς κορυφὰς καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἀνηνείκοντο, οἱ δὲ ἐς Ἀμφισσαν τὴν Λοκρίδα ὑπεξῆλθον. Πάντες δὲ ὧν οἱ Δελφοὶ ἐξέλιπον τὴν πόλιν, πλὴν ἐξήκοντα ἀνδρῶν καὶ τοῦ προφήτεω.

XXXVII. Ἐπεὶ δὲ ἀγγοῦ τε ἔσαν οἱ βάρβαροι ἐπιόντες καὶ ἀπώρουν τὸ ἱρὸν, ἐν τούτῳ ὁ προφήτης, τῷ οὐνομα ἦν Ἀχάρατος, δρᾷ πρὸ τοῦ νηοῦ ὄπλα προκείμενα ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἐξενηνεγμένα ἱρὰ, τῶν οὐκ ὄσιον ἦν ἄπτεσθαι ἀνθρώπων οὐδενί. (2) Ὁ μὲν δὲ ἦγε Δελφῶν τοῖσι παροῦσι σημανέων τὸ τέρας, οἱ δὲ βάρβαροι ἐπειδὴ ἐγίνοντο ἐπειγόμενοι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προνητῆς Ἀθηναίης, ἐπιγίνεται σφι τέρεα ἐτι μέζονα τοῦ πρὶν γενομένου τέρεος. (3) Θῶμα μὲν γὰρ καὶ τοῦτο κάρτα ἐστὶ, ὅπλα ἀρήϊα αὐτόματα φανῆναι ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ· τὰ δὲ δὴ ἐπὶ τούτῳ δεύτερα ἐπιγεγόμενα καὶ διὰ πάντων ρασμάτων ἄξια θωμάσαι μάλιστα. (4) Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἔσαν ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προνητῆς Ἀθηναίης, ἐν τούτῳ ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον, ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησοῦ ἀπορραγεῖσαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῶν πατάγῳ ἐς αὐτοὺς καὶ κατέλαβον συγχρούς σφεινῶν, ἐκ δὲ τοῦ ἱεροῦ τῆς Προνητῆς βοή τε καὶ ἀλαλαγμὸς ἐγίνετο.

XXXVIII. Συμμιγνύντων δὲ τούτων πάντων φόβος τοῖσι βαρβάροις ἐνεπεπτώκει. Μαθόντες δὲ οἱ Δελφοὶ φεύγοντάς σφεας, ἐπικαταβάντες ἀπέκτειναν πλῆθος τι αὐτῶν. Οἱ δὲ περιεόντες ἰθὺ Βοιωτῶν ἔρευγον. (2) Ἐλεγον δὲ οἱ ἀπονοστήσαντες οὗτοι τῶν βαρβάρων, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ὡς πρὸς τούτοις καὶ ἄλλα ὤρεον θεία· δύο γὰρ ὀπλίτας μέζοντας ἢ κατ' ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας ἔπεσθαι σφι κτείνοντας καὶ διώκοντας.

XXXIX. Τούτους δὲ τοὺς δύο Δελφοὶ λέγουσι ἐπιχωρίους ἥρωας εἶναι, Φύλακόν τε καὶ Αὐτόνοον, τῶν τὰ τεμένεά ἐστι περὶ τὸ ἱρὸν, Φυλάκου μὲν παρ' αὐτῆν

Delphicum templum intendebant iter, Parnassum a dextra relinquentes. Quaecumque vero etiam hi Phocidis permearunt regiones, has cunctas evastarunt : nam et Panopensium oppidum incenderunt, et Dauliorum, et Aelidarum. (2) Viam autem istam hi, sejuncti ab reliquo exercitu, ingressi sunt hoc consilio, ut, spoliato Delphico templo, opes illius Xerxi regi repræsentarent. (3) Noverat autem, ut ego accepi, Xerxes omnia quæ in hoc templo erant melius quam quæ suis in ædibus reliquerat, quippe multis ea constanter memorantibus, ac præsertim Cresi donaria, Alyattis filii.

XXXVI. Ejus rei nuncius gravissimum Delphensibus timorem injectit : quo terrore perculsi, oraculum de sacris pecuniis rebusque pretiosis consuluerunt, utrum in terram eas defoderent, an in aliam regionem exportarent. (2) At vetuit deus loco illas movere, dicens, se ipsum ad tutanda sua sufficere. Quo audito responso, jam sibi ipsi Delphenses consuluerunt : (3) et liberos quidem et uxores trans mare in Acliam dimiserunt : ipsorum vero plerique in juga conscenderunt Parnassi, resque suas in Corycium antrum comportarunt ; alii vero in Amphissam Locridem secesserunt. Itaque cuncti Delphenses reliquerunt urbem, exceptis sexaginta viris et propheta.

XXXVII. Ut vero adpropinquarunt invadentes barbari, jamque in conspectu habuere templum ; ibi tunc propheta, cui nomen erat Aceratus, sacra arma vidit ante templum proposita, ex interiore penetrali prolata, quæ nulli hominum fas erat tangere. (2) Atque ille hoc prodigium Delphensibus, qui in urbe aderant, nunciatum ixit. Ut vero gradum accelerantes barbari prope ædem fuere Minervæ Pronææ, alia his oblata sunt prodigia, superiori etiam prodigio majora. (3) Nam et hoc sane mirabile est, arma Martia sua sponle extra templum proposita adparuisse : sed quæ mox deinde evenerunt, ea præ omnibus ostentis maxima admiratione digna sunt. (4) Ubi enim subeuntes barbari prope Pronææ Minervæ ædem fuere, ibi tum et de cælo fulmina in eos deciderunt, et de Parnasso abrupta duo cacumina ingenti cum fragore in eosdem præcipitarunt, multosque oppresserunt, et ex Pronææ æde clamor et ululatus est exauditus.

XXXVIII. Quibus rebus simul incidentibus, terror barbaris est incussus : quos ubi fugam capessere Delphenses intellexerunt, descendentes de monte non exignam illorum stragem edidere ; reliqui vero recta in Boiotiam profugerunt. (2) Memorarunt autem, ut ego accepi, hi ex barbaris qui redierunt, præter ista se alia etiam ostenta divinitus missa vidisse : namque duos armatos, majores quam pro humana natura, continenter sibi instituisse, persequentes cædemque facientes.

XXXIX. Istos duos, aiunt Delphenses, indigenas fuisse heroes, Phylacum et Autonoum, quorum fana sunt in templi viciniis ; Phylaci quidem, secundum ipsam viam, supra

τὴν ὁδὸν κατ' ἑπάρθε τοῦ ἱεροῦ τῆς Προνηΐδας, Αὐτονόου δὲ πέλας τῆς Κασταλῆς ὑπὸ τῇ Ὑαμπεΐᾳ κορυφῇ. (2) Οἱ δὲ πεσόντες ἀπὸ τοῦ Παρηησοῦ λίθοι ἐτι καὶ ἐς ἡμέας ἔσαν σοοί, ἐν τῷ τεμένει τῆς Προνηΐδας Ἀθηναίης κείμενοι, ἐς τὸ ἐνέσκηψαν διὰ τῶν βαρβάρων φερόμενοι. Τούτων μὲν νυν τῶν ἀνδρῶν αὕτη ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἀπαλλαγὴ γίνεται.

XL. Ὁ δὲ Ἑλλήνων ναυτικός στρατός ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου Ἀθηναίων δεηθέντων ἐς Σαλαμῖνα κατίσχει τὰς νέας. Τῶνδε δὲ ἐννεκεν προσεδεήθησαν αὐτὸν σχεῖν πρὸς Σαλαμῖνα Ἀθηναῖοι, ἵνα αὐτοὶ παῖδας τε καὶ γυναῖκας ὑπεξαγάγῃται ἐκ τῆς Ἀττικῆς, πρὸς δὲ καὶ βουλευσύνται τὸ ποιητέον αὐτοῖσι ἔσται. (2) Ἐπὶ γὰρ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι βουλὴν ἐμελλον ποιήσασθαι ὡς ἐψευσμένοι γνώμης· δοκέοντες γὰρ εὐρήσειν Πελοποννησίου πανδημεί ἐν τῇ Βοιωτῇ ὑποκατημένους τὸν βάρβαρον, τῶν μὲν εὖρον οὐδὲν ἔδν, οἱ δὲ ἐπυνθάνοντο τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τευχέοντας, τὴν Πελοπόννησον περὶ πλείστου τε ποιευμένους περιεῖναι καὶ ταῦτα τὴν ἔχοντας ἐν φυλακῇ, τὰ δὲ ἄλλα ἀπίεσαι. Ταῦτα πυθνόμενοι οὕτω δὲ προσεδεήθησαν σφῶν σχεῖν πρὸς τὴν Σαλαμῖνα.

XLI. Οἱ μὲν δὲ ἄλλοι κατέσχον ἐς τὴν Σαλαμῖνα, Ἀθηναῖοι δὲ ἐς τὴν ἐσωτῶν. Μετὰ δὲ τὴν ἀπίειν χήρυγμα ἐποίησαντο, Ἀθηναίων τῇ τις δύναται σώζειν τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας. (2) Ἐνθαῦτα οἱ μὲν πλείστοι ἐς Τροιζήνα ἀπέστειλαν, οἱ δὲ ἐς Αἰγίνα, οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα. Ἐσπευσαν δὲ ταῦτα ὑπεκθέσθαι τῷ χρηστηρίῳ τε βουλόμενοι ὑπηρετεῖν, καὶ δὴ καὶ τοῦδε εἰνεκεν οὐκ ἦκιστα· (3) λέγουσι Ἀθηναῖοι ὅτιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλεως ἐνδιατιθέσθαι ἐν τῷ ἱερῷ· λέγουσί τε ταῦτα, καὶ δὴ καὶ ὡς ἐόντι ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες· τὰ δ' ἐπιμήνια μελιτόεσσα ἔστι. Αὕτη δ' ἡ μελιτόεσσα ἐν τῷ πρόσθε αἰεὶ χρόνῳ ἀναισιμωμένη (2) τότε ἦν ἀψαυτος. (3) Σημηγνάσκει δὲ ταῦτα τῆς ἱρείας, μᾶλλον τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν ὡς καὶ τῆς θεοῦ ἀπολειοιπτῆς τὴν ἀκρόπολιν. Ὡς δὲ σφι πάντα ὑπεξεκίετο, ἐπλῶον ἐς τὸ στρατόπεδον.

XLII. Ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπ' Ἀρτεμισίου ἐς Σαλαμῖνα κατέσχον τὰς νέας, συνέρρεε καὶ ὁ λοιπὸς πυθνόμενος ὁ τῶν Ἑλλήνων ναυτικός στρατός ἐκ Τροιζῆνος· ἐς γὰρ Πάγωνα τὸν Τροιζηνίων λιμένα προεῖρητο συλλέγεσθαι. Συνελέχθησαν τε δὴ πολλῶν πλεῖνες νέες ἢ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἐναυμάχον, καὶ ἀπὸ πόλιων πλεόνων. (2) Ναύαρχος μὲν νυν ἐπὶν αὐτός ὅσπερ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Εὐρυειδῆς δὲ Εὐρυκλείδω ἀνὴρ Σπαρτιῆτης, οὐ μὲντοι γένεός γε τοῦ βασιλείου ἑὸν νέας δὲ πολλῶν πλείστας τε καὶ ἄριστα πλωούσας παρείχοντο Ἀθηναῖοι.

XLIII. Ἐστρατεύοντο δὲ οἷδε, ἐκ μὲν Πελοποννήσου Λακεδαιμόνιοι ἑκατὰ νέας παρεχόμενοι, Κορίνθιοι δὲ τὸ αὐτὸ πλήρωμα παρεχόμενοι τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Σικυῶνιοι δὲ πεντεκαίδεκα παρείχοντο νέας, Ἐπιδαυριοὶ δὲ δέκα, Τροιζηνιοὶ δὲ πέντε, Ἐρ-

Pronæ ædem; Autonoi vero, prope Castaliam sub Hyampeo cacumine. (2) Saxa autem, quæ de Parnasso decidebant, ad nostram usque ætatem superfuerunt, in agro Minervæ Pronæ sacro jacentia; in quem, postquam per barbaros devoluta sunt, incubuerunt. Isto igitur modo hi homines a Delphico templo discesserunt.

XL. Jam classis Græcorum, ab Artemisio profecta, rogatu Atheniensium ad Salaminem adpulit. Et hoc quidem consilio Athenienses a sociis, ut ad Salamina adpellerent, rogaverant, ut ipsi liberos et uxores ex Attica exportatos in tuto locarent, et porro quid sibi faciendum esset deliberarent. (2) Nam pro præsentē rerum statu, quum opinione sua essent frustrati, consilium capturi erant. Etenim quum existimassent se Peloponnesios cum omniū copiis reperturos esse in Bœotia subsidentes ibique Barbarum excepturos, nihil horum repperant: sed certiores erant facti, Isthmum illos muro intercipere, et Peloponnesus ut salva sit maxime curare, hancque custodire, cætera omittentes. Hæc quum intellexissent Athenienses, idcirco socios, ut ad Salamina sisterent classem, rogaverant.

XLI. Et reliqui quidem ad Salamina adpulerunt, Athenienses vero ad Atticam. Quo ubi pervenere, præconio edixerunt, quo loco quisque posset Atheniensium, eo liberos et familiam in tuto locare. (2) Ibi tunc plerique Træzena eos miserunt, alii vero in Aeginam, alii Salamina. Properarunt autem suos suaque extra Atticam in tuto locare, partim oraculi mandato obtemperare cupientes, partim, nec minime, hac de causa: (3) dicunt Athenienses, ingentem serpentem, arcis custodem, versari in templo, nec vero id perhibent solum, sed etiam tamquam re vera ibi versanti menstrua sacra faciunt adponuntque: est autem menstruum sacrificium, placenta melle condita. Hæc placenta, quum superioribus temporibus constanter consumpta fuisset, tunc intacta erat. (4) Quod ubi significavit antistita templi, tanto magis atque studiosius urbem reliquerunt Athenienses, quod etiam dea arcem deseruisset. Exportatis autem rebus omnibus, in tutoque locatis, ad castra navigarunt.

XLII. Postquam vero isti ab Artemisio ad Salamina constituerant classem, accepto ejus rei nuncio reliquæ etiam nauticæ Græcorum copię eodem confluerunt, Træzene profectæ. Edictum enim illis fuerat, ut ad Pogonem, Træzeniorum portum, convenirent: et convenerant multo plures quam quæ ad Artemisium navali prælio erant defunctæ, et ex pluribus civitatibus. (2) Classi cum imperii summa præfectus erat idem qui ad Artemisium, Eurybiades, Euryclides filius, Spartanus, nec vero ex regio genere natus: sed plurimas naves, optimeque navigantes, præbuerant Athenienses.

XLIII. Qui autem hac in classe militabant, hi fuere: ex Peloponneso, Lacedæmonii, sedecim naves præbentes: tum Coriinthii, totidem naves cum vectoribus præbentes quot ad Artemisium: Sicyonii vero quindecim præbuerunt naves; Epidaurii, decem; Træzenii, quinque; Hermionen-

μιονέες δὲ τρεῖς, ἔόντες οὗτοι πλὴν Ἑρμιονέων Δωρικόν τε καὶ Μακεδόνων ἔθνος, ἐξ Ἑρинеοῦ τε καὶ Πίνδου καὶ τῆς Δρυοπίδος ὕστατα δρμηθέντες. (2) Οἱ δὲ Ἑρμιονέες εἰσι Δρύοπες, ὑπ' Ἑρακλέος τε καὶ Μηλίων 6 ἐκ τῆς νῦν Δωρίδος καλευμένης χώρας ἐξαναστάντες. Οὗτοι μὲν νυν Πελοποννησίων ἐστρατεύοντο.

XLIV. Οἱ δὲ ἐκ τῆς ἔξω ἡπείρου, Ἀθηναῖοι μὲν πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενοι νέας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν, μόνον· ἐν Σαλαμῖνι γὰρ οὐ συναναυμαχῆσαν 10 Πλαταιέες Ἀθηναίοισι διὰ τοιόνδε τι πρῆγμα· ἀπαλλασσομένων τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, ὡς ἐγίνοντο κατὰ Χαλκίδα, οἱ Πλαταιέες ἀποδάντες ἐς τὴν περαιῖν τῆς Βοιωτῆς χώρας πρὸς ἑκκομιδὴν ἐτράποντο τῶν οἰκετῶν. (2) Οὗτοι μὲν νυν τούτους σώζοντες 15 ἐλείφθησαν· Ἀθηναῖοι δὲ ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλευμένην ἔσαν Πελασγοί, οὐνομαζόμενοι Κραναιοί, ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλέος ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι, ἐκδεξαμένου δὲ Ἑρεχθέος τὴν ἀρχὴν Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν, Ἴωνος δὲ τοῦ Σούθου στρα- 20 τάρχειν γενομένου Ἀθηναίοισι ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου Ἴωνες.

XLV. Μεγαρέες δὲ τὸ αὐτὸ πλήρωμα παρείχοντο καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Ἀμπρακιῇται δὲ ἑπτὰ νέας ἔχοντες ἐπεβώθησαν, Λευκαδιοὶ δὲ τρεῖς, ἔθνος ἔόντες οὗτοι 26 Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου.

XLVI. Νησιωτῶν δὲ Αἰγινήται τριήκοντα παρείχοντο. Ἐσαν μὲν σφι καὶ ἄλλαι πεπληρωμέναι νέες· ἀλλὰ τῆσι μὲν τὴν ἐσωτῶν ἐφύλασσον, τριήκοντα δὲ 30 τῆσι ἄριστα πλωούσῃσι ἐν Σαλαμῖνι ἐναυμάχῃσαν. Αἰγινῆται δὲ εἰσι Δωριέες ἀπ' Ἐπιδαύρου· τῇ δὲ νήσῳ πρότερον οὐνομα ἦν Οἰνώνη. (2) Μετὰ δὲ Αἰγινήτας Χαλκιδέες τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ εἰκοσι παρεχόμενοι καὶ Ἑρετριέες τὰς ἑπτὰ· οὗτοι δὲ Ἴωνες εἰσι. Μετὰ δὲ Κεῖοι τὰς αὐτὰς παρεχόμενοι, ἔθνος ἔδν Ἴωνικὸν ἀπ' 36 Ἀθηνῶν. (3) Νάξιοι δὲ παρείχοντο τέσσαρας, ἀποπεμψθέντες μὲν ἐς τοὺς Μήδους ὑπὸ τῶν πολιητῶν κατὰ πᾶρ ὧλλοι νησιώται, ἀλογῆσαντες δὲ τῶν ἐντολέων ἀπίκατο ἐς τοὺς Ἑλλήνας Δημοκρίτου σπεύσαντος, ἀνδρὸς τῶν αὐτῶν δοκίμου καὶ τότε τριηραρχέοντος· Νάξιοι δὲ εἰσι Ἴωνες ἀπ' Ἀθηνῶν γεγονότες. (4) Στυρέες δὲ τὰς αὐτὰς παρείχοντο νέας τὰς καὶ ἐπ' Ἀρ- 40 τεμισίῳ, Κύθνιοι δὲ μίαν καὶ πεντηχόντερον, ἔόντες συναμφοτέροι οὗτοι Δρύοπες. (5) Καὶ Σερίφιοι τε καὶ Σίφνιοι καὶ Μηλίοι ἐστρατεύοντο· οὗτοι γὰρ οὐκ ἔδοσαν 45 μόνον νησιωτῶν τῷ βαρβάρῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ.

XLVII. Οὗτοι μὲν ἅπαντες ἐντὸς οἰκημένοι Θεσπρωτῶν καὶ Ἀχέρωντος ποταμοῦ ἐστρατεύοντο· Θεσπρωτοὶ γὰρ εἰσι οἱ ὀμιουρέοντες Ἀμπρακιῇται καὶ Λευκαδιοῖσι, οἱ ἐξ ἐσχάτων χωρῶν ἐστρατεύοντο. (2) 50 Τῶν δὲ ἐκτὸς τούτων οἰκημένων Κροτωνιῆται μόνον ἔσαν οἱ ἐβώθησαν τῇ Ἑλλάδι κινδυνεύουσῃ νηὶ μιῇ, τῆς ἤρχε ἀνὴρ τρίς πυθιονίχης Φάυλλος· Κροτωνιῆται δὲ γένος εἰσι Ἀχαιοί.

XLVIII. Οἱ μὲν νυν ἄλλοι τριήρεας παρεχόμενοι

ses, tres. Sunt autem isti, exceptis Hermionensibus, Dorica et Macedna natio, ex Erineo et Pindo et Dryopide novissime profecti. (2) Hermionenses vero Dryopes sunt, ab Hercule et Maliensibus ex regione quæ Doris nunc vocatur ejecti. Hæ copię Peloponnesiorum erant.

XLIV. Ex populis vero continentem extra Peloponnesum incolentibus adfuere, primum, Athenienses, qui præ reliquis omnibus centum et octoginta naves contulerunt : et hi quidem nunc soli erant ; nam in pugna ad Salaminem Atheniensibus Plataenses præsto non fuere, hac de causa : quo tempore Græci, relicto Artemisio, prope Chalcidem fuerant, Plataenses in oppositam Boeotiæ oram exscenderant, et ad familias suas in tuto locandas erant profecti : (2) ita, dum suos tutantur, in tempore non adfuerunt. Athenienses, quo tempore Pelasgi Graciam quæ nunc vocatur tenebant, Pelasgi fuerant, Cranai nominati ; sub Cecrope vero rege, Cecropidæ sunt adpellati : tum regnante Erechtheo, mutato nomine, Athenienses adpellati : ab Ione vero, Xuthi filio, qui copiarum dux fuit Atheniensium, Iones sunt denominati.

XLV. Megareses totidem naves cum vectoribus contulerant, quot ad Artemisium. Ampraciotæ cum septem navibus præsto erant : Leucadii cum tribus ; Dorici hic quoque populus est, ex Corintho.

XLVI. Ex insularis Æginetæ naves contulerant triginta : et instructas quidem etiam alias habebant, sed illis suam custodiebant terram, triginta vero optime navigantibus pugnarunt ad Salaminem. Sunt autem Æginetæ Dorienses, ex Epidauro : nomen vero insulæ prius Cœnone fuerat. (2) Post Æginetas, Chalcidenses aderant cum viginti navibus quas easdem ad Artemisium habuerant ; et Eretrienses cum eisdem septem navibus : Ionica hæc gens est. Deinde Cei, Ionicus populus Athenis oriundus, cum eisdem quibus ad Artemisium. (3) Naxii cum quattuor navibus aderant ; ad Medos quidem missi a civibus, quemadmodum reliqui insulani : sed spreto mandato ad Græcos sese contulerant hortante Democrito, spectato inter suos viro, qui tunc trierarcha erat. Sunt autem Iones Naxii, Athenis oriundi. (4) Styrenses easdem, quas ad Artemisium, naves contulerunt ; Cythnii vero triremem unam, et actuariam quinquaginta remorum : utrique hi Dryopes sunt. (5) Seriphii etiam, et Siphnii, et Melii cum Græcis militarunt : hi enim soli ex insularis Barbaro terram et aquam non tradiderant.

XLVII. Quos adhuc memoravi pugnae ad Salamina socios, hi omnes citra Thesprotiam et Acherontem fluvium habitant : Thesproti enim finitimi sunt Ampraciotis et Leucadiis, qui ex ultimis Græciæ regionibus adfuerunt. (2) Ex his vero qui ultra incolunt, soli Crotoniatæ fuere, qui periclitanti succurrerent Græciæ, et una quidem nave, cui præfuit vir ter Pythiorum certaminum victor, Phayllus : sunt autem Crotoniatæ origine Achæi.

XLVIII. Jam reliqui quidem, quos memoravi, triremes

ἐστρατεύοντο, Μήλιοι δὲ καὶ Σίφνιοι καὶ Σερίφιοι πεντηκοντέρους. Μήλιοι μὲν γένος ἰόντες ἀπὸ Λακεδαιμόνος δύο παρείχοντο, Σίφνιοι δὲ καὶ Σερίφιοι Ἴωνες ἰόντες ἀπ' Ἀθηνέων μίαν ἑκάτεροι. Ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν, πᾶρες τῶν πεντηκοντέρων, ὅκτω καὶ ἑβδομηκοντα καὶ τριηκόσια.

XLIX. Ὡς δὲ ἐς τὴν Σαλαμῖνα συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ ἀπὸ τῶν εἰρημένων πολιῶν, ἐβουλεύοντο, προθέντος Εὐρυβιάδω γνώμην ἀποφαίνεσθαι τὸν βουλόμενον, ὅκου δοκεῖ ἐπιτρεδῶτατον εἶναι ναυμαχίην ποιεῖσθαι τῶν αὐτοῖ χωρέων ἐγκρατέες εἶσι· ἡ γὰρ Ἀττικὴ ἀπείτο ᾗδῃ, τῶν δὲ λοιπῶν περί προετίεε. (2) Αἱ γνώμαι δὲ τῶν λεγόντων αἱ πλείστα συνεξέπιπτον πρὸς τὸν Ἴσθμόν πλώσαντας ναυμαχεῖν πρὸ τῆς Πελοποννήσου, ἐπιλέγοντες τὸν λόγον τόνδε, ὡς ἦν νικηθείωσι τῇ ναυμαχίῃ, ἐν Σαλαμῖνι μὲν ἰόντες πολιορκήσονται ἐν νήσῳ, ἵνα σφι τιμωρήσῃ οὐδεμία ἐπιφανήσεται, πρὸς δὲ τῷ Ἴσθμῳ ἐς τοὺς ἐσωτῶν ἐξίσονται.

L. Ταῦτα τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου στρατηγῶν ἐπιλεγόμενων, ἐηλύθεε ἀνὴρ Ἀθηναῖος ἀγγέλλων ἦκει τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ πᾶσαν αὐτὴν τυρπολέεσθαι. (2) Ὁ γὰρ διὰ Βοιωτῶν τραπόμενος στρατὸς ἅμα Ξέρξῃ, ἐμπρήσας Θεσπιῶν τὴν πόλιν αὐτῶν ἐκλελοιπότες ἐς Πελοπόννησον, καὶ τὴν Πλαταιῶν ὡσαύτως, ἦκε τε ἐς τὰς Ἀθήνας καὶ πάντα ἐκεῖνα ἐδηΐου. Ἐνέπρησε δὲ Θεσπείαν τε καὶ Πλαταιαν τυθόμενος Θηβαῖον ὅτι οὐκ ἐμψόζον.

LI. Ἀπὸ δὲ τῆς διαβάσεως τοῦ Ἑλλησπόντου, ἐνθεν πορεύεσθαι ἤρξαντο οἱ βάρβαροι, ἕνα αὐτοῦ διατριψάντες μῆνα ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην, ἐν τρισὶ ἑτέροις μηνὶ ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ, Καλλιᾶδεω ἄρχοντος Ἀθηναίους. (2) Καὶ αἰρέουσι ἐρῆμον τὸ ἄστυ, καὶ τινες ὀλίγους εὐρίσκουσι τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ ἱερῷ ἰόντας, ταμίᾱς τε τοῦ ἱεροῦ καὶ πέντητας ἀνθρώπους, οἱ φραζάμενοι τὴν ἀκρόπολιν θύρῃσι τε καὶ ξύλοις ἡμύοντο τοὺς ἐπιόντας, ἅμα μὲν ὑπ' ἀσθενείας βίου οὐκ ἐκχωρήσαντες ἐς Σαλαμῖνα, πρὸς δὲ αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήιον τὸ ἡ Πυθίῃ σφι ἔρχεσθαι, τὸ ξύλινον τεῖχος ἀνάλωτον ἔσεσθαι, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο εἶναι τὸ χρησφύγετον κατὰ τὸ μαντήιον, καὶ οὐ τὰς νέας.

LII. Οἱ δὲ Πέρσαι ἰζόμενοι ἐπὶ τὸν καταντίον τῆς ἀκροπόλεως ὄχθον, τὸν Ἀθηναῖοι καλεῖσι Ἀρῆιον πᾶγον, ἐπολιόρχουν τρόπον τοιόνδε· ὅκως στυπεῖον περὶ τοὺς ὀϊστοὺς περιθέντες ἄμειαν, ἐτόξευον ἐς τὸ φράγμα. (2) Ἐνθαῦτα Ἀθηναίων οἱ πολιορκεόμενοι θυμῶς ἡμύοντο, καίπερ ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ ἀπιγμένοι καὶ τοῦ φράγματος προδεδωκότος· οὐδὲ λόγους τῶν Πεισιστρατιδῶν προσφερόντων περὶ ὁμολογίας ἐνεδέκοντο, ἀμυνόμενοι δὲ ἄλλα τε ἀντεμυχανέοντο καὶ δὴ καὶ προσιόντων τῶν βαρβάρων πρὸς τὰς πύλας ὀλοιστρόχους ἀπίεσαν, ὥστε Ξέρξεα ἐπὶ χρόνον συγνὸν ἀπορίῃσι ἐνέχεσθαι, οὐ δυνάμενόν σφας εἶλεν.

LIII. Χρόνῳ δ' ἐκ τῶν ἀπὸρων ἐφάνη δὴ τις ἔσοδος

in bellum praeberunt; Melii vero et Siphnii et Seriphii penteconteros (*longas naves remis quinquaginta instructas*) et Melii quidem, genus a Lacedaemone derivantes, duas praeberunt; Siphnii vero et Seriphii, Iones ab Athenis originem ducentes, utrique unam. Fuit autem universus navium numerus, demptis penteconteris, trecentae septuaginta et octo.

XLIX. Ut ad Salaminem convenit ex praedictis civitibus classis, deliberarunt duces, rogante Eurybiade ut sententiam diceret quisquis vellet, quo loco opportunissimum videretur pugna navali decernere, ex eis nempe locis quae in ipsorum essent potestate: jam enim Attica pro derelicta erat: itaque de reliquis locis rogavit. (2) Et pleraque eorum, qui verba fecerunt, in hoc congruebant sententiae, ad Isthmum navigandum esse, et ante Peloponnesum navali pugna decernendum: cujus sententiae hanc rationem reddebant, quod, si inferiores ex pugna discessissent, et Salamine essent, obsiderentur in insula, ubi nullum ipsis adparere subsidium posset; ad Isthmum vero, ad suos se possent salvi recipere.

L. Dum ita duces Peloponnesiorum disputant, advenit vir Atheniensis, nuncios in Atticam ingressum esse Barbarum, et totam regionem igne vastare. (2) Quippe exercitus una cum Xerxe, itinere per Boeotiam facto, incensa Thespiensium urbe, qui in Peloponnesum se receperant, itemque Plataensium urbe, Athenas profectus, omnia illius regionis loca evastabat. Incenderat autem Thespiam et Plataeam, quod a Thebanis audisset, cum Medis illos non sentire.

LI. A transitu Hellesponti, unde iter facere cœperant barbari, postquam ibi unum mensem erant morati, quo in Europam transierunt, tribus proximis mensibus in Attica adfuerunt, praetore Atheniensibus Calliade. (2) Deprehenderunt autem vacuum urbem, et paucos quosdam Atheniensium in templo versantes, quaestores templi, et pauperes nonnullos homines; qui arce asseribus atque palis ligneis praesepta arcebant subeuntes. Hi et ob victus inopiam sese Salaminem non receperant, et quod se solos existimarent sententiam reperisse oraculi a Pythia editi, ligneum murum insuperabilem fore; nempe hoc ipsum esse certum illud refugium, quod oraculo significatum esset, non naves.

LII. Persae vero, castris in tumultu positae ex adverso arcis sito, quem Areopagus (*Martium tumultum*) Athenienses vocant, hoc modo illam oppugnarunt: stupam sagittis circumdatam incendebant, atque ita sagittas adversus vallum jaculabantur. (2) Tunc oppugnati Athenienses, ad extremum licet malum redacti, fallente eos etiam vallo, tamen resistebant; nec conditiones de deditone admittebant, a Pisistratidis propositas. Resistebant autem, quum alia contra machinantes, tum et, quoties ad portam succederent barbari, ingentibus in eos saxis devolutis; ut per diu Xerxes inops fuerit consilii, quum illos expugnare non posset.

LIII. Ad extremum vero, post illas difficultates, introi-

τοῖσι βαρβάροισι· ἔδεε γὰρ κατὰ τὸ θεοπρόπιον πᾶσαν τὴν Ἀττικὴν τὴν ἐν τῇ ἡπείρῳ γενέσθαι ὑπὸ Πέρσῃσι. (2) Ἐμπροσθε ὢν πρὸ τῆς ἀκροπόλεως, ὅπισθε δὲ τῶν πυλῶν καὶ τῆς ἀνάδοι, τῇ δὲ οὔτε τις ἐφύλασσε οὔτ' ἂν ἤλπισε μὴ κοτὲ τις κατὰ ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταύτῃ ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου, καίτοι περ ἀποκρήμνου ἐόντος τοῦ χώρου. (3) Ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς ἀναβεδήκοντας οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, οἱ μὲν ἐρίπτεον ἐσωτοῦς κατὰ τοῦ τείχεος κάτω καὶ διεφθέρουντο, οἱ δὲ ἐς τὸ μέγαρον κατέφευγον. (4) Τῶν δὲ Περσέων οἱ ἀναβεδήκότες πρῶτον μὲν ἐτράποντο πρὸς τὰς πύλας, ταύτας δὲ ἀνοιξαντες τοὺς ἱκέτας ἐφόνεον· ἐπεὶ δὲ σφί πάντες κατέστρωντο, τὸ ἱρὸν συλῆσαντες ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν.

LIV. Σὺν δὲ παντελέως τὰς Ἀθήνας Ξέρξης ἀπέπεμψε ἐς Σούσα ἄγγελον ἱππέα Ἀρταβάνῳ ἀγγελέοντα τὴν παρούσάν σφι εὐπρήξῃην. Ἀπὸ δὲ τῆς πέμψιος τοῦ κήρυκος δευτέρῃ ἡμέρῃ συγκαλέσας Ἀθηναίων τοὺς φυγάδας, ἐσωτῇ δὲ ἐπομένους, ἐκέλευε τρόπῳ τῷ σφετέρῳ θῆσαι τὰ ἱρὰ ἀναβάντας ἐς τὴν ἀκρόπολιν, εἴτε δὴ ὢν ὅψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίου ἐνετέλλετο ταῦτα, εἴτε καὶ ἐνθυμῖόν οἱ ἐγένετο ἐμπήσαντι τὸ ἱρὸν. Οἱ δὲ φυγάδες τῶν Ἀθηναίων ἐποίησαν τὰ ἐντεταλμένα.

LV. Τοῦ δὲ εἰνεκεν τούτων ἐπεμνήσθη, φράσω. Ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλει ταύτῃ Ἐρεχθεὸς τοῦ γηγενέος λεγόμενου εἶναι νῆος, ἐν τῇ ἐλαίῃ τε καὶ θάλασσά ἐνι, τὰ λόγος παρ' Ἀθηναίων Ποσειδῶνά τε καὶ Ἀθηναίην ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρας μαρτύρια θεῖσθαι. (2) Ταύτην ὦν τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱρῷ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων· δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς ἐμπρήσious Ἀθηναίων οἱ θύειν ὑπὸ βασιλέως κελευόμενοι ὥς ἀνέβησαν ἐς τὸ ἱρὸν, ὥρεον βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος ὅσον τε πηχυαῖον ἀναδεδραμῆκότα. Οὗτοι μὲν νυν ταῦτα ἔφρασαν.

LVI. Οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες, ὥς σφι ἐξηγγέλθη ὥς ἔσχε τὰ περὶ τὴν Ἀθηνέων ἀκρόπολιν, ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο ὥστε ἐνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα, ἀλλ' ἐς τε τὰς νέας ἐσέπιπτον καὶ ἰστία αἰείροντο ὥς ἀποθευσόμενοι· τοῖσι τε ὑπολειπομένοισι αὐτῶν ἐκυρώθη πρὸ τοῦ Ἰσθμοῦ ναυμαχεῖν. Νύξ τε ἐγίνετο, καὶ οἱ διαλυθέντες ἐκ τοῦ συνεδρίου ἐσέβαινον ἐς τὰς νέας.

LVII. Ἐνθαῦτα δὲ Θεμιστοκλέα ἀπικόμενον ἐπὶ τὴν νέα εἵρετο Μνησίφιλος ἀνὴρ Ἀθηναῖος ὃ τι σφι εἴη βεβουλευμένοι. Πυθόμενος δὲ πρὸς αὐτοῦ ὥς εἴη δεδογμένον ἀνάγειν τὰς νέας πρὸς τὸν Ἰσθμὸν καὶ πρὸ τῆς Πελοποννήσου ναυμαχεῖν, εἶπε, (2) « οὐ τοι ἄρα, ἦν ἀπαίρωσι τὰς νέας ἀπὸ Σαλαμῖνος, οὐδὲ περὶ μῆς ἐτι πατρίδος ναυμαχῆσεις· κατὰ γὰρ πόλις ἕκαστοι τρέφονται, καὶ οὔτε σφέας Εὐρυβιάδης κατέχρειν δυνήσεται οὔτε τις ἀνθρώπων ἄλλος ὥστε μὴ οὐ διασχεδασθῆναι τὴν στρατιήν, ἀπολέεταί τε ἡ Ἑλλάς ἀβουλήσι. (3) Ἄλλ' εἰ τις ἔστι μηχανή, ἣ καὶ πειρῶ διαχέαι τὰ

tus quidam in arcem barbaris adparuit : debuit enim, juxta oraculum, universa Atheniensium terra, quatenus in continente erat, in barbarorum venire potestatem. (2) Erat igitur ante arcem, sed in parte a porta et adscensu aversa, locus ubi nemo excubabat, et ubi nemo crediderat quemquam hominum umquam adscensurum : eo loco, quamvis praeupto, adscenderunt nonnulli prope Aglauri fanum, Cecropis filiae. (3) Quos ut in arcem conscendisse viderunt Athenienses, alii de muro sese praecipitarunt perieruntque, alii in interiorem templi aedem confugerunt. (4) Persae vero qui adscenderant, primum ad portam accurrerunt, eaque aperta trucidarunt supplices ; quibus omnibus occisis, spoliarunt templum, et universam acropolin in-cenderunt.

LIV. Tum Xerxes, Athenis penitus potitus, equitem Susa misit, qui Artabano rem ab ipsis feliciter gestam nunciaret. Postridie vero quam nuncium hunc dimisit, convocatis Atheniensium exsulibus, qui illius castra sequebantur, mandavit, ut in arcem adscenderent, suoque ritu ibi sacra facerent ; sive quod viso nocturno monitus hoc illis imperavit, sive religio quaedam eum incesserat quod templum cremasset. Et Atheniensium exsules mandata fecerunt.

LV. Cur autem hujus rei fecerim mentionem, dicam. Est in hac acropoli templum Erechthei illius, qui terra genitus dicitur, quo in templo olea inest et mare, quae Athenienses narrant ab Neptuno et Minerva, quum de terrae hujus possessione inter se certarent, posita fuisse monumenta. (2) Haec igitur olea simul cum reliquo templo a barbaris erat cremata : altero vero ab hoc incendio die, ut in id templum adscenderunt Athenienses sacra facere jussi a Xerxe, surculum viderunt e stipite enatum, cubiti fere longitudine. Hoc quidem illi memorarunt.

LVI. Graeci vero ad Salaminem, ut nunciatum est eis quo statu esset Athenarum acropolis, tanto sunt terrore percussi, ut e ducibus nonnulli ne manserint quidem donec super quaestione proposita fieret decretum, sed in naves sese conjicientes vela panderint tamquam abituri ; et reliqui, re deliberata, fecerunt decretum, ad Isthmum esse pugnandum. Jamque nox aderat ; et hi quoque, soluto consessu, naves sunt ingressi.

LVII. Ibi tunc Themistoclem, in navem reversum, interrogavit Mnesiphilus, civis Atheniensis, quidnam ab illis decretum foret. A quo ubi cognovit, decretum esse ut navibus ad Isthmum deductis ante Peloponnesum dimicaret : (2) « Quodsi igitur, inquit, hi Salamine solverint, tu pro nulla amplius patria pugnabis. Nam in suas quique civitates se recipient, et nec Eurybiades, nec quisquam hominum alius retinere eos poterit, quin dissolvatur exercitus : et per ducum imprudentiam peritura est Graecia. (3) At tu, si qua via aut ratio superest, perge, et, quae decreta

βεδουλευμένα, ἣν κως δύνῃ ἀναγκῶσαι Εὐρυδιάδα μεταβουλεύσασθαι ὥστε αὐτοῦ μενέειν. »

LVIII. Κάρτα δὴ τῷ Θεμιστοκλείῃ ἤρесе ἡ ὑποθήκη, καὶ οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀμειψάμενος ἦτε ἐπὶ τὴν νέα τὴν Εὐρυδιάδω. Ἀπικόμενος δὲ ἐφη ἐθέλειν οἱ κοινόν τι πρῆγμα συμμίζειν· ὁ δ' αὐτὸν ἐς τὴν νέα ἐκέλευε ἐσθάντα λέγειν, εἴ τι ἐθέλοι. (2) Ἐνθαῦτα δὲ Θεμιστοκλῆς παριζόμενός οἱ καταλέγει ἐκεῖνά τε πάντα τὰ ἥκουσε Μνησιφίλου, ἐωυτοῦ ποιούμενος, καὶ ἄλλα πολλὰ προστιθεῖς, ἐς δὲ ἀνέγνωσε χρηζῶν ἐκ τε τῆς νεὸς ἐκθῆναι συλλέξαι τε τοὺς στρατηγούς ἐς τὸ συνέδριον.

LIX. Ὡς δὲ ἄρα συνελέχθησαν, πρὶν ἢ τὸν Εὐρυδιάδα προθεῖναι τὸν λόγον τῶν ἐνεκεν συνήγαγε τοὺς στρατηγούς, πολλὸς ἦν δὲ Θεμιστοκλῆς ἐν τοῖσι λόγοις οἷα κάρτα δεόμενος. (2) Λέγοντος δὲ αὐτοῦ δὲ Κορίνθιος στρατηγὸς Ἀδεύμαντος ὁ Ὠκύτου εἶπε, « ὦ Θεμιστοκλῆες, ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προξανιστάμενοι βαπτίζονται. » Ὁ δὲ ἀπολούμενος ἐφη, « οἱ δὲ γε 30 ἐγκαταλείπομενοι οὐ στεφανεύνται. »

LX. Τότε μὲν ἡπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο, πρὸς δὲ τὸν Εὐρυδιάδα ἐλεγε ἐκείνων μὲν οὐκ εἶτι οὐδὲν τῶν πρότερον λεχθέντων, ὥς ἐπαὶν ἀπαίρῃσι ἀπὸ Σαλαμίνος διακρήσονται. (2) παρεόντων γάρ τῶν συμμάχων οὐκ ἔφερε οἱ κόσμον οὐδένα κατηγορεῖν· ὁ δὲ ἄλλου λόγου εἶγετο, λέγων τάδε, (I.) « ἐν σοὶ νῦν ἐστὶ σῶσαι τὴν Ἑλλάδα, ἣν ἐμοὶ πείθῃ ναυμαχίῃν αὐτοῦ μένων ποιεῖσθαι, μηδὲ πειθόμενος τούτων τοῖσι λέγουσι ἀνακεῦθης πρὸς τὸν Ἰσθμὸν τὰς νέας. Ἀντίθες γὰρ ἑκάτερον ἀκούσας. (3) Πρὸς μὲν τῷ Ἰσθμῷ συμβάλλων ἐν πελάγει ἀναπεπταμένῳ ναυμαχίσεις, ἐς τὸ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι νέας ἔχουσι βαρυτέρας καὶ ἀριθμὸν ἐλάσσοντας· τοῦτο δὲ ἀπολέεις Σαλαμῖνά τε καὶ Μέγαρ καὶ Αἴγινα, ἣν περ καὶ τὰ ἄλλα εὐτυχήσωμεν. (4) Ἄμα γὰρ τῷ ναυτικῷ αὐτῶν ἐψεται καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς, καὶ οὕτω σφέας αὐτὸς ἀξίεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον, κινδυνεύσεις τε ἀπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. (II.) Ἦν δὲ τὰ ἐγὼ λέγω ποιήσης, τοσάδε ἐν αὐτοῖσι χρηστὰ εὐρήσεις. Πρῶτα μὲν ἐν στενῷ συμβάλλοντες νηυσὶ ὀλίγησι πρὸς πολλὰς, ἣν τὰ οἰκῶτα ἐκ τοῦ πολέμου ἐκβαίῃ, πολλὸν κρατήσωμεν· τὸ γὰρ ἐν στενῷ ναυμαχεῖν πρὸς ἡμέων ἐστὶ, ἐν εὐρυχωρίῃ δὲ πρὸς ἐκείνων. (5) Αὖτις δὲ Σαλαμῖς περιγίνεται, ἐς τὴν ἡμῖν ὑπεκκείται τέχνα τε καὶ γυναῖκες. Καὶ μὴν 45 καὶ τότε ἐν αὐτοῖσι ἐνεστι, τοῦ καὶ περιέχεσθε μάλιστα· ὁμοίως αὐτοῦ τε μένων προναυμαχίσεις Πελοποννήσου καὶ πρὸς τῷ Ἰσθμῷ, οὐδὲ σφας, εἴ περ εὖ φρονέεις, ἀξίεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον. (III.) Ἦν δὲ γε καὶ τὰ ἐγὼ ἐλπίζω γίνεσθαι καὶ νικήσωμεν τῇσι νηυσὶ, οὕτε ἡμῖν ἐς τὸν Ἰσθμὸν παρέσονται οἱ βάρβαροι οὐτε προθήσονται ἑκαστέρῳ τῆς Ἀττικῆς, ἀπῆσσι τε οὐδενὶ κόσμῳ, Μεγάροισι τε κερδανόμενι περιεοῦσι καὶ Αἰγίνῃ καὶ Σαλαμῖνι, ἐν τῇ ἡμῖν καὶ λόγιόν ἐστι τῶν ἐχθρῶν κατῦπερθε γενέσθαι. (6) Οἰκῶτα μὲν νυν βου-

sunt, operam da ut rescindas; si forte persuadere Eurybiadi potueris, ut mutato consilio hic maneat. »

LVIII. Themistocli admodum placuit monitum : qui, nullo ad hæc responso dato, ad Eurybiadis navem perrexit. Quo ubi venit, de communibus rebus, ait, se aliquid cum illo communicaturum : et ille, si quid secum vellet, navem suam conscendere eum jussit. (2) Ibi tum Eurybiadi adsidens Themistocles, et omnia ista quæ ex Mnesiphilo audiverat, tamquam sua, exposuit, et multa alia adjecit, donec precibus eum expugnavit, ut nave egrediretur, et in concilium iterum convocaret duces.

LIX. Qui ubi convenerunt, priusquam rem, cujus causa convocati duces erant, Eurybiades proponeret, multos Themistocles fecit sermones, enixe flagitans. (2) Quem loquentem interfatus Corinthius dux Adimandus, Ocyti filius : « Themistocles, inquit, in certaminum solemnibus, qui ante tempus surgunt, flagris cæduntur. » Et ille, sui purgandi causa, ait : « At, qui pone manent, non coronantur. »

LX. Ita tunc quidem placide respondit Corinthio. Ad Eurybiadem vero conversus, nihil jam eorum dixit quam ante exposuerat, dispersum iri socios, si Salamine solvisent : (2) etenim, præsentibus sociis, nullo modo decorum erat ut eos accusaret : sed aliam dicendi rationem tenens, ita locutus est : (I.) « Penes te nunc est servare Græciam, si meum consilium secutus, hic manens pugnam navalem commiseris, neque his morem gesseris qui naves ad Isthmum promovendas esse contendunt. Accipe enim, et alteram alteri rationi oppone. (3) Ad Isthmum pugnam committens, in aperto mari pugnabis, ubi minime nobis conducit, graviore naves habentibus, et numero pauciores. Porro Salaminem perdes, et Megara, et Æginam, etiamsi cæteroquin feliciter nobis res esset cessura. (4) Nam classem illorum secuturus est pedestris exercitus, adeoque tu ipse eos in Peloponnesum duxeris, periculumque fuerit ut universam perdas Græciam. (II.) Sin quæ ego dico feceris, hæc in illis commoda reperies. Primum quidem, in angusto mari confligentes paucis navibus adversus multas, si rationi consentaneus exitus fuerit pugnae, multo erimus superiores. Nam in angusto praelium navale facere, pro nobis est; in aperto vero, pro illis. (5) Deinde Salamis servatur, in qua nos liberos nostros et uxores deposuimus. Tum vero etiam illud in hac ratione continetur, quod inprimis vobis cordi est : nam, hic manens, pariter pro Peloponneso pugnabis, atque ad Isthmum; nec vero illos, si sapueris, in Peloponnesum duces. (III.) Sin quod ego spero evenierit, pugnaque navali vicerimus, tunc nec ad Isthmum vobis aderunt barbari, nec ultra Atticam progredientur, sed incondita fuga se recipiant, lucrabimurque servata Megara, et Æginam, et Salaminem, ad quam nos hostibus superiores esse futuros oraculo etiam prædictum est. (6) Jam consilia rationi consentanea ca-

λευομένοισι ἀνθρώποισι ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι· μὴ δὲ οἰκότες βουλευομένοισι οὐκ ἐθέλει οὐδὲ ὁ θεὸς προσχωρεῖν πρὸς τὰς ἀνθρωπότηας γνώμας.»

LXI. Ταῦτα λέγοντος Θεμιστοκλέος αὖτις ὁ Κορίνθιος Ἀδείμαντος ἐπεφέρετο, σιγᾶν τε κελεύων τῷ μὴ ἔστι πατρίς, καὶ Εὐρυδιάδεα οὐκ ἔων ἐπιψηφίζεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὶ πόλιν γὰρ τὸν Θεμιστοκλέα παρεχόμενον οὕτω ἐκέλευε γνώμας συμβάλλεσθαι. Ταῦτα δὲ οἱ προέφερε, ὅτι ἡλώκεσάν τε καὶ κατείχοντο αἱ Ἀθῆναι. (2) Τότε δὲ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐκείνόν τε καὶ τοὺς Κορινθίους πολλὰ τε καὶ κακὰ ἔλεγε, ἐνυτοῖσι τε ἐδῆλου λόγῳ ὡς εἴη καὶ πόλις καὶ γῆ μέζων ἤπερ ἐκείνοισι, ἔστ' ἂν δικησάσαι νέες σφι ἔωσι πεπληρωμέναι· οὐδαμῶς γὰρ Ἑλλήνων αὐτοὺς ἐπιόντας ἀποκρούσειν οἶμαι.

LXII. Σημαίνων δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ διέβαινε ἐς Εὐρυδιάδεα, λέγων μᾶλλον ἐπεστραμμένα, « σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ καὶ μένων ἔσσαι ἀνὴρ ἀγαθός· εἰ δὲ μὴ, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα· τὸ πᾶν γὰρ ἡμῖν τοῦ πολέμου φέρουσι αἱ νέες. (2) Ἄλλ' ἐμοὶ πείθεο. Εἰ δὲ ταῦτα μὴ ποιήσεις, ἡμεῖς μὲν, ὡς ἔχομεν, ἀναλαβόντες τοὺς οἰκέτας κοιμήμεθα ἐς Σίριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ, ἥπερ ἡμετέρῃ τε ἔστι ἐκ παλαιοῦ ἔτι, καὶ τὰ λόγια λέγει ὑπ' ἡμέων αὐτὴν δεῖν κτισθῆναι· ὑμεῖς δὲ συμμαχῶν τοῖωνδε μουνωθέντες μεμνήσεσθε τῶν ἐμῶν λόγων.»

LXIII. Ταῦτα δὲ Θεμιστοκλέος λέγοντος ἀνεδιδάσκετο Εὐρυδιάδης. Δοκεῖν δέ μοι, ἀρρωδήσας μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους ἀνεδιδάσκετο, μὴ σφεας ἀπολίπωσι, ἣν πρὸς τὸν Ἰσθμὸν ἀνάγῃ τὰς νέας· ἀπολιπόντων γὰρ Ἀθηναίων οὐκέτι ἐγίνοντο ἀξιόμαχοι οἱ λοιποί. Ταύτην δὲ αἰρέεται τὴν γνώμην, αὐτοῦ μένοντας διαναυμαχεῖν.

LXIV. Οὕτω μὲν οἱ περὶ Σαλαμῖνα ἔπεισι ἀκροβόλοισι, ἐπεῖτε Εὐρυδιάδῃ ἔδοξε, αὐτοῦ παρσκευάζοντο ὡς ναυμαχῆσόντες. Ἡμέρῃ τε ἐγίνετο, καὶ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι σεισμὸς ἐγένετο ἐν τε τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσῃ. Ἐδοξε δέ σφι εὐχασθαι τοῖσι θεοῖσι καὶ ἐπικαλέσασθαι τοὺς Αἰακίδας συμμαχούς. (2) Ὡς δὲ σφι ἔδοξε, καὶ ἐποίησαν ταῦτα· εὐχόμενοι γὰρ πᾶσι τοῖσι θεοῖσι, αὐτόθεν μὲν ἐκ Σαλαμῖνος Αἰαντὰ τε καὶ Τελαμῶνα ἐπεκαλύνοντο, ἐπὶ δὲ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας νέα ἀπέστελλον ἐς Αἴγινα.

LXV. Ἐφ' ἧ δὲ Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος φυγὰς τε καὶ παρὰ Μήδουσι λόγιμος γενόμενος τοῦτον τὸν χρόνον, ἐπεῖτε ἔχειρετο ἡ Ἀττικὴ χώρα ὑπὸ τοῦ περὶ στρατοῦ τοῦ Ξέρξεω ἐούσα ἐρῆμος Ἀθηναίων, τυχεῖν τότε ἐὼν ἅμα Δημαρχῆτι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ, ἰδέειν δὲ κονιορτὸν χωρέοντα ἀπ' Ἐλευσίνος ὡς ἀνδρῶν μάλιστά κ' ἑκατομμυρίων, ἀποθωμάζειν τε σφεας τὸν κονιορτὸν δεινὸν κοτε εἴη ἀνθρώπων, καὶ πρόκατε φωνῆς ἀκούειν, καὶ οἱ φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν ἱακχόν. (2) Εἶναι δ' ἄδαχμονα τῶν ἱρῶν τῶν ἐν Ἐλευσίνι γινομένων τὸν Δημά-

pientibus hominibus solent plerumque etiam consentaneum evenire : sin contra rationem consulunt, ne deus quidem humanis sententiis accedere amat.»

LXI. Hæc ubi Themistocles dixit, iterum in eum invehctus est Corinthius Adimantus, tacere jubens virum cui nulla sit patria, vetansque Eurybiadem suffragia rogare super sententia ab homine exsule proposita; quando enim patriam ostendere Themistocles potuerit, tunc demum ei licitum fore sententias cum aliis conferre. Hæc in eum dicta projecit, quod captæ Athenæ in hostium essent potestate. (2) Tum vero Themistocles et illum et Corinthios multis insectatus maledictis, ratione eis demonstravit, et urbem et terram Atheniensibus ampliorem, quam illis, esse, quamdiu ducentas haberint naves instructas; nullum enim Græcum populum, quem adierint, ipsos esse repulsum.

LXII. Hæc postquam significavit, ad Eurybiadem convertens sermonem, majore concitatione ait : « Tu si hic manes, hique manens fortem te virum præstas, recte feceris; si non, Græciam evertes. Nam summa belli nobis in navibus vertitur. (2) Tu vero mihi morem gere. Id ni feceris; nos quidem e vestigio, receptis nostris, Sirin proficiscemur, Italiæ urbem, jam antiquitus nostram, quam a nobis instaurandam esse oracula etiam dicunt : vos vero, talibus sociis privati, eorum quæ dixi reminiscimini.

LXIII. His a Themistocle dictis meliora edoctus Eurybiades est. Et maxime quidem eo mihi videtur sententiam mutasse, quod vereretur, ne, si ad Isthmum deduceret classem, Athenienses desererent socios : qui si illos deseruissent, reliqui non amplius pares hostibus erant futuri. Hanc igitur suscepti sententiam, ut ibi manerent, ibique navali pugna decernerent.

LXIV. Hoc modo quum hi ad Salaminem verbis inter se essent velitati, postquam ita placuit Eurybiadi, ad committendum ibidem navale prælium se compararunt. Et ut illuxit dies, simul cum oriente sole et terra et mare contremuit. Itaque diis vota facere placuit, et Æacidas socios invocare. (2) Utque placuit, ita fecerunt. Deos omnes precati, protinus ex Salamine Ajacem et Telamonem advocarunt : et ad advehendum Æacum reliquosque Æacidas navem in Æginam miserunt.

LXV. Fuit per id tempus Dicæus, Theocydis filius, civis Atheniensis, exsul et in existimatione apud Medos, qui narravit : quo tempore Attica, Atheniensibus nudata, vastabatur a pedestri Xerxis exercitu, fuisse tunc se forte cum Demarato Lacedæmonio in Thriasio campo, vidissetque ibi pulverem ab Eleusine orientem, tamquam a triginta admodum millibus hominum excitatum; quumque miratus esset quibusnam ab hominibus excitaretur ille pulvis, exaudisse mox vocem, quæ vox ei visa esset mysticus esse Iacchus. (2) Tum Demaratum, qui sacrorum Eleusiniolum esset ignarus, ex se quæsisse quid esset quod ita

ρητον, εἰρεσθαι τε αὐτὸν ὅτι τὸ φεγγόμενον εἶη τοῦτο. Αὐτὸς δὲ εἶπαι, « Δημάρητε, οὐκ ἔστι δίκως οὐ μέγα τι σίνος ἔσται τῇ βασιλείῳ στρατιῇ· τάς γὰρ ἀρίδῃλα ἐρήμου ἐούσης τῆς Ἀττικῆς, ὅτι θεῖον τὸ φεγγόμενον, ἀπ' Ἐλευσίνος ἰὼν ἐς τιμωρίην Ἀθηναίοισι τε καὶ τοῖσι συμμάχοισι. (3) Καὶ ἦν μὲν γε κατασχέλη ἐς τὴν Πελοπόννησον, κίνδυνος αὐτῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ στρατιῇ τῇ ἐν τῇ ἡπειρῷ ἔσται, ἦν δὲ ἐπὶ τὰς νέας τράπηται τὰς ἐν Σαλαμῖνι, τὸν ναυτικὸν στρατὸν κινδυνεύσει βασιλεὺς ἀποβαλέειν. (4) Τὴν δὲ ὁρτὴν ταύτην ἄγουσι Ἀθηναῖοι ἀνὰ πέντε ἕκτα τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κούρῃ, καὶ αὐτῶν τε ὁ βουλόμενος καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μύεσται· καὶ τὴν φωνὴν τῆς ἀκούεις, ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ λαχάζουσι. » (5) Πρὸς ταῦτα εἶπαι Δημάρητον, « σίγα τε καὶ μηδενὶ ἄλλῳ τὸν λόγον τοῦτον εἰπῆς· ἦν γὰρ τοι ἐς βασιλείαν ἀνευεργῆται τὰ ἔπεα ταῦτα, ἀποβαλέεις τὴν κεφαλὴν, καὶ σε οὕτε ἐγὼ δυνήσομαι ῥύσασθαι οὐτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὐδὲ εἷς. Ἀλλ' ἔξ' ἡσυχος, περὶ δὲ στρατιῆς τῇσδε θεοῖσι μελήσει. » (6) Τὸν μὲν δὴ ταῦτα παραινέειν, ἐκ δὲ τοῦ κονιορτοῦ καὶ τῆς φωνῆς γενέσθαι νέφος, καὶ μεταρσιωθὲν φέρεσθαι ἐπὶ Σαλαμῖνος ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλλήνων· οὕτω δὲ αὐτοὺς μαθεῖν ὅτι τὸ ναυτικὸν τὸ Ξέρξει ἀπολέεσθαι μέλλοι. Ταῦτα μὲν Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος ἔλεγε, Δημαρήτου τε καὶ ἄλλων μαρτύρων καταπτόμενος.

LXVI. Οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξει ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες, ἐπειδὴ ἐκ Τρηχίνος θηησάμενον τὸ τῶμα τὸ Λακωνικὸν διέβησαν ἐς τὴν Ἰστιάνα, ἐπισχόντες ἡμέρας τρεῖς ἔπλων δι' Εὐρίπου, καὶ ἐν ἑτέρῃσι τρισὶ ἡμέρῃσι ἐγένοντο ἐν Φαλήρῃ. (2) Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, οὐκ ἐλάσσονες ὄντες ἀριθμὸν ἐσέβαλον ἐς τὰς Ἀθήνας, κατὰ τε ἡπειρον καὶ τῆσι νηυσὶ ἀπικόμενοι, ἢ ἐπὶ τε Σηπιάδα ἀπικοντο καὶ ἐς Θερμοπύλας· (3) ἀντιθίσω γὰρ τοῖσι τε ὑπὸ τοῦ χειμῶνος αὐτῶν ἀπολομένοισι καὶ τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι καὶ τῇσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίῃσι τοῖσδε τοῖς τότε οὐκ ἐπομένους βασιλεῖ, Μηλιάς τε καὶ Δωριέας καὶ Λοκροὺς καὶ Βοιωτοὺς πανστρατιῇ ἐπομένους πλὴν Θεσπιέων τε καὶ Πλαταιέων καὶ μάλα Καρυστίους τε καὶ Ἀνδρίους καὶ Τηγίους τε καὶ τοὺς λοιποὺς νησιώτας πάντας, πλὴν τῶν πέντε πόλιων τῶν ἐπεμνήσθην πρότερον τὰ οὐνόματα. (4) Ὅσῳ γὰρ δὴ προέβαινε ἑσπτέρω τῆς Ἑλλάδος ὁ Πέρσης, τοσούτῳ πλέω ἔθνεά οἱ εἶπετο.

LXVII. Ἐπεὶ οὖν ἀπίκατο ἐς τὰς Ἀθήνας πάντες οὗτοι πλὴν Παρίων (Πάριοι δὲ ὑπολειφθέντες ἐν Κύθῳ ἐκαπαδόκεον τὸν πόλεμον καὶ ἀποθήσασται), οἱ δὲ λοιποὶ ὡς ἀπικοντο ἐς τὸ Φάληρον, ἐνθαῦτα κατέβη αὐτὸς Ξέρξης ἐπὶ τὰς νέας, ἐθέλων σφι συμμίζειν τε καὶ πυθέσθαι τῶν ἐπιπλωνόντων τὰς γνώμας. (2) Ἐπεὶ δὲ ἀπικόμενος προΐζετο, παρῆσαν μετὰπεμπτοι οἱ τῶν ἐθνέων τῶν σφετέρων τύραννοι καὶ ταξίχαροι ἀπὸ τῶν νεῶν, καὶ ἴζοντο ὡς σφι βασιλεὺς ἐκάστω τιμὴν ἐδεδόκει, πρῶτος μὲν ὁ Σιδώνιος βασιλεὺς, μετὰ δὲ ὁ Τύριος, ἐπὶ δὲ ὅλλοι. (3) Ὡς δὲ κόσμῳ ἐπεξῆς ἴζοντο,

HERODOTUS.

sonaret, seque ei respondisse: « Demarate, haud aberit quin magna clades exercitum regis affligat. Quum enim deserta sit Attica, prorsus manifestum est, divinum esse hunc sonum, ab Eleusine auxilio venientem Atheniensibus eorumque sociis. (3) Quod quidem ostentum si Peloponnesum versus cadet, periculum ipsi regi et pedestribus illius copiis erit: sin ad classem convertetur quae Salamine est, navalibus regis copiis exitium portenderit. (4) Agunt autem quinto quoque anno hoc festum Athenienses Cereri Matri et Proserpinæ: et, quisquis vult ipsorum et reliquorum Græcorum, his sacris initiatur; et hoc vocis sono, quem audis, in ejusdem festi solemnibus Iacchum celebrant. » (5) Ad hæc Demaratum divisisse: « Silentium tene, neu alii cuiquam hoc dicas. Quod si enim ad regem deferentur hæc tua verba, capite lues, nec aul ego aut quisquam hominum alius servare te poterit. Quare tu sile: quod autem ad exercitum hunc pertinet, id diis cura erit. » (6) Hoc sibi Demaratum ait præcepisse: tum vero ex pulvere illo et sonitu ortam esse nubem, quæ in sublime levata, versus Salaminem ad castra Græcorum delata sit. Ita se intellexisse, classem Xerxis perditum iri. Hæc Dicæus, Theocydis filius, referebat, Demaratum aliosque testes citans.

LXVI. Nauticus Xerxis exercitus, postquam ex Trachine, perspecta Laconica strage, in Histiam rursus trajecerat, tres dies ibi moratus per Euripum navigavit, et aliis tribus diebus Phalerum pervenit. (2) Videnturque mihi hostes, et terra et mari advenientes, non minore hominum numero Athenas invasisse, quam cum quo ad Sepiadem venerant et ad Thermopylas. (3) Eis enim qui tempestate perierunt, et qui ad Thermopylas ceciderunt et in navalibus pugnis ad Artemisium, hos oppono qui tunc nondum secuti regem erant, Malienses, et Dorienenses, et Locros, et Bæotos; qui nunc omnibus copiis, exceptis Thespiensibus et Platæensibus, eum sequebantur; ad hæc utique Carystios, et Andrios, et Tenios, reliquosque insularum incolas omnes, præter quinque illas civitates, quarum nomina supra commemoravi. (4) Nam quo magis intro in Græciam progrediebatur Persa, tanto plures eum populi sequebantur.

LXVII. Postquam igitur hi omnes Athenas pervenerant, Paris exceptis: nam Paris, pone manentes in Cythno, exitum belli exspectabant: reliqui vero ut in Phalerum pervenerunt, ibi tunc Xerxes ipse ad classem descendit, cum navium ducibus cupiens sermones conferre, sententiasque eorum explorare. (2) Eo igitur profectus quum concilio præsideret, aderant convocati populorum regi subsectorum tyranni, et ordinum in classe præfecti, sedentes prout cuique illorum honorem rex tribuerat: primus quidem, Sidonius rex; post hunc Tyrius; tum reliqui. (3) Qui ut ordine deinceps consederant, Mardonium Xerxes misit, qui tenta-

πέμψας Ξέρξης Μαρδόνιον εἰρώτα, ἀποπειρώμενος ἑκάστου, εἰ ναυμαχίην ποιεόιτο.

LXVIII. Ἐπεὶ δὲ περιῶν εἰρώτα ὁ Μαρδόνιος ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Σιδωνίου, οἱ μὲν δὴ ἄλλοι κατὰ τὸ αὐτὸ γνώμην ἐξεφέροντο, κελεύοντες ναυμαχίην ποιεέσθαι, Ἀρτεμισίῃ δὲ τὰδε ἔρη, (1.) « εἰπέ μοι πρὸς βασιλέα, Μαρδόνιε, ὡς ἐγὼ τὰδε λέγω. (2.) Οὔτε κακίστην γενομένην ἐν τῇσι ναυμαχίῃσι τῇσι πρὸς Εὐβοίῃ οὔτε ἐλάχιστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τὴν ἔοῦσαν γνώμην με δίκαιόν ἐστι ἀποδείκνυσθαι, τὰ τυγχάνω φρονέουσα ἄριστα ἐς πρήγματα τὰ σά. (3.) Καὶ τοι τὰδε λέγω, φρίδες τῶν νεῶν μηδὲ ναυμαχίην ποιεέσθαι· οἱ γὰρ ἄνδρες τῶν σῶν ἀνδρῶν κρέσσονες τοσοῦτό εἰσι κατὰ θάλασσαν ὅσον ἄνδρες γυναικῶν. Τί δὲ εἰς πᾶσι τοῖς ναυμαχίῃσι ἀνακινουμέναι; οὐκ ἔχεις μὲν τὰς Ἀθήνας, τῶν περ ἐνέκεν ὠρμήθης στρατεύεσθαι, ἔχεις δὲ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα; (4.) ἐμποδὼν δέ τοι ἴσταται οὐδεὶς· οἱ δὲ τοι ἀντέστησαν, ἀπῆλλαξαι οὕτω ὡς ἐκείνους ἔπρεπε. (II.) Τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω ἀποθῆσθαι τὰ τῶν ἀντιπολέμων πρήγματα, τοῦτο φράσω. (5.) Ἦν μὲν μὴ ἐπειγῆς ναυμαχίην ποιεῦμενος, ἀλλὰ τὰς νέας αὐτοῦ ἔχῃς πρὸς γῆ μένων ἢ καὶ προβαίνων ἐς τὴν Πελοπόννησον, εὐπετέως τοι, δέσποτα, χωρήσει τὰ νοέων ἐληλυθας. (6.) Οὐ γὰρ οἱοί τε πολλὸν χρόνον εἰσὶ τοι ἀντέχειν οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ σφεας διασκεδᾶς, κατὰ πόλιν δὲ ἑκάστοι φεύζονται. Οὔτε γὰρ σίτος πάρα σφίσι ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, οὔτε αὐτοὺς οἰκὸς, ἣν σὺ ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλαύνῃς τὸν πεζὸν στρατὸν, ἀτρεμεῖεν τοὺς ἐκείθεν αὐτῶν ἦκοντας, οὐδέ σφι μελήσει πρὸ τῶν Ἀθηνέων ναυμαχεῖν. (III.) Ἦν δὲ αὐτίκα ἐπειγῆς ναυμαχεῖσαι, δειμαίνω μὴ ὁ ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς τὸν πεζὸν προσδολήσῃται. (7.) Πρὸς δὲ, ὦ βασιλεῦ, καὶ τότε ἐς θυμὸν βαλεῦ, ὡς τοῖσι μὲν χρηστοῖσι τῶν ἀνθρώπων κακοὶ δοῦλοι φιλέουσι γίνεσθαι, τοῖσι δὲ κακοῖσι χρηστοί. (8.) Σοὶ δὲ ἔονται ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων κακοὶ δοῦλοι εἰσὶ, οἱ ἐν συμμαχῶν λόγῳ λέγονται εἶναι ἔόντες Αἰγύπτιοι τε καὶ Κύπριοι καὶ Κίλικες καὶ Πάμφυλοι, τῶν ὀφελὸς ἐστὶ οὐδέν. »

LXIX. Ταῦτα λεγούσης πρὸς Μαρδόνιον, ὅσοι μὲν ἔσαν εὐνοοὶ τῇ Ἀρτεμισίῃ, συμφορὴν ἐποιεῦντο τοὺς λόγους ὡς κακὸν τι πεισομένης πρὸς βασιλέος, ὅτι οὐκ ἔῃ ναυμαχίην ποιεέσθαι, οἱ δὲ ἀγαξιμένοι τε καὶ φθονέοντες αὐτῇ, ἅτε ἐν πρώτοισι τετιμημένης διὰ πάντων τῶν συμμαχῶν, ἐτέρποντο τῇ ἀνακρίσει ὡς ἀπολεομένης αὐτῆς. (2.) Ἐπεὶ δὲ ἀνηνέχθησαν αἱ γνώμαι ἐς Ξέρξea, κάρτα τε ἦσθη τῇ γνώμῃ τῆς Ἀρτεμισίης, καὶ νομίζων ἔτι πρότερον σπουδαῖν εἶναι τότε πολλῶ μᾶλλον αἶνεε. Ὅμως δὲ τοῖσι πλείοσι πείθεσθαι ἐκέλευε, τὰδε καταδῶς, πρὸς μὲν Εὐβοίῃ σφέας ἐθελόκακέιν ὡς οὐ παρόντος αὐτοῦ, τότε δὲ αὐτὸς παρεσκευάστον ἡσασθαι ναυμαχεόντας.

LXX. Ἐπεὶ δὲ παρηγγέλλον ἀναπλώειν, ἀνῆγον τὰς νέας ἐπὶ τὴν Σαλαμίνα, καὶ παρεκρίθησαν διατα-

ret singulos interrogaretque, an faciendum esse navale praelium censerent.

LXVIII. Quos ubi Mardonius, initio facto ab Sidonio, circumiens rogavit, communi consensu reliqui omnes pro sententia dixere, faciendum esse praelium navale; una Artemisia hæc verba fecit : (1.) « Dic tu regi, Mardonie, me hæc dicere. (2.) Equidem, quæ in pugnis ad Eubœam factis nec ignavissima fui, nec minima facta edidi, domine, par est ut veram meam sententiam edam, dicamque quæ tuis rebus maxime conferre censeo. (3.) Atqui hoc dico : parce navibus, neu praelium navale committe. Hi enim viri tuis viris mari tanto sunt superiores, quanto mulieribus viri. Quid autem omnino necesse est ut navalis pugnae adeas discrimen? annon Athenas tenes, quarum causa hanc suscepisti expeditionem? annon reliquam quoque Græciam tenes? (4.) neque quisquam tibi resistit : nam, qui adhuc restiterunt, hi ita abs te accepti sunt ut commercuere. (II.) Quem vero exitum habituras esse putem res adversariorum, dicam. (5.) Si tu non properaveris navalem facere pugnam, sed hic manens ad terram adplicueris naves, aut si in Peloponnesum etiam progredieris; facile tibi, Domine, succedent ea quorum causa huc venisti. (6.) Neque enim diu tibi resistere poterunt Græci, sed disperges eos, et in suas quique civitates profugient. Nec enim comineatus illis, ut ego audio, in hac insula paratus adest : nec verosimile est, si tu adversus Peloponnesum duxeris pedestrem exercitum, tranquillos hic mansuros hos qui ex illa regione venerunt; nec illis curæ erit pro Atheniensibus discrimen navalis praelii adire. (III.) Sin protinus praelium facere matruveris, vereor ne navalis exercitus male acceptus, pedestri quoque calamitatem sit adlaturus. (7.) Ad hæc, rex, hoc etiam cogites velim, bonis viris servos solere esse malos, malis vero honos. (8.) Atqui tibi, viro omnium optimo, mali servi sunt, hi qui in sociorum numero dicuntur esse, nempe Ægyptii, et Cyprii, et Cilices, et Pamphyli, inutilis prorsus homines. »

LXIX. Hæc ubi Artemisia Mardonio dixit, quicumque reginæ favebant, dolebant eam ista locutam, verentes ne malum quoddam ei a rege immineret, quod illum vetuisset navalem pugnam facere : qui vero invidabant ei maleque cupiebant, ut quæ præ reliquis omnibus sociis in honore esset apud regem, iudicio illius delectabantur, quippe exitium ei adlaturus. (2.) At ut ad Xerxem relatæ sunt sententiæ, admodum gavisus est illius sententia : et, quum jam antea eximiam esse mulierem iudicasset, nunc etiam magis eam laudavit. Attamen hac in re pluribus, ait, esse parendum; ratus ad Eubœam sponte suos rem male gessisse, quoniam ipse abfuisse : nunc autem constituerat ipse spectare pugnañtes.

LXX. Postquam enavigandi signum datum est, eduxerunt naves Salaminem versus, et per otium explicuerunt

γθέντες κατ' ἡσυχίην· τότε μὲν νυν οὐκ ἐξέχρησέ σφι ἡ
 ἡμέρη ναυμαχίην ποιήσασθαι· νῦν γὰρ ἐπαγέμετο· οἱ
 δὲ παρεσκευάζοντο ἐς τὴν ὑστεραίην. (2) Τοὺς δὲ
 Ἕλληνας εἶχε δέος τε καὶ ἀρρωδίη, οὐκ ἥιστα δὲ
 5 τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου. Ἀρρώδεον δὲ, ὅτι αὐτοὶ μὲν
 ἐν Σαλαμῖνι κατήμενοι ὑπὲρ γῆς τῆς Ἀθηναίων ναυ-
 μαχεῖν μέλλοιεν, νικηθέντες τε ἐν νήσῳ ἀπολαμφθέν-
 τες πολιορκήσονται, ἀπέντες τὴν ἐσωτῶν ἀφύλακτον.

LXXI. Τῶν δὲ βαρβάρων ὁ πεζὸς ὑπὸ τὴν παρεού-
 10 σαν νύκτα ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον· καίτοι τὰ
 δυνατόν πάντα ἐμεμυχάνητο δῆκος κατ' ἥπειρον μὴ
 εἰςβάλλοιεν οἱ βάρβαροι. (2) Ὡς γὰρ ἐπιόντο τάχιστα
 Πελοποννήσιοι τοὺς ἀμφὶ Λεωνίδα ἐν Θερμοπύλῃσι
 τετελευτηκέναι, συνδραμόντες ἐκ τῶν πολιῶν ἐς τὸν
 15 Ἰσθμὸν ἔζοντο, καὶ σφι ἐπὶν στρατηγὸς Κλεόμβροτος
6 γὰρ ἔσται σέο τε περιέοντος καὶ ἐκείνων τῶν πρηγμά-
των περὶ οἶκον τὸν σόν. (3) Ἦν γὰρ σύ τε περιῆς
καὶ οἶκος δ' σὸς, πολλοὺς πολλὰς ἀγῶνας δραπεύονται
περὶ σφέν αὐτῶν οἱ Ἕλληνες. Μαρδονίου δὲ, ἢν τι
πάθῃ, λόγος οὐδεὶς γίνεται· οὐδέ τι νικῶντες οἱ Ἕλλη-
10 νες νικῶσι, δοῦλον σὸν ἀπολέσαντες. Σὺ δὲ, τῶν
εἵνεκεν τὸν στόλον ἐποίησας, πυρώσας τὰς Ἀθήνας
ἀπελῆς. »

CIII. Ἡσθή τε δὴ τῇ συμβουλῇ Ξέρξης· λέγουσα
γὰρ ἐπετύγχανε τὰ περ αὐτὸς ἐνόεε. Οὐδὲ γὰρ εἰ
15 πάντες καὶ πᾶσαι συνεδούλευον αὐτῷ μένειν, ἔμενε
ἂν δοκῇν ἐμοί· οὕτω καταρρωδῆκε. (2) Ἐπαινέσας
δὲ τὴν Ἀρτεμισίην ταύτην μὲν ἀποστέλλει ἄγουςαν
αὐτοῦ τοὺς παῖδας ἐς Ἐφεσον· νόθοι γὰρ τινες παῖδες
οἱ συνείποντο.

CIV. Συνέπεμπε δὲ τοῖσι παισὶ φύλακον Ἑρμότι-
μον, γένος μὲν ἔοντα Πηδασέα, φερόμενον δὲ οὐ τὰ
δεύτερα τῶν εὐνούχων παρὰ βασιλεῖ. Οἱ δὲ Πηδασέες
οἰκεῖν οὐκ ἔμελλον ὑπὲρ Ἀλικαρνησοῦ. (3) Ἐν δὲ τοῖσι Πηδά-
σοισι τούτοις τοιόνδε φέρεται πῆγμα γίνεσθαι· ἐπὶ
25 τοῖσι ἀμφικτίσει πᾶσι τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκεῖν τῆς
πόλιος μέλλῃ τι ἐντὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπὸν, τότε ἡ
ἶρις αὐτοῦ τῆς Ἀθηναίης φύει πύγωνα μέγαν. Τοῦ-
το δὲ σὺ δις ἤδη ἐγένετο.

CV. Ἐκ τούτων δὴ τῶν Πηδασέων δ' Ἑρμότιμος
30 ἦν, τῷ μεγίστῃ τίσις ἤδη ἀδικηθέντι ἐγένετο πάντων
τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. Ἀλόντα γὰρ αὐτὸν ὑπὸ πολεμίων καὶ
πωλεόμενον ὠνέεται Πανιώνιος ἀνὴρ Χίος, δὲ τὴν ζῶν
κατεστήσατο ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων. (2) Ὅκως γὰρ
κτῆσταιτο παῖδας εἰδὸς ἐπαμύνων, ἐκτάμνων ἀγίνων
36 ἐπύλας ἐς Σάρδις τε καὶ Ἐφεσον χρημάτων μεγάλων
παρὰ γὰρ τοῖσι βαρβάροις τιμιώτεροι εἰσι οἱ εὐνούχοι
πίστιος εἵνεκεν τῆς πάσης τῶν ἐνοργίων. (3) Ἄλλους
τε δὴ δ' Πανιώνιος ἐξέταμε πολλοὺς, ἅτε ποιούμενος
ἐκ τούτου τὴν ζῶν, καὶ δὴ καὶ τοῦτον. Καὶ οὐ γὰρ
40 τὰ πάντα ἐδυστύχε δ' Ἑρμότιμος, ἀπικνεῖται ἐκ τῶν
Σαρδίων παρὰ βασιλέα μετ' ἄλλων δούρων, χρόνου δὲ
προϊόντος πάντων τῶν εὐνούχων ἐτιμῆθη μάλιστα παρὰ
Ξέρξη.

CVI. Ὡς δὲ τὸ στρατεύμα τὸ Περσικὸν ὥρμα βυ-
45 σιλεῖς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἔων ἐν Σάρδις, ἐνθαῦτα καταβάς
κατὰ δὴ τι πῆγμα δ' Ἑρμότιμος ἐς γῆν τὴν Μυσίην,
τὴν Χίοι μὲν νέμονται, Ἀταρνεὺς δὲ καλεῖται, εὕρισκει
τὸν Πανιώνιον ἐνθαῦτα. (2) Ἐπιγνοὺς δὲ ἔλεγε πρὸς
αὐτὸν πολλοὺς καὶ φίλους λόγους, πρῶτα μὲν οἱ κα-
50 ταλέγων ὅσα αὐτὸς δι' ἐκείνον ἔχοι ἀγαθὰ, δεύτερα δὲ
οἱ ὑπισχνέμενος ἀντὶ τούτων ὅσα μιν ἀγαθὰ ποιήσει
ἢν κομίσας τοὺς οἰκέτας οἰκίῃ ἐκείνῃ, ὥστε ὑποδεξά-
μενον ἄσμενον τοὺς λόγους τὸν Πανιώνιον κομίσαι τὰ
τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα. (3) Ὡς δὲ ἄρα πανοικίῃ μιν

animo agit polliceturque, perfecit, eique res ex sententia
successerit, tuum, rex, hoc facinus erit; tui enim servi
id fecerint: sive contra Mardonii sententiam res ceciderit,
non ingens fuerit calamitas, salvo et te et domus tuæ statu.

(2) Tu enim si salvus fueris domusque tua, multa frequen-
tiaque pericula de salute sua adibunt Græci. Mardonio vero
si quid acciderit, non tanti fuerit momenti; neque Græci,
etiāsi Mardonium vicerint, insignem reportaverint vi-
ctoriam servo tuo interempto. Tu vero cujus rei causa
expeditionem hanc suscepisti, incensis Athenis discessum
facies. »

CIII. Hoc consilio, ut consentaneum erat, delectatus
est Xerxes: opportune enim Artemisia ea ipsa dixerat, quas
ille animo agitabat. Etenim, ut mihi quidem videtur,
etiāsi omnes et viri et mulieres, ut ibi maneret, et suas-
sent, non erat mansurus: adeo metu erat percussus. (2)
Igitur laudibus Artemisiam prosecutus est, eamque dimisit,
filios ipsius Ephesum ducturam: filii enim nonnulli nothi
eum erant secuti.

CIV. Cum istis pueris Xerxes custodem misit Hermo-
timum, genere Pedasensem, qui primum inter eunuchos
locum apud regem tenebat. Habitant autem Pedasenses
supra Halicarnassum. (2) In quo Pedasorum oppido hoc
rei fertur accidere: quando finitimis quibuscumque, qui
circa oppidum illud habitant, grave quidpiam intra certum
tempus imminet, tunc antistita: templi Minervæ, quod ibi
est, grandis nascitur barba: atque id jam bis apud illos
accidit.

CV. Ex his igitur Pedasensibus Hermotimus erat: cui
contigit gravissimam omuium, quos novimus, ultionem
obtinere in hominem a quo injuria fuerat adfectus. Ete-
nim bello captum et venundatum emit Panionius, civis
Chius, qui opere iniquissimo vitam sustentabat. (2) Quo-
ties enim pueros nactus esset forma præstantes, hos cas-
trabat, et Sardes aut Ephesum abductos ingenti pretio
vendebat. Quippe apud barbaros eunuchi pretiosiores
sunt his qui non sunt castrati, et major illis in omnibus
rebus fides habetur. (3) Quum alios igitur multos castra-
verat hic Panionius, utpote hoc quæstu vitam alens, tum
vero etiam hunc ipsum. Nec vero usquequaque infelix Her-
motimus fuit: nam e Sardibus cum aliis muneribus ad re-
gem pervenit, et succedente tempore præ omnibus eunu-
chis maximo in honore apud Xerxem fuit.

CVI. Quo tempore vero Persicum exercitum adversus
Athenas ducens rex Sardibus versabatur, tunc Hermotimus,
quum nescio cujus negotii causa in Mysiam terram quæ Chio-
rum est, cui Atarneus nomen, esset profectus, ibi Panionium
invenit. (2) Quem ubi agnovit, multis verbis benigne est
adlocutus; memorans primum, quantam prosperitatem
illum esset consecutus; deinde promittens, se repemenda:
gratiæ causa ingentibus beneficiis illum cumulaturum,
si cum sua familia Sardes habitatum venisset. Quibus
verbis persuasus Panionius, lubens accipiens conditionem,
cum liberis et uxore Sardes migravit. (3) Sed postquam

περιέλαβε, ἔλεγε ὁ Ἑρμοτίμιος ταῦτα, « ὦ πάντων ἀνδρῶν ἤδη μάλιστα ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων τὸν βίον κτησάμενε, τί σε ἐγὼ κακὸν ἢ αὐτὸς ἢ τῶν ἐμῶν τις ἐργάσατο, ἢ σὲ ἢ τῶν σὺν τινὲ, ὅτι με ἀντ' ἀνδρὸς ἐποίησας τὸ μὴδὲν εἶναι; (4) Ἐδόκεε τὸ θεοὺς λήσειν οἷα ἐμῇ καὶ τότε· οἱ σε ποιήσαντα ἀνόσια, νόμῳ δικαίῳ χρεώμενοι, ὑπήγαγον ἐς χέρας τὰς ἐμὰς, ὥστε σε μὴ μέμψασθαι τὴν ἀπ' ἐμέο τοι ἐσομένην δίκην. » (5) Ὡς δὲ οἱ ταῦτα ὠνείδεσε, ἀγθέντων τῶν παίδων ἐς ὄψιν
 10 ἠναγκαζέτο ὁ Πανιώνιος τῶν ἑαυτοῦ παίδων τεσσέρων ἐόντων τὰ αἰδοῦα ἀποτάμειν, ἀναγκαζόμενος δὲ ἐποίησε ταῦτα· αὐτοῦ τε, ὡς ταῦτα ἐργάσατο, οἱ παῖδες ἀναγκαζόμενοι ἀπέταμον. Πανιώνιον μὲν νυν οὕτω περιήλθε ἢ τε τίσις καὶ ὁ Ἑρμοτίμιος.

15 CVII. Ξέρξης δὲ ὡς τοὺς παῖδας Ἀρτεμισίῃ ἐπέτρεψε ἀπάγειν ἐς Ἑφέσον, καλῆσας Μαρδόνιον ἐκέλευσέ μιν τῆς στρατιῆς διαλέγειν τοὺς βούλεται, καὶ ποιεῖν τοῖσι λόγοις τὰ ἔργα πειρώμενον ὁμοῖα. (2) Ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην ἐς τοσοῦτο ἐγένετο, τῆς δὲ νυκτὸς κε-
 20 λεύσαντος βασιλέως τὰς νέας οἱ στρατηγοὶ ἐκ τοῦ Φαλήρου ἀπήγον ὅπισθι ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, ὡς τάχως εἶχε ἕκαστος, διαφυλάσσοντας τὰς σχεδίας πορευθῆναι βασιλεῖ.
 (3) Ἐπεὶ δὲ ἀρχοῦ ἔσαν Ζωιστήρος πλώοντες οἱ βάμβαροι, ἀνατείνουσι γὰρ ἄκραι λεπταὶ τῆς ἡπείρου,
 25 ταύτας ἐδοξάν τε νέας εἶναι καὶ ἔφευγον ἐπὶ πολλόν. Χρόνῳ δὲ μαθόντες ὅτι οὐ νέες εἶεν, ἀλλ' ἄκραι, συλλεγθέντες ἐκομίζοντο.

CVIII. Ὡς δὲ ἡμέρῃ ἐγένετο, ὁρόντες οἱ Ἕλληνες κατὰ χώρην μένοντα τὸν στρατὸν τὸν περὶ ἡλπίζον
 30 καὶ τὰς νέας εἶναι περὶ Φάληρον, ἐδόκεόν τε ναυμαχῆσαι σφέας, παραρτέοντό τε ὡς ἀλεξήσομενοι. Ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο τὰς νέας ὀγκυαίας, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐδόκεε ἐπιδιώκειν. Τὸν μὲν νυν ναυτικὸν τὸν Ξέρξει στρατὸν οὐκ ἐπεῖδον διώξαντες μέχρι Ἀνδρου, ἐς δὲ
 35 τὴν Ἀνδρον ἀπικόμενοι ἐβουλεύοντο. (2) Θεμιστοκλῆς μὲν νυν γνώμην ἀπεδείκνυτο διὰ νήσων τραπομένοισι καὶ ἐπιδιώξαντας τὰς νέας πλώειν ἰθὺς ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον λύσαντας τὰς γεφυράς· Εὐρυβιχίδης δὲ τὴν ἐναντίην ταύτην γνώμην ἐτίθετο, λέγων ὡς εἰ λύ-
 40 σουσιν τὰς σχεδίας, τοῦτ' ἂν μέγιστον πάντων σφεῖς κακὸν τὴν Ἑλλάδα ἐργασάσθαι. (3) Εἰ γὰρ ἀναγκασθεὶς ἀπολαμφθεὶς ὁ Πέρσης μένειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, πειρωτὸ ἂν ἡσυχίην μὴ ἄγειν, ὡς ἄγοντι μὲν οἱ ἡσυχίην οὔτε τι προχωρεῖν οἷον τε ἔσται τῶν πρηγμάτων οὔτε
 45 τις κοιμῆθαι τὸ ὅπισθι φανήσεται, λιμῶν τε οἱ ἢ στρατιὴ διαφθαρῆται, ἐπιχειροῦντι δὲ αὐτῷ καὶ ἔργου ἐχομένῳ πάντα τὰ κατὰ τὴν Εὐρώπην οἷα τε ἔσται προσχωρήσαι κατὰ πόλιν τε καὶ κατ' ἐθνεα, ἥτοι ἀλίσκομένων
 50 ἢ πρὸ τούτου ὁμολογούντων· τροπὴν τε ἔξειν σφέας τὸν ἐπέτεον αἰεὶ τῶν Ἑλλήνων καρπὸν. (4) Ἀλλὰ δοκέειν γὰρ νικηθέντα τῇ ναυμαχίῃ οὐ μένειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὸν Πέρσην· ἐατέον ὅν εἶναι φεύγειν, ἐς δ' ἔλθῃ φεύγων ἐς τὴν ἑωυτοῦ. Τὸ ἐνθεῦτεν δὲ περὶ τῆς ἐκείνου ποιεῖσθαι ἤδη τὸν ἀγῶνα ἐκέλευε. Ταύτης δὲ εἶχοντο

eum cum tota domo in potestate Hermotimus habuit, tum vero his verbis eum adfatus est : « O jam tu omnium hominum nequissime, ex iniquissimo negotio quæstum faciens, quid tibi aut ego ipse mali feci, aut quam injuriam aliquis meorum aut tibi aut tuorum alicui intulit, cur me ex viro feceris ut nihil essem? (4) Et tu quidem tunc putabas fore ut deos lateant tua facinora : at illi, justa legē utentes, te qui iniqua ista patrastī, meas in manus tradidere : quare de pœna, quam a te repetam, non est quod conqueraris. » (5) His postquam conviciis eum accepit, filios ejus in conspectum jussit adduci, et Panionium coegit suis ipsius filiis, qui quattuor numero erant, virilia abscindere; quod ille necessitate coactus fecit : deinde vero, hoc perfecto, filii ejusdem coacti sunt ipsum evirare. Talis Panionium ultio ex Hermotimo assecuta est.

CVII. Xerxes postquam filios suos Artemisiæ commiserat Ephesium ducendos, vocatum ad se Mardonium jussit, quos vellet, de exercitu seligere, operamque dare ut promissis facta æquaret. (2) Et hæc quidem illo die gesta sunt. Insequente vero nocte jussu regis duces classis naves ex Phalero abduxerunt, quanta velocitate quisque posset, ad Hellespontum revertentes, pontes custodituri ut regi ad transeundum essent parati. (3) Sed barbari hi, ut prope Zosterem pervenere, ubi tenuia quardam promontoria in mare prominent, naves has esse putantes, procul aufugerunt. Interjecto vero tempore, postquam intellexere non naves esse, sed promontoria, rursus sese conjunxerunt, cursumque continuerunt.

CVIII. Ut illuxit, Græci, pedestrem exercitum eodem in loco manentem conspicientes, existimabant naves etiam ad Phalerum adhuc stare : et navalem pugnam redintegraturos illos putantes, ad repugnandum sese comparabant. Postquam vero abiisse naves cognovere, tunc ocus persequi illas decreverunt. At classem quidem Xerxis non conspexere, usque ad Andrum eam persecuti. Postquam vero Andrum pervenere, deliberarunt. (2) Et Themistocles quidem pro sententiā dixit, per insulas navigando classemque etiam nunc persequendo, recta ad Hellespontum dirigendum esse cursum, pontesque rescindendos. At contrariam huic sententiā Eurybiades proposuit, dicens : si rescidissent pontes, hoc ipso longe maximam calamitatem Græcis inlaturus (3) Nam, si interclusus Persa cogeretur in Europa manere, operam illum esse daturum ut nunquam quietem agat; quoniam, si quietem ageret, nihil suarum rerum promoveret, neque reditus ei ullus ostenderetur, et fame periturus esset illius exercitus : molienti autem aliquid, et rebus gerendis sedulo operam danti, omnia Europæ oppida omnesque populos accessuros videri, sive bello subactos, sive deditione in tempore facta; et alimento hostibus futuros esse annuos Græcorum fructus. (4) E contrario, quum pugna navali victus Persa non videatur in Europa mansurus, permitti ei oportere ut fugiat, donec suam in terram fuga pervenerit : deinde vero de propria ipsius terra cum

τῆς γνώμης καὶ Πελοποννησίων τῶν ἄλλων οἱ στρατηγοί.

CIX. Ὡς δὲ ἔμαθε ὅτι οὐ πείσει τοὺς γε πολλοὺς πλῶνιν ἐς τὸν Ἑλλησπόντον ὁ Θεμιστοκλῆς, μεταβὰς πρὸς τοὺς Ἀθηναίους (οὗτοι γὰρ μάλιστα ἐκπεφυγόντων περιημέκτεον, ὠρμέατό τε ἐς τὸν Ἑλλησπόντον πλῶνιν καὶ ἐπὶ σφέων αὐτῶν βαλλόμενοι, εἰ ὧλοι μὴ βουλοῖατο) ἔλεγε σφι τάδε. (2) « καὶ αὐτὸς ἤδη πολλοῖσι παρεγενόμην, καὶ πολλῶ πλέω ἀκήκοα τοιαῦτα γενέσθαι, ἀνδράς ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας νενικημένους ἀναμάχασθαι τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν πρότερην κακότητα. Ἡμεῖς δὲ (εὐρύχημα γὰρ εὐρύχκαμεν ἡμέας τε αὐτούς καὶ τὴν Ἑλλάδα, νέφος τοσοῦτο ἀνθρώπων ἀνωσάμενοι) μὴ διώκωμεν ἀνδράς φευγοντας. (3) Τάδε γὰρ οὐκ ἡμεῖς κατεργασάμεθα, ἀλλὰ θεοὶ τε καὶ ἥρωες, οἱ ἐφθόνησαν ἀνδρά ἕνα τῆς τε Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης βασιλεῦσαι ἐόντα ἀνόσιόν τε καὶ ἀτάσθαλον· δς τὰ ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιεῖτο, ἐμπιπράς τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα· δς καὶ τὴν θάλασσαν ἀπεμαστίγωσε πῆδας τε κατῆχε. (4) Ἄλλ' εὖ γὰρ ἔχει ἐς τὸ παρεῖν ἡμῖν νῦν μὲν ἐν τῇ Ἑλλάδι καταμείναντας ἡμέων τε αὐτῶν ἐπιμεληθῆναι καὶ τῶν οἰκετῶν· καὶ τι οἰκίην τε ἀναπλάσασθαι καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω, παντελῶς ἀπελάσας τὸν βάρβαρον· ἀμα δὲ τῷ ἑαρι καταπλῶκωμεν ἐπὶ Ἑλλησπόντου καὶ Ἰωνίνης. » (5) Ταῦτα ἔλεγε ἀποθῆκην μέλλων ποιήσεσθαι ἐς τὸν Πέρσῃν, ἵνα ᾗν ἅρα τί μιν καταλαμβάνη πρὸς Ἀθηναίων πάθος, ἔχῃ ἀποστροφὴν· τὰ περ ὧν καὶ ἐγένετο.

CX. Θεμιστοκλῆς μὲν ταῦτα λέγων διέβαλλε, Ἀθηναῖοι δὲ ἐπειθοντο· ἐπειδὴ γὰρ καὶ πρότερον δεδογμένος εἶναι σοφὸς ἐφάνη εἰς ἀληθείας σοφός τε καὶ εὐβουλος, πάντως ἐτοίμοι ἔσαν λέγοντι πείθεσθαι. (2) Ὡς δὲ οὗτοί οἱ ἀνεγνωσμένοι ἔσαν, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ὁ Θεμιστοκλῆς ἀνδράς ἀπέπεμπε ἔχοντας πλοῖον, τοῖσι ἐπίστευε σιγᾶν ἐς πᾶσαν βάσανον ἀπικνεομένοισι, τὰ αὐτὸς ἐντελεῖται βασιλεῖ φράσαι· τῶν καὶ Σίκιννος δ' οἰκέτης αὐτὶς ἐγένετο. Οἱ ἐπεῖτε ἀπίκοντο πρὸς τὴν Ἀττικὴν, οἱ μὲν κατέμενον ἐπὶ τῷ πλοίῳ, Σίκιννος δὲ ἀναβὰς παρὰ Ξέρξεα ἔλεγε τάδε, (3) « Ἐπεμψέ με Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλῆος, στρατηγὸς μὲν Ἀθηναίων, ἀνὴρ δὲ τῶν συμμάχων πάντων ἀριστός καὶ σοφώτατος, φράσοντά τοι ὅτι Θεμιστοκλῆς ὁ Ἀθηναῖος, σὸς βουλούμενος ὑπουργεῖν, ἔσχε τοὺς Ἕλληνας τὰς νέας βουλομένους διαχεῖν καὶ τὰς ἐν Ἑλλησπόντῳ γεφύρας λυεῖν. Καὶ νῦν κατ' ἡσυχίην πολλὴν κομίζω. » Οἱ μὲν ταῦτα σημήναντες ἀπέπλωον ὀπίσω.

CXI. Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεῖτε σφι ἀπέδοξε μήτ' ἐνδιώκειν ἐτι προσωτέρω τῶν βαρβάρων τὰς νέας μήτε πλῶνιν ἐς τὸν Ἑλλησπόντον λύσοντας τὸν πόρον, τὴν Ἀνδρόν περιεκατάτο ἐξελέειν ἐθέλοντες. (2) Πρῶτοι γὰρ Ἀνδριοὶ νησιωτῶν αἰτηθέντες πρὸς Θεμιστοκλῆος χρήματα οὐκ ἔδοσαν, ἀλλὰ προῖσχομένου Θεμιστοκλῆος λόγον τόνδε, ὡς ἤκοιεν Ἀθηναῖοι περὶ ἐκιντοὺς ἔχοντας

illo esse decertandum. Hanc ad sententiam accesserunt reliquorum etiam Peloponnesiorum duces.

CIX. Ibi tunc Themistocles, postquam intellexit se majori ducum numero persuadere non posse ut in Hellespontum navigarent, mutato consilio Athenienses adiens (quippe qui effugisse barbaros ægerrime ferebant, et ipsi etiam per se, si reliqui nollent, in Hellespontum cupiebant navigare), hæc apud eos verba fecit : (2) « Equidem multis sæpe huiusmodi rebus interfui, et multo plura talia accidisse auidi : nempe viros ad necessitatem redactos, postquam victi essent, instaurasse pugnam, et superiorem repaſasse calamitatem. Nos vero, postquam ex insperato et nos ipsos et Græciam, repulsa tanta hominum nube, lucificimus, fugientes viros ne persequamur ! (3) Nec enim nos hæc perfecimus, sed dii atque heroes ; qui noluerunt unum virum simul Asiæ et Europæ imperare, impium illud et nefarium ; qui sacra et profana pariter insuper habuit, et simulacra deorum everit cremavitque, qui mare etiam flagellis cecidit, et compedes in illud dejecit. (4) At nunc, quum bene res nostræ habeant, maneamus in Græcia, et nostrum ipsorum familiarumque nostrarum curam geramus ; et ædes suas quisque reficiat, et seimenti faciendæ sedulo det operam, postquam Barbarum prorsus ejecerimus : ineunte autem vere in Hellespontum et in Ioniam navigemus ! » (5) Hæc ille locutus est hoc consilio, ut gratiam apud Persam in futurum tempus iniret ; quo, si ab Atheniensibus adversi aliquid ei accidisset, perfugium haberet : quod quidem ei etiam usu venit.

CX. Hæc dicens Themistocles, decepit Athenienses : at illi morem ei gesserunt. Quoniam enim, quum jam antea sapiens esset habitus, nuper re ipsa sapiens et plenus consilii erat repertus, facile dictis ejus paruerunt. (2) Postquam hi igitur ab illo persuasi fuerunt, continuo deinde viros cum navigio dimisit, quos confusus erat, etiamsi omnibus tormentis cruciarentur, tacituros mandata ad regem deferenda, quorum in numero iterum famulus ipsius Sicinnus erat. Hi ubi ad Atticam pervenere, reliquis in nave manentibus, Sicinnus exscendit, et hæc apud Xerxem verba fecit : (3) « Misit me Themistocles, Neoclis filius, prætor Atheniensium, sociorum omnium fortissimus et sapientissimus, qui tibi dicerem, Themistoclem Atheniensem, rebus tuis cupientem inservire, cohibuisse Græcos, naves tuas persequi volentes et pontes in Hellesponto rescindere. Itaque nunc largum per otium revertaris licet. » His nunciatis, retro hi navigarunt.

CXI. Græci, postquam displicuit consilium classem barbarorum ulterius persequendi aut in Hellespontum navigandi ad rescindendos pontes, Andrum circumsederunt, expugnare eam molientes. (2) Primi enim ex insularis Andrii fuerunt a quibus pecuniam postulaverat Themistocles, quam illi dare recusarunt ; sed Themistocli, quum his verbis eos adortus esset, ut diceret, venire Athenienses, duos

δύο θεοὺς μεγάλους, Πειθῷ τε καὶ Ἀναγκῇ, οὕτω
τέ σφι κάρτα δοτέα εἶναι χρήματα, ὑπεκρίναντο πρὸς
ταῦτα λέγοντες ὡς κατὰ λόγον ἔσαν ἅρα αἱ Ἀθηναί
μεγάλοι τε καὶ εὐδαίμονες καὶ θεῶν χρησίων ἦκοιεν
6 εὖ, ἐπεὶ Ἀνδρίου γε εἶναι γεωπεινᾶς ἐς τὰ μέγιστα
ἀνῆκοντας, καὶ θεοὺς δύο ἀχρήστους οὐκ ἐκλείπειν
σφείων τὴν νῆσον, ἀλλ' αἰεὶ φιλοχωρεῖν, Πενίην τε καὶ
Ἀμχανίην, καὶ τούτων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἔοντας Ἀν-
δρίου οὐ δώσειν χρήματα· οὐδέποτε γὰρ τῆς ἐωυτῶν
10 ἀδυναμίας τὴν Ἀθηναίων δύναμιν εἶναι κρέσσω. Οὗ-
τοι μὲν δὴ ταῦτα ὑποκρινάμενοι καὶ οὐ δόντες χρήματα
ἐπολιορκέοντο.

CXII. Θεμιστοκλῆς δὲ, οὐ γὰρ ἐπαύετο πλεονε-
κτέων, ἐσπέμπων ἐς τὰς ἄλλας νήσους ἀπειλητηρίους
15 λόγους αἰτεε χρήματα διὰ τῶν αὐτῶν ἀγγέλων, χρεώ-
μενος λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἀνδρίου ἐχρήσατο, λέγων
ὡς εἰ μὴ δώσωσι τὸ αἰτεώμενον, ἐπάξει τὴν στρατιὴν
τῶν Ἑλλήνων καὶ πολιορκέων ἐξαίρησει. (2) Λέγων
ὣν ταῦτα συνέλεγε χρήματα μεγάλα παρὰ Καρυστίων
20 τε καὶ Παρίων, οἱ πυνθανόμενοι τὴν τε Ἄνδρον ὡς πο-
λιορκεῖτο διότι ἐμήδισε, καὶ Θεμιστοκλῆα ὡς εἴη ἐν
αἴνῃ μεγίστῃ τῶν στρατηγῶν, δέισαντες ταῦτα ἐπεμπον
χρήματα. (3) Εἰ δὲ δὴ τινες καὶ ἄλλοι ἔδοσαν νη-
σιωτέων, οὐκ ἔγω εἶπαι· δοκέω δὲ τινὰ καὶ ἄλλους δοῦ-
25 σαι καὶ οὐ τούτους μόνους. Καίτοι Καρυστίοισι γε
οὐδὲν τούτου εἵνεκεν τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο· Πα-
ριοι δὲ Θεμιστοκλῆα χρήμασι ἱλασάμενοι διέφυγον τὸ
στρατεύμα. (4) Θεμιστοκλῆς μὲν νυν ἐξ Ἄνδρου ὁρ-
μώμενος χρήματα παρὰ νησιωτέων ἐκτὴ τοῦ λάθρη τῶν
30 ἄλλων στρατηγῶν.

CXIII. Οἱ δ' ἀμφὶ Ξέρξῃ ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέ-
ρας μετὰ τὴν ναυμαχίην ἐξήλαυνον ἐς Βοιωτοὺς τὴν
αὐτὴν ὁδόν. Ἐδοξε γὰρ Μαρδονίῳ ἅμα μὲν προπέμψαι
βασιλέα, ἅμα δὲ ἀνωρίην εἶναι τοῦ ἔτους πολεμέειν·
35 χειμερίσαι δὲ ἄμεινον εἶναι ἐν Θεσσαλίῃ, καὶ ἐπειτεν
ἅμα τῷ ἔαρι πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου. (2) Ὡς δὲ
ἀπίκατο ἐς τὴν Θεσσαλίην, ἐνθαῦτα Μαρδόνιος ἐξελέ-
γετο πρώτους μὲν Πέρσας πάντας τοὺς ἀθανάτους κα-
λειυμένους, πλὴν Ὑδάρνεος τοῦ στρατηγοῦ (οὗτος γὰρ
40 οὐκ ἔφη λείψεσθαι βασιλέος), μετὰ δὲ τῶν ἄλλων Περ-
σέων τοὺς θαρηκοφόρους καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλὴν, καὶ
Μήδους τε καὶ Σάκας καὶ Βακτρίους τε καὶ Ἰνδοὺς, καὶ
τὸν πεζὸν καὶ τὴν ἵππον. (3) Ταῦτα μὲν ἔθνεα ὅλα
εἶλετο, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐξελέγετο κατ' ὀλί-
45 γους, τοῖσι εἰδεὰ τε ὑπῆρχε διαλέγων, καὶ εἰ τέοισι τι
χρηστὸν συνήδεε πεποιτημένον. (4) Ἐν δὲ πλείστον
ἔθνος Πέρσας αἰρέετο, ἀνδρας στρατηφόρους τε καὶ
φειλοφόρους, ἐπὶ δὲ Μήδους· οὗτοι δὲ πληθεύοντες οὐκ
ἑλάσσοντες ἔσαν τῶν Περσέων, ῥώμῃ δὲ ἑσσανες.
50 Ὅστε σύμπαντας τριήκοντα μυριάδας γενέσθαι σὺν
ἱππεῦσι.

CXIV. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐν τῇ Μαρδονίος
τε τὴν στρατιὴν διέκρινε καὶ Ξέρξης ἦν περὶ Θεσσα-
λίην, χρησθήριον ἐληλύθε ἐκ Δελφῶν Λακεδαιμονίοις,

magnos deos secum habentes, Persuasionem et Necessita-
tem, quare utique dare illos oportere pecunias; ad hæc illi
responderunt, merito magnas et opulentas fuisse Athenas,
et bonis usas esse diis; cæterum Andrios tenuem incolere
terram et admodum esse egenos; duosque inutiles deos non
relinquere ipsorum insulam, sed constanter eam habitare,
Paupertatem et Impotentiam; et quum hosce deos Andrii
possideant, non daturus ipsos pecuniam: numquam enim
potentiam Atheniensium superiorem fore ipsorum impoten-
tia. Hi igitur, quum hæc respondissent, nec dedissent
pecuniam, oppugnabantur.

CXII. Themistocles vero, numquam cessans corrudere
pecunias, in reliquis insulas eosdem, quos ad Andrios,
nuncios cum minacibus mandatis misit, pecunias ab illis
postulans, dicensque, nisi postulatis satisfacerent incolæ,
ducturum se adversus eos Græcorum exercitum, et obses-
sos perditurum. (2) Hæc dictitando, ingentes pecunias a
Carystiiis et a Pariis coegit. Hi enim, quum Andrum co-
gnovissent oppugnari quod Medis favisset, scirentque in
maxima præ cæteris ducibus existimatione Themistoclem
esse, hæc metuentes, pecunias miserunt. (3) An vero et
alii nonnulli ex insulanis pecunias dederint, adfirmare non
possum: puto autem, et alios dedisse, nec hos solos. At
Carystiiis quidem ideo nihilo magis contigit evitare calami-
tatem: Parii vero, Themistocle pecuniis placato, incursio-
nem exercitus effugerunt. (4) Ita igitur Themistocles, ab
Andro impetum faciens, pecunias ab insulanis coegit clam
reliquis ducibus.

CXIII. Xerxes autem cum suis, paucos post navalem
pugnam dies moratus, eadem qua venerat via in Boeotiam
movit. Nam Mardonio visum erat et comitari regem, et,
quia opportunum non esset anni tempus ad bellum geren-
dum, satius esse in Thessalia hibernare, et deinde, redeunte
vere, Peloponnesum adgredi. (2) Ut vero in Thessaliam
pervenere, ibi Mardonius primum Persas omnes, quos Im-
mortales vocant, selegit, excepto duce eorum Hydarne; hic
enim se negaverat relicturnm regem. Deinde ex reliquis
Persis loriceatos selegit, et millenarium equitatum; tum
vero Medos et Sacas et Bactrios et Indos, tam peditatum,
quam equitatum. (3) Et ex his quidem populis omnes,
qui aderant, sibi sumpsit: ex reliquis vero sociis non nisi
paucos passim selegit, eos legens qui aut forma essent præ-
stantes, aut a quibus clarum aliquod facinus editum move-
rat. (4) In horum autem numero plerique genere Persæ
fuere, torques et armillas gestantes; et post hos Medi.
Erant autem Medi numero non inferiores Persis, sed robore
his cedebant. Ita factum est, ut universus exercitus a Mar-
donio selectus, simul cum equitibus, numerum trecento-
rum millium compleret.

CXIV. Per idem tempus, quo Mardonius delectum insti-
tuit militum, et Xerxes adhuc in Thessalia erat, oraculum
ex Delphis adlatum est Lacedæmoniiis, iubens illos satie-

Ξέρξεα αἰτέειν δίκας τοῦ Λεωνίδεω φόνου καὶ τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέχεσθαι. (2) Πέμπουσι δὲ κήρυκα τὴν ταχίστην Σπαρτιτῆται, ὃς ἐπειδὴ κατέλαβε ἐούσαν ἐν πᾶσαν τὴν στρατιὴν ἐν Θεσσαλίῃ, ἔλθων ἐς ὅνιν 6 τὴν Ξέρξεω ἔλεγε τάδε, « ὦ βασιλεῦ Μήδιον, Λακεδαιμόνιοι τέ σε καὶ Ἑρακλεῖδαι οἱ ἀπὸ Σπάρτης αἰτέουσι φόνου δίκας, ὅτι σφῶν τὸν βασιλέα ἀπέκτεινας βυόμενον τὴν Ἑλλάδα. » (3) Ὁ δὲ γελάσας τε καὶ κατασχὼν πολλὸν χρόνον, ὥς οἱ ἐτύγγανε παρεστῶς 10 Μαρδόνιος, δεικνύς ἐς τοῦτον εἶπε, « τοιγάρ σφι Μαρδόνιος ὅδε δίκας δώσει τοιαύτας οἷας ἐκείνοισι πρέπει. » Ὁ μὲν δὲ δεξιόμενος τὸ ῥηθὲν ἀπαλλάσσετο.

CXV. Ξέρξης δὲ Μαρδόνιον ἐν Θεσσαλίῃ καταλιπὼν αὐτὸς ἐπορεύετο κατὰ τάχος ἐς τὸν Ἑλλησπόντον, 15 καὶ ἀπικνέεται ἐς τὸν πόρον τῆς διαβάσιος ἐν πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρησι, ἀπάγων τῆς στρατιῆς οὐδὲν μέρος ὥς εἶπαι. (2) Ὅκου δὲ πορευόμενοι γινοῖατο καὶ κατ' οὐστίνας ἀνθρώπους, τὸν τούτων καρπὸν ἀρπάζοντες ἐσίτεόντο· εἰ δὲ καρπὸν μηδὲνα εὑρίεν, οἱ δὲ 20 τὴν ποίην τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναφυσομένην καὶ τὴν δὲν δὴν τὸν φλοιὸν περιέποντες καὶ τὰ φύλλα καταδρέποντες κατήσθιον, ὁμοίως τῶν τε ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων, καὶ ἔλειπον οὐδὲν ταῦτα ὃ' ἐποίουν ὑπὸ λιμοῦ. (3) Ἑπιλαβὼν δὲ λοιμός τε τὸν στρατὸν καὶ δυσεντερίη 25 κατ' ὁδὸν διέφθειρε. Τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτῶν κατέλειπε, ἐπιτάσων τῇσι πόλιν, ἵνα ἐχάστοτε γίνοιτο ἐλαύνων, μελεδαινέιν τε καὶ τρέφειν, ἐν Θεσσαλίῃ τέ τινας καὶ ἐν Σίρῃ τῆς Παιονίης καὶ ἐν Μακεδονίῃ. (4) Ἐνθα καὶ τὸ ἱρὸν ἄρμα καταλιπὼν τοῦ Διὸς, ὅτε ἐπὶ 30 τὴν Ἑλλάδα ἤλαυνε, ἀπὼν οὐκ ἀπέλαβε, ἀλλὰ δόντες οἱ Παῖνες τοῖσι Θρηῖξι ἀπαιτέοντος Ξέρξεω ἔρσαν νεμομένας ἀρπαγῆναι ὑπὸ τῶν ἄνω Θρηίκων τῶν περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Στρυμόνος οἰκημένων.

CXVI. Ἐνθα καὶ ὁ τῶν Βισαλτέων βασιλεὺς γῆς 35 τε τῆς Κρησιωνικῆς, Θρηῖξ, ἔργον ὑπερφυές ἐργάσατο· ὃς οὔτε αὐτὸς ἔφη τῷ Ξέρξῃ ἐκὼν εἶναι δουλεύσειν, ἀλλ' οἴχετο ἄνω ἐς τὸ οὐρὸς τὴν Ῥοδόπην, τοῖσι τε παῖσι ἀπηγόρευε μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. (2) Οἱ δὲ ἀλογήσαντες, ἢ ἄλλως σφι θυμὸς ἐγένετο θυγῆ- 40 σασθαι τὸν πόλεμον, ἐστρατεύοντο ἅμα τῷ Πέρσῃ. Ἐπεὶ δὲ ἀνεχώρησαν ἀσινέες πάντες ἐξ ἐόντες, ἐξώρυξε αὐτῶν ὁ πατὴρ τοὺς ὀφθαλμοὺς διὰ τὴν αἰτίην ταύτην. Καὶ οὗτοι μὲν τοῦτον τὸν μισθὸν ἔλαβον.

CXVII. Οἱ δὲ Πέρσαι ὡς ἐκ τῆς Θρηίκης πορευόμενοι ἀπίκοντο ἐπὶ τὸν πόρον, ἐπειγόμενοι τὸν Ἑλλησπόντον τῇσι νηυσὶ διέδυσαν ἐς Ἄβυδον· τὰς γὰρ σχεδίας οὐκ εὖρον ἐν ἐνταταμέναις, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος διαλελυμένας. (2) Ἐνθαῦτα δὲ κατεχόμενοι σιτία τε πλέω ἢ κατ' ὁδὸν ἐλάγχανον, οὐδένα τε κόσμον ἐμπι- 60 πλάμενοι καὶ ὕδατα μεταβάλλοντες ἀπέβησαν τοῦ στρατοῦ τοῦ περιέοντος πολλοί. Οἱ δὲ λοιποὶ ἅμα Ξέρξῃ ἀπικνέονται ἐς Σάρδεις.

CXVIII. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὅδε λόγος λεγόμενος, ὡς ἐπειδὴ Ξέρξης ἀπελαύνων ἐξ Ἀθηνῶν ἀπῆκετο ἐπ'

factionem a Xerxe repetere pro eade Leonidæ; et, quidquid ille dedisset, accipere. (2) Itaque ocyus præconem miserunt Spartani: qui ut universum exercitum nactus est in Thessalia adhuc hærentem, in conspectum Xerxis prodians, hæc dixit: « Rex Medorum, Lacedæmonii et Heraclidæ ex Sparta satisfactionem abs te postulant quod regem ipsorum interfecisti, qui Græciam erat servaturus. (3) Ad hæc ridens rex, et diu nihil respondens, postremo, quum forte adstaret ei Mardonius, hunc digito monstrans ait: « Itaque Mardonius hic satisfactionem illis dabit, qualis eis digna est. » Et præco, accipiens dictum, reversus est.

CXV. Inde Xerxes, Mardonio in Thessalia relicto, ipse ad Hellespontum maturavit abire: et quadragesimo quinto die ad locum, ubi trajecerat fretum, pervenit, nullam (ut ita dicam) exercitus partem in Asiam reducens. (2) Milites in itinere, ubicumque locorum erant et apud quoscunque homines, horum fructus rapientes comedebant: si cubi nihil fructuum invenissent, gramen e terra enatum, et decerptum arborum corticem, et ex arboribus tam cultis quam silvestribus dstricta manducabant folia, nihilque reliquerant, fame ita cogente. (3) Ad hæc pestis et dysenteria invadens exercitum, multos in itinere interemit. Ægrotos vero etiam in itinere relinquebat rex, dato civitatibus, ut in quaque erant, mandato, ut curarent illos alevantque: ita alios in Thessalia, alios in Siri Pæoniæ, alios in Macedonia reliquerat. (4) Ibi etiam antea, quum in Græciam tenderet, sacrum currum Jovis reliquerat: quem nunc rediens non recepit. Nam Pæones, qui illum Thracibus tradiderant, repenti Xerxi dixere, equas e pascuo raptas esse a superioribus Thracibus circa Strymonis fontes habitantibus.

CXVI. Ibidem rex Bisaltarum et terræ Crestonicæ, Thrax, immane patravit facinus. Dixerat ille, nec se ultro servitutum Xerxi, sed in superiora loca in montem Rhodopen se receperat, et filiis suis interdixerat ne adversus Græciam militarent. (2) At illi, spreto patris imperio, sive quod cupido illos incesserat belli spectandi, cum Persa militarent. Postquam vero salvi omnes, sex numero, redierunt, oculos eis pater istam ob culpam effodit: et illi quidem hanc mercedem abstulerunt.

CXVII. Persæ vero ut peragrata Thracia ad trajectum pervenere, quanta maxima celeritate poterant Hellespontum navibus trajicientes Abydum petierunt: etenim pontes non amplius stratos invenerant, sed tempestate dissolutos. (2) Ibi morantes, quum copiosiora quam in itinere alimenta nacti supra modum sese implerent, et alias, quam adhuc, biberent aquas, multi de exercitu qui supererat periere. Reliqui vero una cum Xerxe Sardes pervenere.

CXVIII. Fortur quidem etiam alia fama, Xerxem, postquam Athenis profectus Eionem ad Strymonem fluvium per-

Ἡϊόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι, ἐνθευτεν οὐκέτι δδοιορῆσαι
 διεχρέετο, ἀλλὰ τὴν μὲν στρατὴν Ὑδάρνει ἐπιτράπει
 ἀπάγειν ἐς τὸν Ἑλλησπόντον, αὐτὸς δ' ἐπὶ νεὸς Φοινί-
 σης ἐπιβάς ἐκομίζετο ἐς τὴν Ἀσίην. (2) Πλώοντα δέ
 5 μὴν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβέειν μέγαν καὶ κυματίνην.
 Καὶ δὴ μᾶλλον γὰρ τὴν χειμαίνεσθαι γεμούσης τῆς νεὸς
 ὥστε ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐπεόντων συγχῶν Περ-
 σέων τῶν σὺν Ξέρξῃ κοιμιζομένων, ἐνθαῦτα ἐς δέσμα
 10 πεσόντα τὸν βασιλέα εἰρεσθαι βύσαντα τὸν κυβερνήτηα
 εἰ τις ἔστι σφι σωτηρίη, καὶ τὸν εἶπαι, « δέσποτα,
 οὐκ ἔστι οὐδεμία, εἰ μὴ τούτων ἀπαλλαγῇ τις γένηται
 τῶν πολλῶν ἐπιβατέων. » (3) Καὶ Ξέρξης λέγεται
 ἀκούσαντα ταῦτα εἶπαι, « ἄνδρες Πέρσαι, νῦν τις δια-
 δεξάτω ὑμέων βασιλέος κηδόμενος· ἐν ὑμῖν γὰρ οἶκε
 15 ἐμοὶ εἶναι ἡ σωτηρία. » Τὸν μὲν ταῦτα λέγειν, τοὺς δὲ
 προσκυνέοντας ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν νέα
 ἐπικουφισθεῖσαν οὕτω δὴ ἀποσωθῆναι ἐς τὴν Ἀσίην. (4)
 Ὡς δὲ ἐκδῆναι τάχιστα ἐς γῆν τὸν Ξέρξης, ποιῆσαι
 20 τούνδε· ὅτι μὲν ἔσωσε βασιλέος τὴν ψυχὴν, δωρήσα-
 σθαι χρυσῇ στεφάνῃ τὸν κυβερνήτηα, ὅτι δὲ Περσέων
 πολλοὺς ἀπώλεσε, ἀποταμέειν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

СХІХ. Οὗτος δὲ ἄλλος λέγεται λόγος περὶ τοῦ
 Ξέρξεω νόστου, οὐδαμῶς ἔμοιγε πιστός, οὔτε ἄλλως
 οὔτε τὸ Περσέων τοῦτο πάθος. (2) Εἰ γὰρ δὴ ταῦτα
 25 οὕτω εἰρήθη ἐκ τοῦ κυβερνήτεω πρὸς Ξέρξεα, ἐν μυ-
 ρήσιν γνώμῃσι μίαν οὐκ ἔχω ἀντίρρουν, μὴ οὐκ ἂν ποιῆ-
 σαι βασιλέα τοιόνδε, τοὺς μὲν ἐκ τοῦ καταστρώματος
 καταβιδάσαι ἐς κοιλὴν νέα ἐόντας Πέρσας καὶ Περσέων
 30 τοὺς πρώτους, τῶν δ' ἑρετέων ἐόντων Φοινίκων ὅκως
 οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θά-
 λασσαν. (3) Ἄλλ' ὁ μὲν, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἰρηται,
 ὁδῶ χρεώμενος ἅμα τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἀπενόστησε ἐς
 τὴν Ἀσίην.

СХХ. Μέγα δὲ καὶ τότε μαρτύριον φαίνεται γὰρ
 35 Ξέρξῃ ἐν τῇ ὀπίσῳ κοιμῶν ἀπικόμενος ἐς Ἀβδῆρα
 καὶ Ξεινὴν τέ σφι συνθέμενος καὶ δωρησάμενος αὐτοὺς
 ἀκινάχῃ τε χρυσῷ καὶ τήρῃ χρυσοπάστῳ. (2) Καὶ
 ὡς αὐτοὶ λέγουσι Ἀβδηρίται, λέγοντες ἔμοιγε οὐδαμῶς
 40 πιστά, πρῶτον ἐλύσατο τὴν ζώνην φεύγων ἐξ Ἀθηνέων
 ὀπίσῳ, ὡς ἐν ἀδείῃ ἔων. Τὰ δὲ Ἀβδῆρα ἱδρυταὶ
 πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου μᾶλλον ἢ τοῦ Στρυμόνος καὶ
 τῆς Ἡϊόνας, θθεν δὴ μὲν φασὶ ἐπιθῆναι ἐπὶ τὴν νέα.

СХХІ. Οἱ δὲ Ἑλληνες εἶπτε οὐκ οἷοί τε γέγοντο
 ἐξελεῖν τὴν Ἀνδρον, τραπόμενοι ἐς Κάρυστον καὶ
 45 δηιώσαντες αὐτῶν τὴν χώραν ἀπαλλάσσοντο ἐς Σαλα-
 μίνα. Πρῶτα μὲν νυν τοῖσι θεοῖσι ἐξέειλον ἀκροθίνια
 ἄλλα τε καὶ τριήρεας τρεῖς Φοινίσσας, τὴν μὲν ἐς
 Ἴσθμὸν ἀναθεῖναι, ἥπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν, τὴν δὲ ἐπὶ
 50 Σούνιον, τὴν δὲ τῷ Αἴαντι αὐτοῦ ἐς Σαλαμίνα. (2)
 Μετὰ δὲ τοῦτο διεδάσαντο τὴν λήϊην καὶ τὰ ἀκροθίνια
 ἀπέπεμψαν ἐς Δελφοὺς, ἐκ τῶν ἐγένετο ἀνδριάς ἔχων
 ἐν τῇ χειρὶ ἀκρωτήριον νεὸς, ἔων μέγαθος δυωκαίδεκα
 πηχέων· ἔσπηκε δὲ οὗτος τῇ περ ὁ Μακεδὼν Ἀλέξαν-
 δρος ὁ χρύσεος.

venisset, inde non amplius terrestri usum esse itinere; sed exercitum quidem Hydarni tradidisse, qui eum ad Hellespontum deduceret, ipsum vero conscensa Phoenissa nave in Asiam trajecisse; (2) in tractu vero a vehemente impetuosoque vento Strymonia fuisse exceptum. Ibi tunc, quum magis magisque fureret tempestas, et nimis onerata esset navis, quippe magno numero Persarum Xerxem comitantium in ponte navis stante, timore perculsum regem cum clamore quaesisse ex gubernatore, ecqua salutis spes esset; eique gubernatore respondisse, « Domine, non alia spes est, nisi de numero multorum horum vectorum pars quaedam amoveatur. » (3) Quae audientem Xerxem, aiunt, dixisse: « Viri Persae, nunc vestrum quisque ostendat curae vobis esse regem! nam in vobis mea salus posita videtur. » Quibus auditis illos adorasse regem, et in mare prosiliisse; et navem ita levatam, salvam in Asiam pervenisse. (4) Xerxem vero, simul atque in terram exscendisset, haec fecisse: aurea corona donasse gubernatorem, quod regis vitam conservasset; deinde vero, quod magnum Persarum numerum perdidisset, caput ei jussisse praecidi.

СХІХ. Sed haec altera de Xerxis reditu temere fertur fama, mihi que prorsus incredibilis est, tam quod ad caetera spectat, quam quod ad istam Persarum calamitatem. (2) Nam si ista Xerxi gubernator dixisset, ex decem millibus hominum, quos rogarem sententiam, ne unum quidem esse existimo, quin mihi sit adsensurus, non ejusmodi quidpiam facturum fuisse regem, sed Persas Persarumque principes, qui in ponte fuerunt, jussurum fuisse in cavitatem navis descendere, remigum vero, qui Phoenices erant, parem numerum, quot Persae fuerunt, in mare ejecturum. (3) At ille, ut modo dixi, simul cum reliquo exercitu terrestre iter faciens in Asiam rediit.

СХХ. Cujus rei etiam locuples est testimonium hoc, quod satis constat, Xerxem in reditu Abdera venisse, et hospitium contraxisse cum Abderitis, eosque aureo acinace atque tiara auro intexta donasse. (2) Et, ut soli quidem Abderitae narrant, (quod mihi parum fit probabile,) primum apud illos, ex quo Athenis profugit, cingulum solvit, ut pole nunc in tuto se esse ratus. Sunt autem Abdera Hellesponto propiora, quam Strymoni et Eioni, ubi illum aiunt navem conscendisse.

СХХІ. Graeci, quum expugnare Andrum non potuissent, Carystum petierunt, et evasato Carystiorum agro, Salaminem redierunt. Ibi primum primitias praedae exemerunt diis, quum alia, tum tres Phoenissas triremes; quarum una in Isthmo dedicaretur, quae mea adhuc aetate super-
 fuit; altera ad Sunium, tertia Ajaci in ipsa Salaminiae. (2) Deinde praedam inter se dividerunt, et Delphos miserunt primitias; e quibus facta est statua duodecim cubitorum magnitudine, rostrum navis manu tenens; quae eodem loco posita est ubi aurea Alexandri Macedonis statua.

CXXII. Πέμψαντες δὲ ἀκροβόλια οἱ Ἕλληνες ἐς Δελφοὺς ἐπειρώτεον τὸν θεὸν κοινῇ εἰ λελάβηκε πλήρεα καὶ ἀρεστὰ τὰ ἀκροβόλια. Ὁ δὲ παρ' Ἑλλήνων μὲν τῶν ἄλλων ἔφησε ἔχειν, παρ' Αἰγινιτῶν δὲ οὐ, ἀλλ' ἀπαίτεσεν αὐτοὺς τὰ ἀριστήια τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας. (2) Αἰγινιτῆται δὲ πυθόμενοι ἀνέθεσαν ἀστέρας χρυσοῦς, οἱ ἐπὶ ἱστοῦ γαλκέου ἐστᾶσι τρεῖς ἐπὶ τῆς γωνίας, ἀγχοτάτω τοῦ Κροίσου κρητῆρος.

CXXIII. Μετὰ δὲ τὴν διαίρεσιν τῆς λήτης ἐπλουν οἱ Ἕλληνες ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἀριστήια δώσαντες τῷ ἀξιώτατῳ γενομένῳ Ἑλλήνων ἀνὰ τὸν πόλεμον τούτων. (2) Ὡς δὲ ἀπικόμενοι οἱ στρατηγοὶ διενέμεντο τὰς ψήφους ἐπὶ τοῦ Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ, τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες ἐκ πάντων, ἐνθαῦτα πᾶς τις αὐτῶν ἐνω- τῷ ἐτίθετο τὴν ψήφον, αὐτὸς ἕκαστος δοκῶν ἀριστος γενέσθαι, δεύτερα δὲ οἱ πολλοὶ συνεξέπιπτον Θεμιστοκλέα κρίνοντες. (3) Οἱ μὲν δὲ ἐμουνούντο, Θεμιστοκλέης δὲ δευτερείοισι ὑπερεβόλετο πολλόν.

CXXIV. Οὐ βουλομένων δὲ ταῦτα κρίνειν τῶν Ἑλλήνων φθόνῳ, ἀλλ' ἀποπλωσάντων ἑκάστων ἐς τὴν ἐσω- τῶν ἀκρίτων, ὅμως Θεμιστοκλέης ἐβίωσθη τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. (2) Ὅτι δὲ νικῶν οὐκ ἐτιμῆθη πρὸς τῶν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐς Λακεδαίμονα ἀπῖκετο ἐθέλων τιμηθῆναι· καὶ μιν Λακεδαιμόνιοι καλῶς μὲν ὑπεδέξαντο, μεγάλως δὲ ἐτίμησαν. (3) Ἀριστήια μὲν νυν ἔδοσαν Εὐρυβιάδῃ ἐλαίης στέφανον, σοφίης δὲ καὶ δεξιότητος Θεμιστοκλέϊ, καὶ τούτῳ στέφανον ἐλαίης. Ἐδωρήσαντο δὲ μιν ὅλῳ τῷ ἐν Σπάρτῃ καλλιστεύσαντι. (4) Αἰνέσαντες δὲ πολλὰ, προέπεμψαν ἀπύοντα τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, οὗτοι οἵπερ ἱππέες καλεῦνται, μέχρι οὖρων τῶν Τεγεατικῶν. Μοῦνον δὲ τοῦτον πάντων ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Σπαρτιτῆται προέπεμψαν.

CXXV. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἀπῖκετο ἐς τὰς Ἀθήνας, ἐνθαῦτα Τιμόδημος Ἀφιδναῖος τῶν ἐχθρῶν μὲν τῶν Θεμιστοκλέος ἐὼν, ἄλλως δὲ οὐ τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν, φθόνῳ καταμαργύνων ἐνείκεε τὸν Θεμιστοκλέα, τὴν ἐς Λακεδαίμονα ἀπῖξιν προφέρων, ὡς διὰ τὰς Ἀθήνας ἔχοι τὰ γέρεα τὰ παρὰ Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οὐ δι' ἐωυτόν. (2) Ὁ δὲ, ἐπεῖτε οὐκ ἐπαύετο ταῦτα λέγων ὁ Τιμόδημος, εἶπε, « οὕτω ἔχει τοι· οὐτ' ἂν ἐγὼ ἐὼν Βελβινίτης ἐτιμῆθην οὕτω πρὸς Σπαρτιητέων, οὐτ' ἂν σὺ, ὠνέρωπε, ἐὼν Ἀθηναῖος. » Ταῦτα μὲν νυν ἐς τοσοῦτο ἐγένετο.

CXXVI. Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος ἀνὴρ ἐν Πέρσῃσι λόγιμος καὶ πρόσθε ἐὼν, ἐκ δὲ τῶν Πλαταιικῶν καὶ μᾶλλον ἐτι γενομένος, ἔχων ἑξ μυριάδας στρατοῦ τοῦ Μαρδόνιος ἐξελέξατο, προέπεμπε βασιλέα μέχρι τοῦ πόρου. (2) Ὡς δὲ ὁ μὲν ἦν ἐν τῇ Ἀσίῃ, ὁ δὲ ὀπίσω πορευόμενος κατὰ τὴν Παλλήνην ἐγένετο, ἄτε Μαρδονίου τε χειμεριζόντος περὶ Θεσσαλίῃν τε καὶ Μακεδονίην καὶ οὐδὲν κω κατεπίγοντος ἤκειν ἐς τὸ ἄλλο στρατόπεδον, οὐκ ἐδικαίει ἐντυχὼν ἀπεστρεψαί Ποτιδαίητῃσι

CXXII. Postquam Delphos primitias miserunt Græci, communi omnium nomine interrogarunt deum, an sufficientes et gratas accepisset primitias. Quibus ille respondit, a cæteris quidem; nec vero ab Æginetis: sed ab his repetiit præmium quod illis ob rem ad Salamina bene gestam tributum fuisset. (2) Quo audito, Æginetæ dedicarunt aureas stellas tres, quæ super æneo malo stant in angulo proxime Cræsi craterem.

CXXIII. Post prædæ distributionem in Isthmum navigarunt Græci, virtutis præmium tributuri ei e suorum numero, qui in hoc bello præ cæteris illud commueruisset. (2) Postquam vero eo pervenerunt duces, et calculos inter se ad Neptuni aram distribuerunt, primum et secundum suo iudicio designaturi; ibi tunc eorum quisque sibi primum posuit calculum, se ipsum quisque fortissimum iudicans: quod autem ad secundas partes pertinet, plerique calculi in Themistoclem consenserunt. (3) Itaque illi singula habuere suffragia: Themistocli autem longe pleraque suffragia secundas tribuerunt partes.

CXXIV. Id iudicium duces quidem Græci ob invidiam ratum habere noluerunt, sed re injudicata suam quisque in civitatem discessit: verumtamen Themistocles per universam Græciam ut Græcorum longe prudentissimus prædicatus celebratusque est. (2) Quoniam vero, licet victor, non tamen honore adfectus erat ab his qui pugna ad Salaminem fuerant socii; protinus post hæc Lacedæmonem se contulit, ibi se honoratum iri sperans. Et liberaliter eum receperunt Lacedæmonii, et eximio honore adfecerunt. (3) Nam Eurýbiadi quidem primum decrevere præmium, oleagineam coronam: prudentiæ vero et dexteritatis præmium Themistocli tribuerunt, oleagineam huic pariter coronam. Præterea currum eum donarunt, pulcherrimo qui Spartæ erat: (4) et egregie collaudatum prosecuti sunt abentem delecti trecenti Spartanorum, hi qui Equites vocantur, usque ad Tegeatarum fines. Est autem Themistocles unus ex omnibus quos novimus hominibus, quem Spartani ita publice sint prosecuti.

CXXV. Ut autem Lacedæmone Athenas venit, ibi tunc Timodemus, Aphidnensis, qui de numero inimicorum ejus erat, cæterum non ex illustribus viris homo, invidia insaniens, obtreclavit Themistocli; exprobransque ei quod Lacedæmonem se contulisset, aiebat, Atheniensium gratia Lacedæmonios eum honore illo esse prosecutos, non ipsius gratia. (2) Quod ubi passim dictitare non desit Timodemus, Themistocles ei ait: « A tibi se res habet: nec ego, si Belbinita essem, ita honoratus fuisset a Lacedæmoniis; nec tu, homo, si esses genere Atheniensis. » Et hæc facta quidem hactenus.

CXXVI. Interim Artabazus, Pharnacis filius, jam ante spectatus vir inter Persas, et deinde ex Plateensi pugna magis etiam nobilitatus, cum sexaginta militum millibus de eo exercitu quem Mardonius sibi selegerat, regem usque ad fretum deduxit. (2) Postquam rex in Asia fuit, Artabazus vero retrogressus circa Pallænem versabatur; quum Mardonius in Thessalia et Macedonia hiemaret, nec opus esset ut ipse cum reliquo exercitu se conjungere properaret; rem sese indignam judicavit, quum in Potidæatas in-

μη οὐκ ἐξανδραποδίσασθαι σφεας. (3) Οἱ γὰρ Ποτι-
 δαιῆται, ὡς βασιλεὺς παρεξελήλακε καὶ ὁ ναυτικός
 τοῖσι Πέρσῃσι οἰχώκεε φεύγων ἐκ τῆς Σαλαμίνος, ἐκ
 τοῦ φανεροῦ ἀπέστασαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων· ὡς δὲ καὶ
 ὧλλοι οἱ τὴν Παλλήνην ἔχοντες.

CXXVII. Ἐνθαῦτα δὴ Ἀρτάβαζος ἐπολιόρκεε
 τὴν Ποτίδαιαν. Ὑποπεύσας δὲ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους
 ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλείας, καὶ ταύτην ἐπολιόρκεε· εἶχον
 δὲ αὐτὴν Βοττιαῖοι οἱ ἐκ τοῦ Θερμαίου κόλπου ἐξαν-
 10 στάντες ὑπὸ Μακεδόνων. (2) Ἐπεὶ δὲ σφεας εἶλε
 πολιορκεῖν, κατέσφαξε ἐξαγαγὼν ἐς λίμνην, τὴν δὲ
 πόλιν παραδίδοι Κριτοβούλῳ· Ὁρωναίῳ ἐπιτροπεύειν
 καὶ τῷ Χαλκιδικῷ γένει, καὶ οὕτω Ὀλυνθον Χαλκι-
 δέας ἔσχοι.

CXXVIII. Ἐξελὼν δὲ ταύτην ὁ Ἀρτάβαζος τῇ
 Ποτιδαίῃ ἐντεταμένως προσεῖχε, προσέχοντι δὲ οἱ
 προθύμως συντίθεται προδοσίην Τιμοξείνος ὁ τῶν Σκιω-
 ναίων στρατηγός, ὄντινα μὲν τρόπον ἀρχὴν, ἔγωγε οὐκ
 ἔχω εἶπαι (οὐ γὰρ ὦν λέγεται), τέλος μέντοι τοιαῦτα
 20 ἐγένετο· (2) ὅπως βιβλίον γράψαι τὴν Τιμοξείνος ἐβέλων
 παρ' Ἀρτάβαζον πέμψαι ἢ Ἀρτάβαζος παρὰ Τιμοξεί-
 νον, τοξεύματος παρὰ τὰς γλυφίδας περιειλίζαντες καὶ
 πεπερωσάντες τὸ βιβλίον ἐτόξευον ἐς συγκεῖμενον χωρίον.
 (3) Ἐπαίστος δὲ ἐγένετο ὁ Τιμοξείνος προδιδούς τὴν
 25 Ποτίδαιαν· τοξεύων γὰρ ὁ Ἀρτάβαζος ἐς τὸ συγκεῖμε-
 νον, ἀμαρτῶν τοῦ χωρίου τούτου βάλλει ἀνδρὸς Ποτι-
 δαιῆται τὸν ὦμον, τὸν δὲ βληθέντα περιέδραμε δμιλος,
 οἷα φιλέει γίνεσθαι ἐν πολέμῳ, οἱ αὐτίκα τὸ τοξεύμα
 λαβόντες, ὡς ἔμαθον τὸ βιβλίον, ἔφερον ἐπὶ τοὺς
 30 στρατηγούς· παρῇν δὲ καὶ τῶν ἄλλων Παλληναίων
 συμμάχῃ. (4) Τοῖσι δὲ στρατηγοῖσι ἐπιλεξαμένοισι
 τὸ βιβλίον καὶ μαθοῦσι τὸν αἴτιον τῆς προδοσίας ἔδοξε
 μὴ καταπληῖξαι Τιμοξείνον προδοσίῃ τῆς Σκιωναίων
 πόλιος εἵνεκεν, μὴ νομιζοίετο εἶναι Σκιωναῖοι ἐς τὸν
 35 μετέπειτα χρόνον αἰεὶ προδοταί. Ὁ μὲν δὲ τοιούτῳ
 τρόπῳ ἐπαίστος ἐγένετο.

CXXIX. Ἀρταβάζῳ δὲ ἐπειδὴ πολιορκεῖν ἐγεγό-
 νεσαν τρεῖς μῆνες, γίνεται ἀμπωτίς τῆς θαλάσσης με-
 γάλῃ καὶ χρόνον ἐπὶ πολλόν. Ἰδόντες δὲ οἱ βάρβαροι
 40 τέναγος γενόμενον παρήϊσαν ἐς τὴν Παλλήνην. (2)
 Ὡς δὲ τὰς δύο μὲν μοῖρας διωδοιπορήκεσαν, ἔτι δὲ τρεῖς
 ὑπολοιποὶ ἔσαν, τὰς διελθόντας χρῆν ἔσω εἶναι ἐν τῇ
 Παλλήνῃ, ἐπὶ πλεονεξίας τῆς θαλάσσης μεγάλης,
 ὅση οὐδαμὰ κω, ὡς οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι, πολλάκις
 45 γενομένη. (3) Οἱ μὲν δὴ νέειν αὐτῶν οὐκ ἐπιστάμενοι
 διεφθείροντο, τοὺς δὲ ἐπιστάμενους Ποτιδαῖται ἐπι-
 πλώσαντες πλοίοισι ἀπώλεσαν. (4) Αἴτιον δὲ λέγουσι
 Ποτιδαῖται τῆς τε ῥηγίης καὶ τῆς πλημυρίας καὶ τοῦ
 Περσικοῦ πάθος γενέσθαι τὸδε, ὅτι τοῦ Ποσειδώνος
 50 ἐς τὸν νῆον καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ ἐν τῷ προαστείῳ ἡσέθη-
 σαν οὗτοι τῶν Περσέων οἵ περ καὶ διεφθάρησαν ὑπὸ τῆς
 θαλάσσης. Αἴτιον δὲ τοῦτο λέγοντες εὖ λέγειν ἔμοιγε
 δοκέουσι. (5) Τοὺς δὲ περιγενομένους ἀπῆγε Ἀρτά-

cidisset, qui a rege defecerant, si hos non in servitutem
 redigeret. (3) Etenim Potidæatæ, postquam rex fines eo-
 rum erat prætergressus, et classis Persarum a Salamine
 fuga se receperat, ex professo defecerant a barbaris, pari-
 terque reliqui Pallenem incolentes.

CXXVII. Potidæam igitur tunc Artabazus oppugnavit.
 Suspensus vero etiam Olynthios defectionem a rege moliri,
 Olynthum quoque simul oppugnavit. Tenebant eam tunc
 Bottiæi, qui e Thermæo sinu a Macedonibus fuerant ejecti.
 (2) Quos postquam vi expugnavit, ad lacum eductos jugu-
 lavit; urbem autem Chalcidicæ genti tradidit, eique Cri-
 tobulum Toronæum præfecit. Atque ita Olynthum Chal-
 cidenses habuere.

CXXVIII. Hac expugnata, curam omnem Artabazus in
 Potidæam intendit. Qui dum hoc curat, ultro cum eo de
 proditione egit Timoxenus, dux Scionæorum. Hic qua via
 initio usus sit, dicere non possum; nec enim memoratur:
 sed postremo res accidit huiusmodi: (2) quoties litteras milt-
 tere aut Timoxenus voluit ad Artabazum, aut Artabazus ad
 Timoxenum, epistolam circum sagittæ crenas circumvolve-
 bant, et adaptatis alis, sagittam in locum, de quo inter eos
 convenerat, mittebant. (3) Sed proditiōis Potidææ com-
 pertus est Timoxenus. Etenim Artabazus, sagitta versus
 destinatum locum emissa, a scopo aberrans, humerum
 feriit civis Potidæatæ. Et adcurrrens hominum turba, ut
 fieri in bello solet, vulneratum circumstat; qui sagittam
 prehēdentes, ut epistolam animadverterunt, protinus ad
 duces deferunt: aderant vero etiam ex aliis Pallenensibus
 socii. (4) Ubi autem legerunt duces epistolam, auctorem-
 que cognoverunt proditiōis, visum est eis crimine pro-
 ditiōis non affligere Timoxenum, civitatis Scionæorum
 gratia, ne in posterum omne ævum proditores esse existi-
 marentur Scionæi. Et ille quidem hoc modo compertus
 est.

CXXIX. Inde postquam tres menses Artabazus in oppri-
 gnanda Potidæa erat occupatus, accidit ingens maris reces-
 sus, et is quidem in longum admodum tempus: et barbari,
 locum videntes vadosum factum, in Pallenem transire in-
 stituerunt. (2) Ut vero duas viæ emensi erant partes, et
 tres partes adhuc reliquæ erant, quas transire oportebat
 priusquam in Pallenem pervenirent, supervenit accessus
 maris tantus, quantus nunquam antea, ut quidem indigenæ
 dicunt, fuerat, licet sæpe magnus accadat. (3) Itaque
 quicumque ex illis nandi erant imperiti, perierunt; qui
 vero natare poterant, hos Potidæatæ navigiis persecuti in-
 teremerunt. (4) Caussam autem huius æstus et exundatio-
 nis calamitatisque Persarum hanc fuisse aiunt Potidæatæ,
 quod hi iidem Persæ, qui mari perierunt, in Neptuni tem-
 plum et simulacrum, quod in suburbio est, impia facinora
 admiserant: quam caussam illi ex rei veritate adlegare
 mihi videntur. (5) Superstites Artabazus in Thessaliam ad

βαζος ἐς Θεσσαλίην παρὰ Μαρδόνιον. Οὗτοι μὲν οἱ προπέμψαντες βασιλέα οὕτω ἐπρηξαν.

CXXX. Ὁ δὲ ναυτικός δ' Ἑρξῆω περιγεγόμενος, ὡς προσέειπε τῇ Ἀσίῃ φεύγων ἐκ Σαλαμῖνος καὶ βασιλέα τε καὶ τὴν στρατιὴν ἐκ Χερσονήσου διεπόρθημυσε ἐς Ἀβυδὸν, ἐχειμέρισε ἐν Κύμῃ. (2) Ἰάρος δὲ ἐπιλάμψαντος πρώϊος συνελέγετο ἐς Σάμον αἱ δὲ τῶν νεῶν καὶ ἐχειμέρισαν αὐτοῦ. Περσέων δὲ καὶ Μήδων οἱ πλεῖνες ἐπεβάτευον. Στρατηγοὶ δὲ ὦφι ἐπῆλθον Μαρδόντης τε ὁ Βαγαίου καὶ Ἀρταύντης ὁ Ἀρταχίου συνήρχε δὲ τούτοις καὶ ἀδελφιδεὸς αὐτοῦ Ἀρταύντεω προσελόμενος Ἰθαμίτρης. (3) Ἀτε δὲ μεγάλως πληγέντες, οὐ προήϊσαν ἀνωτέρω τὸ πρὸς ἑσπέρης, οὐδ' ἐπὶ νάχαζε οὐδὲ εἰς, ἀλλ' ἐν τῇ Σάμῳ κατήμειοι ἐρύλασσον τὴν Ἰωνίην μὴ ἀποστῇ, νέας ἔχοντες σὺν τῇσι Ἰάσι τριηκοσίας. (4) Οὐ μὲν οὐδὲ προσεδέχοντο τοὺς Ἕλληνας ἐλεύσεσθαι ἐς τὴν Ἰωνίην, ἀλλ' ἀποχρήσειν σφὶ τὴν ἑωυτῶν φυλάσσειν, σταθευόμενοι ὅτι σφέας οὐκ ἐπεδίωξαν φεύγοντας ἐκ Σαλαμῖνος, ἀλλ' ἄσμενοι ἀπαλλάσσοντο. Κατὰ μὲν νυν τὴν θάλασσαν ἐσσωμένοι ἔσαν τῷ θυμῷ, περὶ δὲ ἐδόκειον πολλὸν κρατήσιν τὸν Μαρδόνιον. (5) Ἔόντες δὲ ἐν Σάμῳ ἅμα μὲν ἐβουλεύοντο εἴ τι δυναίητο καχὼν τοὺς πολεμίους ποιεῖν, ἅμα δὲ καὶ ὠπακούστων ὀκνη πεσέεται τὰ Μαρδονίου πρήγματα.

CXXXI. Τοὺς δὲ Ἕλληνας τότε ἔαρ γινόμενον ἤγειρε καὶ Μαρδόνιος ἐν Θεσσαλίῃ ἑών. Ὁ μὲν δὴ περὶ οὐκὼ συνελέγετο, ὁ δὲ ναυτικός ἀπῖκετο ἐς Αἰγίναν, νέας ἀριθμὸν δέκα καὶ ἑκατόν. (2) Στρατηγὸς δὲ καὶ ναύαρχος ἦν Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος τοῦ Ἡγησίλεω τοῦ Ἰπποκρατίδew τοῦ Λευτυγίδew τοῦ Ἀναξίλεω τοῦ Ἀρχιδήμου τοῦ Ἀναξανδρίδew τοῦ Θεοπόμπου τοῦ Νικάνδρου τοῦ Χαρίλλου τοῦ Εὐνόμου τοῦ Πολυδέκτεος τοῦ Πρυτανίου τοῦ Εὐρυφώντος τοῦ Προκλέος τοῦ Ἀριστοδήμου τοῦ Ἀριστομάχου τοῦ Κλεοδαίου τοῦ Ὑλλου τοῦ Ἡρακλέος, ἑὼν τῆς ἐτέρης οἰκῆς τῶν βασιλείων. (3) Οὗτοι πάντες, πλὴν τῶν δυῶν τῶν μετὰ Λευτυχίδεα πρώτων καταλεχθέντων, οἱ ἄλλοι βασιλεῖς ἐγένοντο Σπάρτης. Ἀθηναίων δὲ ἐστρατήγεε Ξάνθιππος ὁ Ἀρίφρωνος.

CXXXII. Ὡς δὲ παρεγένοντο ἐς τὴν Αἰγίναν πᾶσαι αἱ νέες, ἀπῖκοντο Ἰώνων ἄγγελοι ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων, οἱ καὶ ἐς Σπάρτην ὀλίγῳ πρότερον τούτων ἀπικόμενοι ἐδέοντο Λακεδαιμονίων ἐλευθεροῦν τὴν Ἰωνίην τῶν καὶ Ἡρόδοτος ὁ Βασιλίδew ἦν. (2) Ὁ στασιώται σφίσι γενόμενοι ἐπεβούλευον θάνατον Σπάρτῃ τῷ Χίῳ τυράννῳ, ἐόντες ἀρχὴν ἐπὶ ἐπιβουλεύοντες δὲ ὡς φανεροὶ ἐγένοντο ἐξενέικαντος τὴν ἐπιχείρησιν ἐνὸς τῶν μετεχόντων, οὕτω δὲ οἱ λοιποὶ ἐξ ἐόντες ὑπεξέσχον ἐκ τῆς Χίου καὶ ἐς Σπάρτην τε ἀπῖκοντο καὶ δὴ καὶ τότε ἐς τὴν Αἰγίναν, τῶν Ἑλλήνων δωδέκαιοι καταπλῦσαι ἐς τὴν Ἰωνίην. (3) Οἱ προήγαγον αὐτοὺς μόγις μέχρι Δήλου· τὸ γὰρ προσωτέρω πᾶν δεινὸν ἦν τοῖσι Ἕλλησι οὐτε τῶν χώρων

Mardonium reduxit. Hæc igitur fortuna fuit eorum, qui regi deduxerunt.

CXXX. Classis quæ supererat Xerxis, postquam fuga ex Salamine in Asiam pervenit, regemque et exercitum e Chersoneso Abydum trajecit, Cumæ hiemavit. (2) Adpetente autem vere ad Samum maturavit convenire, ubi etiam pars navium hiemaverat. Propugnatorum in iis major pars Persæ erant et Medi : duces autem eis advenere Mardontes Bagæi filius, et Artayntes Artachæi : quibus etiam collega adfuit Ithamitres, fratris filius Artayntæ, ab ipso adscitus. (3) Hi vero, quoniam magnam cladem erant passi, ulterius occidentem versus non moverunt, neque eos quisquam ad ulterius progrediendum cogeat : sed ad Samum sedentes, observabant Ioniam, ne deficeret : habebant autem naves, una cum Ionicis, trecentas. (4) Nec vero Græcos existimarent in Ioniam moturos, sed satis habituros suam custodire terram : quod ex eo colligebant, quod ipsos ex Salamine fugientes non essent persecuti, sed libenter discessissent. Igitur mari quidem fracti animis barbari erant : terra vero longe hostibus superiorem fore Mardonium existimabant. (5) Itaque ad Samum hærentes, partim quidem consultabant si quid mali adferre possent hostibus, partim vero adrectis auribus exspectabant quis futurus esset exilus rerum a Mardonio gerendarum.

CXXXI. Græcos vero et ver adpelens excitavit, et Mardonius in Thessalia agens. Et pedestris quidem Græcorum exercitus nondum erat coactus, classis vero Æginam se contulit, naves numero centum et decem. (2) Dux et imperator classis erat Leotychides, ex altera regum familia : cui pater fuit Menares, avus Hegesilaus : reliqui majores hoc ordine, Hippocratides, Leotychides, Anaxilaus, Archidamus, Anaxandrides, Theopompus, Nicander, Charillus, Eunomus, Polydectes, Prytanis, Eurypion, Procles, Aristodemus, Aristomachus, Cleodæus, Hyllus, Hercules : (3) qui omnes, exceptis duobus, quos proxime post Leotychidem commemoravi, reges fuerant Spartæ. Atheniensium vero dux erat Xanthippus, Ariphronis filius.

αἰέες εἶσαν οἱ Ἑλληνας ἐν τῷ Ἰσθμῷ. Οὕτω δὲ ὁπίσω ἐπορεύετο διὰ Δεκελῆς· οἱ γὰρ βοιωτάρχαι μετέμψαντο τοὺς προσχώρους τῶν Ἀσωπίων, οὗτοι δὲ αὐτῷ τὴν ὁδὸν ἤγεοντο ἐς Σφενδαλεῖας, ἐνδεύτεν δὲ ἐς Τανάγραν. (2) Ἐν Τανάγρα δὲ νύκτα ἐναυλισάμενος, καὶ τραπόμενος τῇ ὑστεραίῃ ἐς Σκῶλον, ἐν γῇ τῇ Θηβαίων ἦν. Ἐνθαῦτα δὲ τῶν Θηβαίων καίπερ μηδίζοντων ἔκειρε τοὺς χώρους, οὗτι κατ' ἔχθος αὐτῶν, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μεγάλης ἐχόμενος, βουλόμενος ἔρυμά τι τῇ στρατοπέδῳ ποιήσασθαι, καὶ ἦν συμβαλόντι οἱ μὴ ἐκβαίνειν ὁκοῖν τι ἐθέλοι, κρησφύγετον τοῦτο ἐποίηστο. (3) Παρῆκε δὲ αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον ἀρξάμενον ἀπ' Ἐρυθρέων παρ' Ὑσιᾶς, κατέτεινε δὲ ἐς τὴν Πλαταιίδα γῆν, παρὰ τὸν Ἀσωπὸν ποταμὸν τεταγμένον. Οὐ μέντοι τό γε τεῖχος τοσοῦτο ἐποίηστο, ἀλλ' ὥς ἐπὶ δέκα σταδίων μάλιστά κη μέτρον ἕκαστον. (4) Ἐχόντων δὲ τὸν πόνον τοῦτον τῶν βαρβάρων, Ἀτταγίνος ὁ Φρύωνος ἀνὴρ Θηβαῖος παρασκευασάμενος μεγάλως ἔκαλε ἐπὶ ξείνια αὐτὸν τε Μαρδόνιον καὶ πενήκοντα Περσέων τοὺς λογιμωτάτους, κληθέντες δὲ οὗτοι εἵποντο· ἦν δὲ τὸ δεῖπνον ποιούμενον ἐν Θήβῃσι.

XVI. Τὰδε δὲ ἤδη τὰ ἐπίλοιπα ἤκουον Θερσάνδρου ἀνδρὸς μὲν Ὀρχομενίου, λογίμου δὲ ἐς τὰ πρῶτα ἐν Ὀρχομενῷ. (2) Ἐφη δὲ ὁ Θερσάνδρος κληθῆναι καὶ αὐτὸς ὑπ' Ἀτταγίνου ἐπὶ τὸ δεῖπνον τοῦτο, κληθῆναι δὲ καὶ Θηβαίων ἀνδράς πενήκοντα, καὶ σφειν οὐ χωρὶς ἑκατέρους κλίνειν, ἀλλὰ Πέρσῃν τε καὶ Θηβαίων ἐν κλίνῃ ἑκάστη. (3) Ὡς δὲ ἀπὸ δεῖπνου ἔσαν, διαπινόντων τὸν Πέρσῃν τὸν ὁμόκλινον Ἑλλάδα γλῶσσαν ἰέντα εἰρεσθαι αὐτὸν ὁδοπαδὸς ἐστὶ, αὐτὸς δὲ ὑποκρίνασθαι ὡς εἴη Ὀρχομενίος. (4) Τὸν δὲ εἶπαι, « ἐπεὶ νῦν ὁμοτράπεζός τέ μοι καὶ ὁμόσπονδος ἐγένεο, μνημόσυνά τοι γνώμης τῆς ἐμῆς καταλιπέσθαι ἐθέλω, ἵνα καὶ προειδὼς αὐτὸς περὶ σεωντοῦ βουλευέσθαι ἔχῃς τὰ συμφέροντα. (5) Ὁρᾷς τοῦτος τοὺς δαινυμένους Πέρσας καὶ τὸν στρατὸν τὸν ἐλίπομεν ἐπὶ τῷ ποταμῷ στρατοπεδεύομενον; τοῦτων πάντων ὄφει ἀλίγου τινὸς χρόνου διελθόντος ὀλίγους τινὰς τοὺς περιγενομένους. » (6) Ταῦτά τε ἅμα τὸν Πέρσῃν λέγειν καὶ μετιέναι πολλὰ τῶν δακρύων. Αὐτὸς δὲ θωμάσας τὸν λόγον εἶπαι πρὸς αὐτὸν, « οὐκῶν Μαρδόνιῳ τε ταῦτα χερῶν ἐστὶ λέγειν καὶ τοῖσι μετ' ἐκείνῳ ἐν αἴνῃ εὐοσι Περσέων. » (7) Τὸν δὲ μετὰ ταῦτα εἶπαι, « ξεῖνε, ὅτι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμύχανον ἀποτρέψαι ἀνὴρ ὁρώπων· οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδεῖς. Ταῦτα δὲ Περσέων συγχνοὶ ἐπιστάμενοι ἐπόμεθα ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι. Ἐχθιστὴ δὲ ὁδὴν ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολλὰ φρονέοντα μηδενὸς κρατεῖν. » (8) Ταῦτα μὲν τοῦ Ὀρχομενίου Θερσάνδρου ἤκουον, καὶ τὰδε πρὸς τοῦτοις, ὡς αὐτὸς αὐτίκα λέγει ταῦτα πρὸς ἀνθρώπους πρότερον ἢ γενέσθαι ἐν Πλαταιῇσι τὴν μάχην.

XVII. Μαρδόνιῳ δὲ ἐν τῇ Βοιωτῇ στρατοπεδεύοντι

Græcorum exercitum in Isthmo esse. Itaque retroducens per Deceleam iter fecit: Boeotarchi enim finitimos accersiverant Asopiorum, qui ei viam monstrarunt Sphendaleas ferentem, atque inde Tanagram: (2) ubi quum pernottasset, postero die Scolon pergens, in finibus fuit Thebanorum. Ibi vero, licet partes ipsius sequerentur Thebani, nitilo minus agros eorum vastavit, non utique hostili in eos animo, sed ingente necessitate coactus: voluit enim munimentum exercitui exstruere, quod et sibi, si prælium committenti minus ex sententia res cecidisset, perfugium esset. (3) Pertinebant autem castra illius inde ab Erythris, præter Hysias, usque ad Plataensium fines, secundum Asopum fluvium locata. Nec tamen munitionem eadem magnitudine fecit, sed in decem fere stadia quodque ejus latus. (4) Dum in hoc opere occupati erant barbari, Attaginus Phrynonis filius, civis Thebanus, facto magnifico adparatu, et Mardonium ipsum, et quinquaginta Persarum spectatissimos, ad hospitale epulum vocavit. Et vocali accipere conditionem; celebratumque est epulum in ipsa urbe Thebana.

XVI. Jam quæ his adjiciam, ea ex Thersandro audiui, cive Orchomenio, spectato inter primos viro apud Orchomenios. (2) Dixit autem Thersander, se quoque ab Attagino ad hanc cœnani fuisse vocatum, vocatosque item fuisse quinquaginta cives Thebanos; nec vero seorsum utrisque sedes adsignasse hospitem, sed in quoque lectulo simul Persam et Thebanum collocasse. (3) Tum, finita cœna computantibus convivis, Persam qui cum ipso in eodem lectulo cubabat, Græca lingua loquentem, quæsisse ex ipso unde esset, seque respondisse, esse se Orchomenium. (4) Dein Persam hæc dixisse: « Quoniam igitur et mensæ et libationis mihi socius es, volo tibi monumentum relinquere meæ sententiæ; quo etiam tu, re ante cognita, tuis prospicere commodis possis. (5) Vides hosce epulantes Persas, et exercitum, quem in castris juxta fluvium reliquimus! Horum omnium, brevi tempore interjecto, non nisi paucos quosdam videbis superasse. » (6) Hæc dicentem Persam largas profudisse lacrimas. Se vero, miratum illius sermonem, respondisse: « Igitur Mardonio hoc dicere oportet, et eis ex Persis qui post illum auctoritate pollent. » (7) Ad hæc illum reposuisse: « Hospes, quæ deus vult ut fiant, ea avertere in nullius hominis potestate est: nam fidelia consilia dantibus parere nemo solet. Ac novimus quidem hoc multi ex Persis: sequimur vero duces, necessitate constricti. Est autem acerrimus, qui adficere hominem possit, dolor hic, bona multa consilia nosse, et tamen eorum nullum posse exsequi. » (8) Hæc equidem narrantem Orchomenium Thersandrum audiui, et præterea hoc affirmantem, ipsum protinus hunc sermonem ad alios homines retulisse, priusquam ad Platæas commissum esset prælium.

XVII. Quo tempore Mardonius primum castra in Boeotia

μένου οἱ μὲν ἄλλοι παρίειγοντο ἅπαντες στρατιῇν καὶ συνεσέβαλον ἐς Ἀθήνας, ὅσοι περ ἐμῆδιζον Ἑλλήνων τῶν ταύτῃ οἰκημένων, μούνοι δὲ Φωκῆες οὐ συνεσέβαλον· ἐμῆδιζον γὰρ δὴ σφόδρα καὶ οὗτοι οὐκ ἐκόντες, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαιῆς. (2) Ἡμέρησι δὲ οὐ πολλῇσι μετὰ τὴν ἀπικίιν τὴν ἐς Θήβας ὕστερον ἦλθον αὐτῶν δπλίται γίλιοι· ἦγε δὲ αὐτοὺς Ἀρμοκύδης ἀνὴρ τῶν ἀστῶν δοκιμώτατος. Ἐπεὶ δὲ ἀπικέατο καὶ οὗτοι ἐς Θήβας, πέμψας ὁ Μαρδόσιος ἱππέας ἐκέλευσέ σφρας 10 ἐπ' ἐωυτῶν ἐν τῷ πεδίῳ ἵζεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἐποίησαν ταῦτα, αὐτίκα παρῆν ἡ ἵππος ἅπασα. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα διεξῆλθε μὲν διὰ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Ἑλληνικοῦ τοῦ μετὰ Μήδων ἐόντος φήμη ὡς κατακοντιέει σφρας, διεξῆλθε δὲ δι' αὐτῶν Φωκῶν τῷτὸ τοῦτο. 15 Ἐνθα δὴ σφι ὁ στρατηγὸς Ἀρμοκύδης παραίνεε λέγων τοιάδε, (4) « ὦ Φωκῆες, πρόδηλα γὰρ ὅτι ἡμέας οὗτοι οἱ ἄνθρωποι μέλλουσι πρόοπῳ θανάτῳ δώσειν, διαβεβλημένους ὑπὸ Θεσσαλῶν, ὡς ἐγὼ εἰκάζω· νῦν ἀνδρα πάντα τινὰ ὑμέων χρεών ἐστι γενέσθαι ἀγαθόν· 20 χρέσσον γὰρ ποιεῦντάς τι καὶ ἀμυνομένους τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα ἤπερ παρέχοντας διαφθαρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ. Ἀλλὰ μαθέτω τις αὐτῶν ὅτι ἐόντες βάρβαροι ἐπ' Ἑλλήσι ἀνδράσι φόνον ἔρραψαν. »

XVIII. Ὁ μὲν ὢν ταῦτα παραίνεε, οἱ δὲ ἱππέες 25 ἐπειτέ σφρας ἐκυκλώσαντο, ἐπήλαυνον ὡς ἀπαλεύντες, καὶ δὴ διετεινόντο τὰ βέλεα ὡς ἀπῆσόντες, καὶ κούτις καὶ ἀπῆχε. Καὶ οἱ ἀντίοι ἔστασαν, πάντῃ συστρέφαντες ἐωυτοὺς καὶ πυκνώσαντες ὡς μάλαστα. Ἐνθαῦτα οἱ ἱπποὶ ὑπέστρεπον καὶ ἀπῆλαυνον ὀπίσω. (2) 30 Οὐκ ἔχω δ' ἀτρεκέως εἶπαι οὔτε εἰ ἦλθον μὲν ἀπολεύντες τοὺς Φωκῆας δεηθέντων Θεσσαλῶν, ἐπεὶ δὲ ὄρεον πρὸς ἀλέγξιν τραπομένους, δείσαντες μὴ καὶ σφίσι γένηται τρώματα, οὕτω δὴ ἀπῆλαυνον ὀπίσω· ὡς γὰρ σφι ἐνετειλάτο Μαρδόσιος· οὐτ' εἰ αὐτῶν πειρηθῆναι 35 ἠέλπεσε εἰ τε ἀλκῆς μετέχουσι. (3) Ὡς δὲ ὀπίσω ἀπῆλασαν οἱ ἱπποὶ, πέμψας Μαρδόσιος χήρυκα ἔλεγε τάδε, « θαρσέετε, ὦ Φωκῆες· ἄνδρες γὰρ ἐφάνητε ἐόντες ἀγαθοὶ, οὐκ ὡς ἐγὼ ἐπυνθανόμην. Καὶ νῦν προθύμως φέρετε τὸν πόλεμον τοῦτον· εὐεργεσίῃσι γὰρ οὐ 40 νικήσετε οὐτ' ἂν ἐμὲ οὔτε βασιλέα. » Τὰ περὶ Φωκῶν μὲν ἐς τοσούτῳ ἐγένετο.

XIX. Λακεδαιμόνιοι δὲ ὡς ἐς τὸν Ἴσθμὸν ἦλθον, ἐν τούτῳ ἐστρατοπεδεύοντο. Πυνθανόμενοι δὲ ταῦτα οἱ λοιποὶ Πελοποννήσιοι τοῖσι τὰ ἀμείνων ἐάνδανε, οἱ δὲ 45 καὶ ὄρέοντες ἐξιώντας Σπαρτιτῆτας, οὐκ ἐδικαίουν λείπεσθαι τῆς ἐξόδου Λακεδαιμονίων. (2) Ἐκ δὴ ὢν τοῦ Ἴσθμοῦ καλλιρησάντων τῶν ἱρῶν ἐπορεύοντο πάντες, καὶ ἀπικινέονται ἐς Ἐλευσίνα· ποιήσαντες δὲ καὶ ἐνθαῦτα ἱρὰ, ὡς σφι ἐκαλλίρει, τὸ πρόσω ἐπορεύοντο, Ἀθηναῖοι δὲ ἅμα αὐτοῖσι, διαβάντες μὲν ἐκ Σαλαμῖνος, 50 συμμειγνέτες δὲ ἐν Ἐλευσίνῃ. (3) Ὡς δὲ ἄρα ἀπικοντο τῆς Βοιωτίας ἐς Ἐρυθρὰς, ἔμαθόν τε δὴ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ στρατοπεδευομένους, φρα-

habuerat, reliqui omnes, quotquot ex Græcis has regiones incolentibus Medorum partes amplexi erant, exercitum illi præbuerant, cum illoque in Atticam erant ingressi. Soli Phocenses castra illius non erant secuti: nam et hi quidem utique Medorum partes erant amplexi, nec vero volentes, sed necessitate coacti. (2) Sed haud multis diebus postquam Thebas Mardonius venit, advenere ex illorum numero mille, duce Harmocyde, viro inter suos spectatissimo. Qui ubi Thebas venerunt, Mardonius missis equitibus jussit illos seorsum in campo residere. Quod ubi fecere, protinus totus adfuit equitatus: (3) Moxque per Græcanicum exercitum, qui cum Medis erat, ferebatur fama, perditum iri Phocenses equitum sagittis; eademque fama inter ipsos etiam Phocenses percubuit. Ibi tunc eos dux Harmocycles his verbis est cohortatus: (4) « Phocenses, manifestum est, hosce homines certæ neci nos destinasse, arcusatos, ut equidem suspicor, a Thessalis. Nunc igitur quemque vestrum oportet fortem se virum præstare: melius est enim, ut agentes aliquid et fortiter pugnantes finiamus vitam, quam ut turpissima morte interimendos nos præbeamus. Sed intelligat illorum quisque, quale hoc sit, quod, barbari quum sint, Græcis hominibus mortem sint machinati. »

XVIII. Dum hic suos sic hortatur, cingunt illos equites, moxque adversus eos invehuntur tamquam perdituri, et jacula in illos torquent veluti jam emissuri, ac passim etiam nonnulli emittunt. At, quum illi densatis undique ordinibus et quam maxime poterant conglobati resisterent, conversis equis equites redierunt. (2) Nec equidem pro certo dicere possum, utrum revera illi ad interficiendos rogatu Thessalorum Phocenses venerint, et deinde, postquam eos ad sese defendendum paratos viderunt, ideo retro disceserint, quod vererentur ne et ipsi vulnera acciperent: (ita enim Mardonius præceperat:) an ad illos tentandos numquid eis fortitudinis inesset. (3) Postquam vero discesserunt equites, præconem Mardonius misit, hæc dicentem: « Confidite, Phocenses! namque fortes vos esse viros demonstravistis, non quales mihi narratum erat. Et nunc alacri animo gerite hoc bellum: nam beneficiis neque me neque regem vincetis. » Et hæc quidem, ad Phocenses quod attinet, ita gesta sunt.

XIX. Lacedæmonii, ut in Isthmum venerunt, castra ibi posuerant: quo cognito, reliqui Peloponnesii, quibus meliora placebant, nonnulli etiam quod Spartanos vidissent egredientes, æquum non censuerunt, ad bellum proficiscentibus Lacedæmoniis, domi manere. (2) Jam ex Isthmo, postquam læta nunciarunt victimæ, profecti omnes, Eleusina venerunt. Et, quum ibi quoque sacrificantibus læta fuissent exta, ulterius sunt progressi, cum eisque simul Athenienses; hi enim, postquam e Salamine trajecerant, Eleusine sese cum illis junxerunt. (3) Qui ubi Erythras, Boeotiae oppidum, venerunt, resciveruntque barbaros ad

σθέντες τε τοῦτο ἀντατάσσοντο ἐπὶ τῆς ὑπορήτης τοῦ Κιθαιρώνος.

XX. Μαρδόσιος δέ, ὡς οὐ κατέβαινον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸ πεδῖον, πέμπει ἐς αὐτοὺς πᾶσαν τὴν ἵππον, τῆς ἱππάρχεις Μασίστιος εὐδοκιμῶν παρὰ Πέρσησι, τὸν Ἕλληνας Μακίστιον καλεῦσι, ἵππον ἔχων Νισαῖον χρυσοχάλινόν τε καὶ ἄλλως κεκοσμημένον καλῶς. (2) Ἐνθαῦτα ὡς προσήλασαν οἱ ἱπποῖται πρὸς τοὺς Ἕλληνας, προσέβαλον κατὰ τέλεα, προσβαλόντες δὲ κακὰ 10 μεγάλᾳ ἐργάζοντο καὶ γυναῖκάς σφεας ἀπεκάλειν.

XXI. Κατὰ συντυχίην δὲ Μεγαρέες ἔτυχον ταχθέντες τῇ τε τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ χωρίου παντός, καὶ ἡ πρόσδοδος μάλιστα ταύτῃ ἐγένετο τῇ ἵππῳ. (2) Προσβαλούσης ὦν τῆς ἵππου οἱ Μεγαρέες πιεζόμενοι 15 ἔπειμον ἐπὶ τοὺς στρατηγούς τῶν Ἑλλήνων κήρυκα, ἀπικόμενος δὲ ὁ κήρυξ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε τάδε, (3) «Μεγαρέες λέγουσι, ἡμεῖς, ἄνδρες σύμμαχοι, οὐ δυνατοὶ εἰμεν τὴν Περσέων ἵππον δέκεσθαι μόνον, ἔχοντες στάσιν ταύτην ἐς τὴν ἔστημεν ἀρχήν· ἀλλὰ καὶ ἐς τὸδε λιπαρίῃ 20 τε καὶ ἀρετῇ ἀντέχομεν καίπερ πιεζόμενοι· νῦν τε εἰ μὴ τινες ἄλλους πέμψετε διαδόχους τῆς τάξης, ἴστε ἡμέας ἐκλείψοντας τὴν τάξιν.» (4) Ὁ μὲν δὴ σφι ταῦτα ἀπήγγειλε, Πausanίης δὲ ἀπεπειράτο τῶν Ἑλλήνων εἰ τινες ἐθέλοιεν ἄλλοι ἐθελονταὶ ἰέναι τε ἐς τὸν χῶρον 25 τοῦτον καὶ τάσσεσθαι διάδοχοι Μεγαρεῦσι. (5) Οὐ βουλομένων δὲ τῶν ἄλλων Ἀθηναῖοι ὑπεδέξαντο, καὶ Ἀθηναίων οἱ τριηκόσιοι λογάδες τῶν ἐλοχῆγεε Ὀλυμπιόδωρος ὁ Λάμπωνος.

XXII. Οὗτοι ἔσαν οἱ τε ὑποδεξάμενοι καὶ οἱ πρὸ 30 τῶν ἄλλων τῶν παρεόντων Ἑλλήνων ἐς Ἐρυθρὰς ταχθέντες, τοὺς τοξότας προσελόμενοι. Μαχόμενόν δὲ σφειν ἐπὶ χρόνον τέλος τοιόνδε ἐγένετο τῆς μάχης. (2) Προσβαλούσης τῆς ἵππου κατὰ τέλεα, ὁ Μασιστίου προέγων τῶν ἄλλων ἵππος βάλλεται τοξόματι τὰ 35 πλευρὰ, ἀλγίστας δὲ ἴσταται τε ὀρθὸς καὶ ἀποσείεται τὸν Μασίστιον. (3) Πεσόντι δὲ αὐτῷ οἱ Ἀθηναῖοι αὐτίκα ἐπεκέατο· τὸν τε δὴ ἵππον αὐτοῦ λαμβάνουσι, καὶ αὐτὸν ἀμυνόμενον κτείνουσι, κατ' ἀρχὰς οὐ δύναμενοι· ἐνεσπεύαστο γὰρ οὕτω· ἐντὸς θώρηκα εἶχε 40 χρύσειον λεπιδώτην, κατύπερθε δὲ τοῦ θώρηκος κιθῶνα φοινίκεον ἐνδεδύκει. (4) Τύπτοντες δὲ ἐς τὸν θώρηκα ἐποίουν οὐδὲν, πρίν γε δὴ μαθῶν τις τὸ ποιεῦμενον παῖει μιν ἐς τὸν ὀφθαλμόν. Οὕτω δὴ ἔπεσέ τε καὶ ἀπέθανε. Ταῦτα δὲ κως γινόμενα ἐλελήθει τοὺς ἄλλους ἱππέας· 45 οὔτε γὰρ πεσόντα μιν εἶδον ἀπὸ τοῦ ἵππου οὔτε ἀποθνήσκοντα, ἀναχωρήσious τε γινόμενης καὶ ὑποστροφῆς οὐκ ἔμαθον τὸ γινόμενον. (5) Ἐπεῖτα δὲ ἔστησαν, αὐτίκα ἐπόθησαν, ὡς σφεας οὐδὲς ἦν ὁ τάσων. Μαθόντες δὲ τὸ γεγονός, διακελευσάμενοι ἤλαυνον τοὺς ἵππους πάν- 50 τες, ὡς ἂν τὸν γε νεκρὸν ἀνελόιατο.

XXIII. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι οὐκέτι κατὰ τέλεα προσελαύνοντας τοὺς ἱππέας, ἀλλ' ἅμα πάντας, τὴν ἄλλην στρατιὴν ἐπεβώσαντο. Ἐν ᾧ δὲ ὁ πεζὸς ἄπας ἐβώθει, ἐν τούτῳ μάχῃ ὄρεα περὶ τοῦ νεκροῦ γίνεται.

Asopum habere castra, re deliberata, ex adverso illorum in Cithæronis montis radicibus consedere.

XX. Inde quum in planitiem Græci non descenderent, Mardonius contra eos universum equitatum misit, cui præerat Masistius, quem Macistium Græci vocant, illustris vir apud Persas, Nisæum habens equum, aureo freno et aliis ornamentis nitentem. (2) Ibi, ut Græcis adpropinquarunt equites, turmatim in eos impetum faciebant; in eoque conflictu magna illis incommoda adferebant, mulieresque eos vocabant.

XXI. Acciderat forte, ut eo loco, qui maxime omnium expositus hosti erat, Megarenses essent locati, et in eum locum maxime impetum facerent equites. (2) Quum igitur ab invadente equitatu premerentur Megarenses, præconem miserunt ad duces Græcorum; qui ubi ad illos venit, hæc verba fecit: (3) «Dicunt Megarenses: Nos, o socii, non possumus soli impetum sustinere equitatus Persarum, hic stantes ubi initio locati sumus. Sed adhuc quidem perseveramus, et fortiter resistimus, quamvis graviter pressi: nunc vero, nisi alios mittitis qui nostrum in locum succedant, scitote nos ordinem esse relicturos.» (4) Hæc quum ille ducibus nunciasset, Græcos tentavit Pausanias, equi alii ultro vellent istum in locum se conferre, et succedere Megarensibus. (5) Quumque nolent cæteri, acceperunt conditionem Athenienses, et horum quidem selecti trecenti, cui cohorti præerat Olympiodorus, Lamponis filius.

XXII. Hi fuerunt qui istam operam in se receperunt, et adsumptis secum sagittariis, ante alios omnes Græcos, qui ad Erythras aderant, stationem ceperunt. Qui quum per aliquod tempus pugnassent, ad extremum hujusmodi fuit pugnae exitus. (2) Dum turmatim impetum faciunt equites, Masistii equus, præ aliis eminens, sagitta vulneratur in latere: et præ dolore in posteriores pedes erectus, excutit Masistium. (3) In collapsum protinus Athenienses impetum faciunt; et equum ejus capiunt, ipsumque repugnantem interficiunt. Et initio quidem interficere cum non potuerant, quum sub punicea tunica, qua erat indutus, intus aurea lorica squamata esset armatus. (4) In thoracem igitur ferientes, nihil efficiebant; donec aliquis, intelligens quid rei esset, in oculum ejus ferrum adegit: ita denum cecidit mortuusque est. Hæc forte sic gerebantur nescientibus reliquis equitibus: nec enim hi illum viderant ex equo cadentem, nec morientem; sed quum per id ipsum tempus converteretur turma et paululum retro veheretur, id quod agebatur non animadverterant. (5) Ubi vero restiterunt, continuo ducem desiderarunt, quum nemo esset qui illos ordinaret: et quid factum esset intelligentes, equos adegerrunt cuncti, quo cadaver saltem auferrent.

XXIII. Tunc vero Athenienses, ubi viderunt jam non amplius turmatim, sed simul omnes adcurrere equites, reliquum exercitum auxilio advocarunt. Dum vero peditatus omnis auxilio venit, interim ut acris pugna circa

(2) Ἔως μὲν νυν μοῦνοι ἔσαν οἱ τριηκόσιοι, ἑσσοῦντό τε πολλὸν καὶ τὸν νεκρὸν ἀπέλιπον· ὡς δέ σφι τὸ πλῆθος ἐπεβώθησε, οὕτω δὴ οὐκέτι οἱ ἵπποταὶ ὑπέμενον, οὐδέ σφι ἐξεγένετο τὸν νεκρὸν ἀνελεῖσθαι, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους ἄλλους προσαπώλεσαν τῶν ἱππέων. (3) Ἀποστήσαντες ὦν ὅσον τε δύο στάδια ἐβουλεύοντο ὅτι χρεῶν εἴη ποιεῖν· ἐδόχε δέ σφι ἀναρχίης ἐούσης ἀπελαύνειν παρὰ Μαρδόνιον.

XXIV. Ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατόπεδον πένθος ἐποίησαντο Μασιστίου πᾶσά τε ἡ στρατιὴ καὶ Μαρδόνιος μέγιστον, σφῆας τε αὐτοὺς κείροντες καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ υποζύγια, οἰμωγῇ τε χρεώμενοι ἀπλέτω· ἅπαναν γὰρ τὴν Βοιωτὴν κατείχε ἡχώ ὡς ἀνδρὸς ἀπολομένου μετὰ γε Μαρδόνιον λογιμωτάτου παρὰ τε Πέρσῃσι καὶ βασιλεῖ. Οἱ μὲν νυν βάρεσθαι τρόπῳ τῷ σφετέρῳ ἀποθανόντα ἐτίμεον Μασίστιον.

XXV. Οἱ δὲ Ἕλληνες ὡς τὴν ἵππον ἐδέξαντο προσβαλοῦσαν καὶ δεξάμενοι ὥσαντο, ἐθάρσσαν πολλῶν μάλλον. Καὶ πρῶτα μὲν ἐς ἅμαξαν ἐσθέντες τὸν νεκρὸν παρὰ τὰς τάξεις ἐκόμιζον· ὁ δὲ νεκρὸς ἦν θῆς ἀξίος μεγάρθους εἵνεκεν καὶ κάλλους. Τῶν δὲ εἵνεκεν καὶ ταῦτα ἐποίησαν· ἐκλείποντες τὰς τάξεις ἐφοίτεον θεησόμενοι Μασίστιον. (2) Μετὰ δὲ ἔδοξε σφι ἐπικαταβῆναι ἐς Πλαταιάς· ὁ γὰρ χώρος ἐφαίνετο πολλῶν ὧν ἐπιτηδαιώτερός σφι ἐνστρατοπεδεύεσθαι ὁ Πλαταικὸς τοῦ Ἐρυθραίου, τὰ τε ἄλλα καὶ εὐδρότερος. (3) Ἐς τοῦτον δὴ τὸν χώρον καὶ ἐπὶ τὴν κρήνην τὴν Γαργαφίην τῇ ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ εἶδον ἔδοξε σφι χρεῶν εἶναι ἀπικέσθαι καὶ διαταχθέντας στρατοπεδεύεσθαι. (4) Ἀναλαβόντες δὲ τὰ δπλα ἦσαν διὰ τῆς ὑπώρεως τοῦ Κιθαιρώνος παρ' Ὑσιᾶς ἐς τὴν Πλαταιίδα γῆν, ἀπικομένοι δὲ ἐτάσσοντο κατ' ἐθνεα πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης καὶ τοῦ τεμένους τοῦ Ἀνδροκρατέως τοῦ ἥρωος, δι' ὅθων τε οὐκ ὑψηλῶν καὶ ἀπέδου χωρίου.

XXVI. Ἐνθαῦτα ἐν τῇ διατάξει ἐγένετο λόγων πολλὸς ὠθισμὸς Ἑγετηέων τε καὶ Ἀθηναίων· ἐδικαίειν γὰρ αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔχειν τὸ ἕτερον κέραι, καὶ καινὰ καὶ παλαιὰ παραφέροντες ἔργα. (2) Τοῦτο μὲν οἱ Ἑγεῖται ἐλεγον τάδε, « ἡμεῖς αἰεὶ κοτε ἀξιούμεθα ταύτης τῆς τάξεως ἐκ τῶν συμμάχων ἀπάντων, ὅσαι ἡδὴ ἐξοδοὶ κοιναὶ ἐγένοντο Πελοποννησίοισι καὶ τὸ παλαιὸν καὶ τὸ νέον, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπεῖτε Ἡρακλεΐδαι ἐπειρώοντο μετὰ τὸν Εὐρύσθηος θάνατον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον. (3) Τότε εὐρόμεθα τοῦτο διὰ πρῆγμα τοιόνδε· ἐπεὶ μετ' Ἀχαιῶν καὶ Ἰώνων τῶν τότε ἐόντων ἐν Πελοποννήσῳ ἐκωθῆσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἰζόμεθα ἀντίοι τοῖσι κατιούσι, τότε ὦν λόγος ὕλλον ἀγορεύσασθαι ὡς χρεῶν εἴη τὸν μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ μὴ ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντα, ἐκ δὲ τοῦ Πελοποννησίου στρατοπέδου τὸν ἂν σφέων αὐτῶν κρίνωσι εἶναι ἀριστον, τοῦτόν οἱ μουνομαχῆσαι ἐπὶ διακειμένοιαι. (4) Ἐδοξε τε τοῖσι Πελοποννησίοισι ταῦτα εἶναι

mortui corpus. (2) Et quoad soli fuere illi trecenti, multo erant inferiores, nec auferre cadaver potuere: ut vero eis multitudo succurrit, jam rursus horum vim equites non sustinere, neque eis contigit mortuum auferre, sed præter eum alios etiam de suis amiserunt. (3) Igitur ad duo fere stadia recesserunt: ubi, quum quid faciendum esset deliberassent, decreverunt, quoniam essent sine imperio, redire ad Mardonium.

XXIV. Qui postquam in castra venerunt, acerbissimo luctu et Mardonius et universus exercitus Masistium sunt prosecuti, se ipsos tondentes et equos et jumenta, lamentaque immensa tollentes, ut per totam Boeotiam echo resonaret; quippe mortuo viro apud Persas et apud regem post Mardonium spectatissimo. Atque ita quidem barbari suo more mortuum Masistium honorarunt.

XXV. Græci vero, postquam irruentem exceperant equitatum, exceptumque repulerant, tanto magis confirmati animis, primum quidem, curru impositum cadaver per singulos ordines deduxerunt; erat enim corpus spectatu dignum, cum ob proceritatem, tum ob formæ præstantiam: sed et hac caussa illud ita circumduxerunt, quoniam vulgo milites relictis ordinibus ad spectandum Masistium frequentes adcurrerant. (2) Deinde vero constituerunt ad Platæas descendere, quum intellexissent campum Platæensem et alias ob caussas et ob aquæ copiam multo ipsis ad castra ponenda opportuniorem esse quam Erythræus campus. (3) In hunc igitur campum et ad fontem Gargaphiam, qui in illo erat, descendendum sibi, ibique rite dispositis castra locanda judicarunt. (4) Igitur, sumptis armis, per Cithæronis montis radices præter Hysias in Plateensium agrum contenderunt. Quo quum pervenissent, prope Gargaphiam fontem et Androcraatis herois fanum, partim in tumulis haud ita editis, partim in planitie, per populos dispositi condescerunt.

XXVI. Ibi tum, dum cuique populo suus adsignatur locus, acris verborum contentio orta est inter Tegeatas et Athenienses; contententibus utrisque sibi hoc deberi ut alterum obtineant cornu, et tam nova quam antiqua facta in medium proferentibus. (2) Ab altera enim parte Tegeatæ hæc dixere: « Nobis semper hic locus, quem in acie obtineremus, ab omnibus sociis tributus est, in omnibus expeditionibus, quas junctis copiis Peloponnesii et olim et recentiori memoria susceperunt; et id quidem ab eo inde tempore, quo Heraclidæ post Eurysthei obitum, in Peloponnesum conati sunt redire. (3) Tunc igitur honorem hunc acquisivimus facto hujusmodi: quo tempore nos cum Achæis et cum Ionibus qui tunc Peloponnesum incolebant, in Isthmum egressi, castra opposita habuimus castris illorum qui redire conabantur, tunc Hyllus memoratur publice edixisse, non debere exercitum cum exercitu prælio commisso periclitari, sed deligendum unum esse ex castris Peloponnesiorum, quem illi suorum fortissimum judicassent, qui cum ipso certis conditionibus singulari pugna decertaret. (4) Pla-

ποιητέα, καὶ ἔταμον ὅρνια ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε, ἣν μὲν Ὕλλος νικήσῃ τὸν Πελοπόννησιον ἡγεμόνα, κατιέναι Ἡρακλείδας ἐπὶ τὰ πατρώϊα, ἣν δὲ νικήθῃ, τὰ ἑμπαλιν Ἡρακλείδας ἀπαλλάσσεσθαι καὶ ἀπαγεῖν τὴν στρατὴν ἐκατόν τε ἐτέων μὴ ζητῆσαι κάτοδον ἐς Πελοπόννησον. (6) Προεκήθη τε δὴ ἐκ πάντων συμμάχων ἑθελοντῆς Ἐχεμος δ' Ἡερόπου τοῦ Φηγέας στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς ἡμέτερος, καὶ ἐμουνομάχησέ τε καὶ ἀπέκτεινε Ὕλλον. (6) Ἐκ τούτου τοῦ ἔργου εὐρόμεθα ἐν Πελοποννησίῳ τοῖσι τότε καὶ ἄλλα γέρεα μεγάλα, τὰ διατελέομεν ἔχοντες, καὶ τοῦ κέρους τοῦ ἐτέρου αἰεὶ ἡγεμονεύειν κοινῆς ἐξόδου γινομένης. (7) Ὑμῖν μὲν νυν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, οὐκ ἀντιεύμεθα, ἀλλὰ διδόντες αἰρεσιν ὁποτέρου βούλεσθε κέρους ἄρχειν παρίμεν· τοῦ δὲ ἐτέρου φημὲν ἡμέας ἰκνέεσθαι ἡγεμονεύειν κατὰ περ ἐν τῷ πρόσθε χρόνῳ. (8) Χωρὶς τε τούτου τοῦ ἀπηγημένου ἔργου ἀξιονικότεροί εἰμεν Ἀθηναίων ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν· πολλοὶ μὲν γὰρ καὶ εὐ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῖν, ἄνδρες Σπαρτιῖται, ἀνῶνες ἀγωνιόχονται, πολλοὶ δὲ καὶ πρὸς ἄλλους. (9) Οὕτω ὦν ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας ἥπερ Ἀθηναίους· οὐ γὰρ σφί ἐστι ἔργα οἷα περ ἡμῖν κατεργασμένα, οὐτ' ὦν καινὰ οὔτε παλαιά. » Οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον.

XXVII. Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε, 25 « ἐπιστάμεθα μὲν σύνδοθον τήνδε μάχης εἵνεκεν συλλεγῆναι πρὸς τὸν βάρβαρον, ἀλλ' οὐ λόγιον· ἐπεὶ δὲ δ' Ἐγεγέρτης προέθηκε παλαιὰ καὶ καινὰ λέγειν τὰ ἑκατέρωσι ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ κατέρχασθαι χρηστὰ, ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχει δηλῶσαι πρὸς ὑμέας ὅθεν ἡμῖν πατρώϊόν ἐστι εἶναι χρηστοῖσι αἰεὶ πρώτοις εἶναι μᾶλλον ἢ Ἀρκάσι. (2) Ἡρακλείδας, τῶν οὗτοι φασὶ ἀποκτεῖναι τὸν ἡγεμόνα ἐν Ἰσθμῷ, τούτους πρότερον ἐξελαυνόμενους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐς τοὺς ἀπικοίτατο φεύγοντες δουλοσύνην πρὸς Μυκηναίων, 30 μῶνοι ὑποδεξάμενοι τὴν Εὐρυσθέος ὕβριν κατελλομεν, σὺν ἐκείνοισι μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον. (3) Τοῦτο δὲ Ἀργείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἐλάσαντας, τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα καὶ ἀτάρους κειμένους, στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καμείους ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φάμεν καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρας ἐν Ἐλευσίνι. (4) Ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον εὖ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐσβαλούσας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν. Καὶ ἐν τοῖσι Ἰρωικοῖσι πόνοις οὐδαμῶν ἐλείπομεθα. (5) Ἄλλ' οὐ 45 γὰρ τι προέχει τούτων ἐπιμεμεῆσθαι· καὶ γὰρ ἂν χρηστοὶ τότε ἔόντες οὗτοι νῦν ἂν εἴεν φλαυρότεροι, καὶ τότε ἔόντες φλαυροὶ νῦν ἂν εἴεν ἀμείνονες. (6) Παλαιῶν μὲν νυν ἔργων ἅλις ἔστω· ἡμῖν δὲ εἰ μὴδὲν ἄλλο ἐστὶ ἀποδεδεγμένον, ὥσπερ ἐστὶ πολλά τε καὶ εὖ ἔχοντα εἰ 50 τέοισι καὶ ἄλλοις Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἔργου ἀξιοί εἰμεν τοῦτο τὸ γέρας ἔχειν καὶ ἄλλα πρὸς τοῦτο, ὅτινες μῶνοι Ἑλλήνων δὴ μονομαχήσαντες τῷ Πέρσῃ καὶ ἔργῳ τοσούτου ἐπιχειρήσαντες περιεγεγόμεθα καὶ ἐνικήσαμεν ἔθνεα ἕξ τε καὶ

cultique Peloponnesiis ita fieri; et iusjurandum sibi mutuo utrique in hæc verba dederant : « Si Hyllus ducem vicisset Peloponnesiorum, Heraclidas in paternas possessiones esse restituendos; sin vinceretur, tum vero abituros Heraclidas exercitumque abducturos, et intra centum annos non conaturos in Peloponnesum redire. » (5) Delectus est autem ex omnibus sociis Echemus, Aeropi filius, Phegei nepos, dux et rex noster, qui ultro sese obtulerat; isque inita singulari pugna, Hyllum interfecit. (6) Illo igitur facto a Peloponnesiis qui tunc fuere et alia honorifica præmia, quæ adhuc tenemus, et hoc consecuti sumus, ut alterum semper cornu ducamus quoties communis suscipitur expeditio. (7) Cum vobis igitur, Lacedæmonii, non contendimus; sed optionem damus vobis utri cornu velitis præesse, illoque vobis cedimus : sed ad nos hoc pertinere contendimus, ut, quemadmodum superiori tempore, sic et nunc alteri cornu præsimus. (8) Præter istud vero quod commemoravimus factum, sunt etiam alia ob quæ digniores nos sumus qui hunc locum obtineamus, quam Athenienses : etenim multa præclara prælia adversus vos, Spartani, multaque item adversus alios fecimus. (9) Quare æquum est, ut nos potius, quam Athenienses, alterum cornu habeamus : nam ab illis nec nuper, nec olim, tales res gestæ sunt quales a nobis. » Hæc Tegeatæ dixere.

XXVII. Ad quæ Athenienses in hunc modum responderunt : « Novimus quidem, pugnandi causa adversus Barbarum hic nos convenisse, non disputandi : at quoniam Tegeatarum dux et vetera et nova in medium protulit, quæ ab utrisque nostrum ab omni inde memoria bene gesta sint, necesse est ut vobis exponamus, unde vobis, qui semper fortes fuimus, magis patrium sit, quam Arcadibus, ut primi simus. (2) Primum Heraclidas, quorum hi ducem in Isthmo a se interfectum aiunt, hos antea, quum servitutem fugerent a Mycenæis imminentem, repulsiq; fuissent a Græcis omnibus quos adierant, nos soli recepimus, et Eurysthei injuriis finem fecimus, reportata cum illis victoria de his qui tunc Peloponnesum tenebant. (3) Deinde, quum Argivi cum Polynice contra Thebas profecti, ibique vita functi, insepulti jacerent, a nobis bello Cadmeis illato ablato esse gloriamur mortuos, et in nostra terra Eleusine sepultos. (4) Est etiam res a nobis præclare gesta contra Amazonidas, quæ olim a Thermodonte flavio in terram Atticam incursionem fecerunt. Atque in Trojano etiam bello nullis fuimus secundi. (5) Sed enim nihil proficit, harum rerum fecisse mentionem : nam, qui tum fortes fuere, fieri potest ut iidem nunc sint deteriores; et qui tunc ignavi, iidem nunc fortiores. (6) Itaque, de rebus olim gestis, hæc sufficiant. Nos autem, si nullum aliud edidissemus factum, qui tamen multa, si qui alii ex Græciis, bene præclareque gessimus; at propter unam certe Marathoniam victoriam digni sumus hoc honore, atque aliis etiam insuper honoribus : qui ex omnibus Græcis soli cum Persa pugnavimus, tantamque rem adgressi superiores discessi-

τεσεράκοντα. (7) Ἄρ' οὐ δίκαιοι εἰμεν ἔχειν ταύτην τὴν τάξιν ἀπὸ τούτου μόνου τοῦ ἔργου; Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε τάξις εἵνεκεν στασιάζειν πρέπει, ἄρτιοι εἰμεν πεῖθεσθαι ὑμῖν, ὧς Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκέει ἐπιτηδεύ-
 5 ταν ἡμέας εἶναι ἐστάναι καὶ κατ' οὐσιντας· πάντη γὰρ τεταγμένοι πειρησόμεθα εἶναι χρηστοί. Ἐξηγέσθε δὲ ὡς πεισομένων. »

XXVIII. Οἱ μὲν ταῦτα ἀμείβοντο, Λακεδαιμονίων δὲ ἀνέβωσε ἅπαν τὸ στρατόπεδον Ἀθηναίους ἀξιοτικο-
 10 τέρους εἶναι ἔχειν τὸ κέρας ἥπερ Ἀρκάδας. Οὕτω δὲ ἔρχον οἱ Ἀθηναῖοι καὶ υπερεβάλλοντο τοὺς Τεγεάτας. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα ἐτάσσοντο ὧδε οἱ ἐπιφοιτούντες τε καὶ οἱ ἀρχὴν ἰλθόντες Ἑλλήνων. Τὸ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον Λακεδαιμονίων μύριοι· τούτων δὲ τοὺς πεντακισ-
 15 χίλους ἐόντας Σπαρτιήτας ἐφύλασσον φίλοι τῶν εἰλω-
 τέων πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι, περὶ ἄνδρα ἑκα-
 στον ἑπτὰ τεταγμένοι. (3) Προσεχίας δέ σφι εἵλοντο ἐστάναι οἱ Σπαρτιῆται τοὺς Τεγεάτας καὶ τιμῆς εἵνε-
 κεν καὶ ἀρετῆς· τούτων δ' ἔσαν ὀπλίται χίλιοι καὶ
 20 πεντηκόσιοι. (4) Μετὰ δὲ τούτους ἵσταντο Κορινθίων πεντακισχίλιοι, παρὰ δὲ σφίσι εὗροντο Παυσανί-
 νειω ἐστάναι Ποτιδαίητέων τῶν ἐκ Παλλήνης τοὺς παρόντας τριηκόσιους. (5) Τούτων δὲ ἐχόμενοι ἵ-
 25 σταντο Ἀρκάδες Ὀρχομένιοι ἐξακόσιοι, τούτων δὲ Σι-
 κυνῖοι τρισχίλιοι. Τούτων δὲ εἶχοντο Ἐπιδαυρίων ἑξακόσιοι. (6) Παρὰ δὲ τούτους Τροιζηνίων ἐτάσ-
 σοντο χίλιοι, Τροιζηνίων δὲ ἐχόμενοι Λεπρετιέων διη-
 30 κόσιοι, τούτων δὲ Μυκηναίων καὶ Τιρυνθίων τετρα-
 κόσιοι, τούτων δὲ ἐχόμενοι Φλιάσιοι χίλιοι. (7) Παρὰ
 δὲ τούτους ἕστασαν Ἑρμιονέες τριηκόσιοι. Ἑρμιον-
 νέων δὲ ἐχόμενοι ἵσταντο Ἐρετριέων τε καὶ Στυρέων
 35 ἐξακόσιοι, τούτων δὲ Χαλκιδῆες τετρακόσιοι, τούτων
 δὲ Ἀμπρακιητέων πεντηκόσιοι. (8) Μετὰ δὲ τούτους
 Λευκαδίων καὶ Ἀνακτορίων ὀκτακόσιοι ἕστασαν, τού-
 40 των δὲ ἐχόμενοι Παλῆες οἱ ἐκ Κεφαλληνίας διηκόσιοι.
 Μετὰ δὲ τούτους Αἰγινήτεων πεντηκόσιοι ἐτάχθησαν.
 Παρὰ δὲ τούτους ἐτάσσοντο Μεγαρέων τρισχίλιοι. (9)
 Εἶχοντο δὲ τούτων Πλαταιέες ἐξακόσιοι. Τελευταῖοι
 δὲ καὶ πρῶτοι Ἀθηναῖοι ἐτάσσοντο, κέρας ἔχοντες τὸ
 45 εὐώνυμον, ὀκτακισχίλιοι· ἐστρατήγεε δ' αὐτῶν Ἀρι-
 στείδης ὁ Λυσιμάχου.

XXIX. Οὗτοι, πλὴν τῶν ἑπτὰ περὶ ἑκαστον τετα-
 γμένων Σπαρτιήτησι, ἔσαν ὀπλίται, συνάπαντες ἐόντες
 5 ἀριθμὸν τρεῖς τε μυριάδες καὶ ὀκτὼ χιλιάδες καὶ ἑκα-
 τοντάδες ἑπτὰ. (2) Ὀπλίται μὲν οἱ πάντες συλλεγέ-
 ντες ἐπὶ τὸν βάρβαρον ἔσαν τοσοῦτοι, φίλων δὲ πλῆθος
 ἦν τότε, τῆς μὲν Σπαρτιητικῆς τάξις πεντακισχι-
 10 λιοὶ καὶ τρισμύριοι ἄνδρες ὡς ἐόντων ἑπτὰ περὶ ἑκα-
 στον ἄνδρα, καὶ τούτων πᾶς τις παρήρτητο ὡς ἐς πό-
 15 λεμον. (3) Οἱ δὲ τῶν λοιπῶν Λακεδαιμονίων καὶ Ἑλ-
 λήνων φίλοι, ὡς εἰς περὶ ἑκαστον ἑὸν ἄνδρα, πεντακό-
 20 σιοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἔσαν. Ψιλῶν
 μὲν δὲ τῶν ἀπάντων μαχίμων ἦν τὸ πλῆθος ἕξ τε μυ-
 ριάδες καὶ ἑννέα χιλιάδες καὶ ἑκατοντάδες πέντε.

mus, et de sex et quadraginta populis victoriam reporta-
 vimus. (7) Nonne hac una re gesta commeruimus, ut hic
 nobis locus in acie tribuatur? At, quum in hoc temporis
 momento non deceat de loco quo quisque in acie locetur
 altercari, parati nos sumus vobis parere, Lacedæmonii, et
 ibi stare ubi et contra quos ut locemur opportunissimum
 vobis fuerit visum. Nam ubicumque fuerimus locati,
 operam dabimus ut fortes nos viros præstemus. Imperate
 igitur, et nos obsequemur. »

XXVII. Hoc quum illi respondissent, universus Lacedæ-
 moniorum exercitus adclamavit Atheniensibus, digniores
 illos esse qui cornu præssent, quam Arcades. Atque ita
 Athenienses, victis Tegeatis, honorem illum sunt conse-
 cuti. (2) Post hæc, Græcorum acies, quum eorum eorum
 qui initio convenerant, tum qui paulatim supervenerant, in
 hunc modum ordinata est. Dextrum cornu Lacedæmonii
 tenuere, numero decies mille; quorum quinque millia Spar-
 tani fuere, quos custodiebant Helotæ quinquies et tricies
 mille, leviter armati septem Helotæ cuique viro attributi.
 (3) Proximum sibi locum Spartani Tegeatis tribuerunt, et
 honoris causa, et virtutis: erantque hi mille et quingenti
 graviter armati. (4) Post hos locati erant Corinthiorum
 quinque millia: qui a Pausania impetrarunt, ut juxta ipsos
 starent Potidæatæ qui aderant ex Pallene, numero trecenti.
 (5) His proximi erant locati Arcades Orchomeni sexcenti;
 et his, Sicyonii ter mille; juxtaque hos stabant Epidaurii
 octingenti; (6) prope quos constituti erant Træzenii mille;
 tum juxta Træzenios Lepreatæ ducenti; prope hos Myce-
 næi et Tirynthii quadringenti; quibus proximi, Phliasi
 mille; (7) atque his propinqui erant Hermionenses trecenti.
 Proximi Hermionensibus locati erant Eretrienses et Styren-
 ses sexcenti: post quos Chalcidenses quadringenti, et post
 hos, Ampraciatæ quingenti; (8) deinde Leucadii locati erant
 et Anactorii, numero octingenti: hisque proximi Palenses
 ex Cephallenia ducenti. Post hos Æginetæ stabant quin-
 genti; et juxta illos Megarenses locati ter mille; (9) atque
 his proximi erant Plataenses sexcenti. Postremi vero et
 primi Athenienses stabant, lævum cornu tenentes, numero
 octies mille; quibus Aristides præerat, Lysimachii filius.

XXIX. Hi cuncti, exceptis septem illis cuique Spartano
 rum attributis, graviter fuere armati; numero, simul omnes,
 octies et tricies mille et septingenti. (2) Iste igitur fuit nu-
 merus graviter armatorum, qui ad pugnandum contra Bar-
 barum convenerant. Leviter vero armatorum numerus hic
 fuit: in Spartanorum ordinibus quinquies et tricies mille
 viri, quippe septem circa quemque virum; eratque horum
 quisque ut solet ad bellum instructus. (3) Reliquorum
 vero Lacedæmoniorum et Græcorum leviter armati, unus
 fere circa quemque virum, snere quater et tricies mille et
 quingenti. Itaque leviter armatorum numerus universus
 fuit sexaginta novem millium et quingentorum.

XXX. Τοῦ δὲ σύμπαντος Ἑλληνικοῦ τοῦ συνελθόντος ἐς Πλαταίας σὺν τε ὀπλίταισι καὶ φιλοῖσι τοῖσι μάχιμοις ἑνδεκα μυριάδες ἔσαν, μῆς χιλιάδος, πρὸς δὲ ὀκτακοσίων ἀνδρῶν καταδέσυσαι. (2) Σὺν δὲ Θεσπείων τοῖσι παρευοῖσι ἐξεπληροῦντο αἱ ἑνδεκα μυριάδες παρῆσαν γὰρ καὶ Θεσπείων ἐν τῷ στρατοπέδῳ οἱ περιεόντες, ἀριθμὸν ἐς ὀκτακοσίους καὶ χιλίους· ὅπλα δὲ οὐδ' οὗτοι εἶχον. Οὗτοι μὲν νυν ταχθέντες ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ ἐστρατοπεδεύοντο.

XXXI. Οἱ δ' ἅμφι Μαρδόνιον βάρβαροι ὡς ἀπεκήδευσαν Μασίστιον, παρῆσαν, πυθόμενοι τοὺς Ἕλληνας εἶναι ἐν Πλαταίῃσι, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὸν Ἀσωπὸν τὸν ταύτην βρόντα. (2) Ἀπικόμενοι δὲ ἀντετάσσοντο ἴδω ἐπὶ Μαρδονίου. Κατὰ μὲν Λακεδαιμονίους ἔστησε Πέρσας. Καὶ δὴ πολλὸν γὰρ περιῆσαν πλῆθει οἱ Πέρσαι, ἐπὶ τε τάξιν πλεῖνας ἐκεκοσμέατο καὶ ἐπεῖχον τοὺς Τεγεάτας. (3) Ἐταξε δὲ οὗτοι ὅτι μὲν ἦν αὐτοῦ δυνατώτατον πᾶν ἀπολέξας ἔστησε ἀντίον Λακεδαιμονίων, τὸ δὲ ἀσθενέστερον παρέταξε κατὰ τοὺς Τεγεάτας. Ταῦτα δ' ἐποίησε φραζόντων τε καὶ διδασκόντων Θηβαίων. (4) Περσῶν δὲ ἐχομένους ἔταξε Μήδους· οὗτοι δὲ ἐπέσχον Κορινθίους τε καὶ Ποτιδαίητας καὶ Ὀρχομένους τε καὶ Σικυωνίους. Μήδων δὲ ἐχομένους ἔταξε Βακτρίους· οὗτοι δὲ ἐπέσχον Ἐπιδαυρίους τε καὶ Τροιζηνίους καὶ Αἰπρεῖτας τε καὶ Τυρυνθίους καὶ Μυκηναίους τε καὶ Φλιασίους. Μετὰ δὲ Βακτρίους ἔστησε Ἰνδοὺς· οὗτοι δὲ ἐπέσχον Ἑρμιονέας τε καὶ Ἐρετριέας καὶ Στυρέας τε καὶ Χαλκιδέας. (5) Ἰνδῶν δὲ ἐχομένους Σάκας ἔταξε, οἱ ἐπέσχον Ἀμπρακίητας τε καὶ Ἀνακτορίου καὶ Λευκαδίου καὶ Παλέας καὶ Αἰγινήτας. Σακῶν δὲ ἐχομένους ἔταξε ἀντίᾳ Ἀθηναίων τε καὶ Πλαταιέων καὶ Μεγαρέων Βοιωτῶν τε καὶ Λοκρῶν καὶ Μηλίων τε καὶ Θεσσαλῶν καὶ Φωκίων τοὺς χιλίους· (6) οὐ γὰρ ὦν ἅπαντες οἱ Φωκῆες ἐμῆδισαν, ἀλλὰ τινες αὐτῶν καὶ τὰ Ἕλλήνων ἡῶν περὶ τὸν Περνήσιν κατελιγμένοι, καὶ ἐνθεῦτεν ὀρυμνόμενοι ἐφερόν τε καὶ ἦγον τήν τε Μαρδονίου στρατιήν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἑόντας Ἕλληνων. Ἐταξε δὲ καὶ Μακεδόνας τε καὶ τοὺς περὶ Θεσσαλίην οἰκημένους κατὰ τοὺς Ἀθηναίους.

XXXII. Ταῦτα μὲν τῶν ἐθνῶν τὰ μέγιστα ὠνόμασται τῶν ὑπὸ Μαρδονίῳ ταχθέντων, τὰ περ ἐπιφανέστατα τε ἦν καὶ λόγου πλείεστος. (2) Ἐνῆσαν δὲ καὶ ἄλλων ἐθνῶν ἄνδρες ἀναμειγμένοι, Φρυγῶν τε καὶ Θρηάκων καὶ Μυσῶν τε καὶ Παιόνων καὶ τῶν ἄλλων, ἐν δὲ καὶ Αἰθίοπων τε καὶ Αἰγυπτίων οἱ τε Ἑρμοσύτιες καὶ οἱ Καλασῖριες καλεούμενοι μαχαίροφόροι, οἵπερ εἰσὶ Αἰγυπτίων μόνον μάχιμοι. (3) Τούτους δὲ εἰ τῶν ἐν Φαλήρῳ ἀπὸ τῶν νεῶν ἀπεβιδάσατο ἑόντας ἐπιβάτας· οὐ γὰρ ἐτάχθησαν ἐς τὸν πεζὸν τὸν ἅμα Ξέρξη ἀπικόμενον ἐς Ἀθήνας Αἰγύπτιοι. (4) Τῶν μὲν δὲ βαρβάρων ἔσαν τριήκοντα μυριάδες, ὡς καὶ πρότερον δεδῶλωται· τῶν δὲ Ἑλλήνων τῶν Μαρδονίου συμμάχων οἶδε μὲν οὐδεὶς ἀριθμὸν (οὐ γὰρ ὦν ἡριθμήθη-

XXX. Itaque universus Græcarum copiarum, quæ ad pugnam aptæ essent, numerus ad Plataeas, collectus, simul sumpta et gravi et levi armatura, fuit centum et decem millium, minus mille et octingentis. (2) Adjunctis vero Thespiensibus qui aderant, completus est numerus centum et decem millium. Adfuerunt enim etiam in castris quotquot supererant Thespiensium, ad mille octingentos numero: sed illi quidem nonnisi leviter armati. Græci igitur, ita ordinati, ad Asopum castra habuere.

XXXI. Barbari cum Mardonio, postquam fine m fecerunt parentandi Masistio, quum cognovissent Græcos ad Plataeas esse, ipsi quoque ad Asopum, qui illac fluit, se contulerunt. (2) Quo ubi venere, Græcis in hunc modum oppositi sunt a Mardonio. Contra Lacedæmonios locavit Persas; qui quidem, quum illos multitudine longe superarent, non solum plures in ordines locati, sed Tegeatis etiam oppositi stabant. (3) Ordinavit eos autem Mardonius ita, ut selectos suorum validissimos quosque opponeret Lacedæmonii, infirmiores vero contra Tegeatas locaret: idque fecit indicantibus et monentibus Thebanis. (4) Persis proximos Medos locavit; qui ex adverso Corinthios habebant et Potidæatas et Orchomenios et Sicyonios. A latere Medorum Bactrios locavit, Epidauriis oppositos et Troezeniis, item Lepreatis, Tirynthis, Mycenæis et Phliasiiis. Post Bactrios locavit Indos, quibus ex adverso Hermionenses stabant et Eretrieuses et Styrenses et Chalcidenses. (5) Proxime Indis Sacas locavit, Ampraciatis oppositos et Anactoriis et Leucadiis et Palensibus et Æginetis. Proximos Sacis, ex adverso Atheniensium et Plataeensium et Megarensium, Boeotos locavit et Locros et Malienses et Thessalos et mille illos, quos memoravi, Phocenses. (6) Nec enim omnes Phocenses a partibus Medorum stabant; sed eorum nonnulli etiam cum Græcis faciebant, circa Parnassum conglobati, indeque impetu facto exercitum Mardonii, et Græcos qui cum eo erant, vexabant prædamque ex illis agebant. Insuper vero etiam Macedonas, et populos Thessaliæ finitimos, Atheniensibus Mardonius opposuit.

XXXII. Quos adhuc nominavi populos a Mardonio in acie locatos, hi numerosiores erant cæteris majorisque momenti. (2) Mixti his autem fuere ex aliis quoque populis viri, Phryges, Thraces, Mysi, Pæones, alique. Adfuerunt etiam ex Æthiopibus selecti, et Ægyptiorum Hermotybies et Calasiries qui vocantur, gladiis armati; qui soli sunt Ægyptiorum milites. (3) Hos autem Mardonius, quum adhuc Phaleri esset, e navibus adsciverat quarum propugnatores erant: nec enim Ægyptii in peditatu fuerant, qui cum Xerxe Athenas venit. (4) Jam barbarorum quidem numerus qui cum Mardonio erant, ut jam supra dixi, trecenta millia fuere: Græcorum vero numerum, qui ei socii aderant, nemo novit, nec enim initus illorum numerus est; sed, si

σαν), ὡς δὲ ἐπεικασαί, ἐς πέντε μυριάδας συλλεγῆναι εἰκάζω. Οὗτοι οἱ παραταχθέντες περὶ ἔσαν, ἡ δὲ ἵππος χωρὶς ἐτάχτο.

XXXIII. Ὡς δὲ ἄρα πάντες οἱ ἐτετάχτο κατὰ τε
 6 ἔθνεα καὶ κατὰ τέλεια, ἐνθαῦτα τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ ἐθύ-
 οντο καὶ ἀμρότεροι. (1) Ἐλλήσι μὲν Τισαμενὸς Ἀντιό-
 χου ἦν ὁ θυόμενος· οὗτος γὰρ δὴ εἶπετο τῷ στρατεύ-
 ματι τούτῳ μάντις τὸν ἔοντα Ἡλείων καὶ γένεος τοῦ
 10 Ἰαμιδέων Κλυτιδῆν Λακεδαιμόνιοι ἐποίησαντο λεω-
 σφέτερον. Τισαμενῷ γὰρ μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι
 περὶ γόνου ἀνέιλε ἡ Πυθίη ἀγῶνας τοὺς μεγίστους
 ἀναρῆσσεσθαι πέντε. (3) Ὁ μὲν δὴ ἀμαρτῶν τοῦ χρη-
 στήριου προσεῖχε γυμνασίῳσι ὡς ἀναρῆσόμενος γυ-
 μνικούς ἀγῶνας, ἀσκέων δὲ πεντάεθλον παρ' ἐν πάλαι-
 15 σμα ἔδραμε νικῶν Ὀλυμπιάδα, Ἱερώνυμῳ τῷ Ἀνδρίῳ
 ἐλθὼν ἐς ἔριν. (4) Λακεδαιμόνιοι δὲ μαθόντες οὐκ ἐς
 γυμνικούς, ἀλλ' ἐς ἀρτίους ἀγῶνας φέρον τὸ Τισαμενοῦ
 μαντήιον, μισθῷ ἐπειρέοντο πείσαντες Τισαμενὸν ποιέ-
 σθαι ἅμα Ἡρακλεϊδέων τοῖσι βασιλεῦσι ἡγεμόνα τῶν
 20 πολέμων. (5) Ὁ δὲ ὁρέων περὶ πολλοῦ ποιευμένου
 Σπαρτιτῆτας φίλον αὐτὸν προσθέσθαι, μαθὼν τοῦτο ἀνε-
 τίμα, σημαίνων σφίδους ἦν μιν πολιτῆτην σφέτερον ποιή-
 σονται τῶν πάντων μεταδιδόντες ποιήσει ταῦτα, ἐπ'
 25 ἄλλῳ μισθῷ δ' οὐ. (6) Σπαρτιτῆται δὲ πρῶτα μὲν
 ἀκούσαντες δεινὰ ἐποιεῦντο καὶ μετίεσαν τῆς χρησιμο-
 σύνης τὸ παράπαν, τέλος δὲ δειμῆτος μεγάλου ἐπικρε-
 μαμένου τοῦ Περσικοῦ τούτου στρατεύματος καταίνεον
 μετιόντες. (7) Ὁ δὲ γνούς τετραμμένους σφῆρας οὐδ'
 οὔτω ἔτι ἔρη ἀρκέεσθαι τούτοις μόνουσι, ἀλλὰ δεῖν
 30 ἔτι καὶ τὸν ἀδελφεὸν ἐνωτοῦ Ἡγίην γίνεσθαι Σπαρ-
 τιτῆτην ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι τοῖσι καὶ αὐτὸς γί-
 νεται.

XXXIV. Ταῦτα δὲ λέγων οὗτος ἐμιμέετο Μελάμ-
 35 ποδα, ὡς εἰκασαί, βασιλῆην τε καὶ πολιτῆτην αἰτεό-
 μενον. Καὶ γὰρ δὴ καὶ Μελάμπους τῶν ἐν Ἀργεῖ
 γυναικῶν μανεισίων, ὡς μιν οἱ Ἀργεῖοι ἐμισθοῦντο ἐκ
 Πύλου παῦσαι τὰς σφετέρας γυναῖκας τῆς νούσου, μι-
 σθὸν προετίετο τῆς βασιλῆϊς τὸ ἥμισυ. (2) Οὐκ
 40 ἀνασχομένων δὲ τῶν Ἀργείων, ἀλλ' ἀπιόντων, ὡς
 ἐμαίνοντο πλεῦνες τῶν γυναικῶν, οὕτω δὴ ὑποστάντες
 τὰ δὲ Μελάμπους προετίετο ἤσαν δώσοντές οἱ ταῦτα.
 (3) Ὁ δὲ ἐνθαῦτα δὴ ἐπορέγεται ὁρέων αὐτοὺς τετραμ-
 μένους, φᾶς, ἦν μὴ καὶ τῷ ἀδελφεῷ Βίαντι μεταδῶσι
 45 τὸ τρίτημόριον τῆς βασιλῆϊς, οὐ ποιήσιν τὰ βούλον-
 ται. Οἱ δὲ Ἀργεῖοι ἀπειληθέντες ἐς στεινὸν κατα-
 νέουσι καὶ ταῦτα.

XXXV. Ὡς δὲ καὶ Σπαρτιτῆται, ἐδέοντο γὰρ δει-
 νῶς τοῦ Τισαμενοῦ, πάντα συνεχώρεόν οἱ. Συγχωρη-
 50 σάντων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Σπαρτιτῆτων, οὕτω δὴ πέν-
 τε σφι μαντευόμενος ἀγῶνας τοὺς μεγίστους Τισαμενὸς
 ὁ Ἡλείος, γενόμενος Σπαρτιτῆτης, συγκαταίρει. (2)
 Μοῦνοι δὲ δὴ πάντων ἀνθρώπων ἐγένοντο οὗτοι Σπαρ-
 τιτῆται πολιτῆται. Οἱ δὲ πέντε ἀγῶνες οἷδε ἐγένοντο,
 εἰς μὲν καὶ πρῶτος οὗτος ὁ ἐν Πλαταιῇσι, ἐπὶ δὲ ὁ ἐν

conjectura licet uti, ad quinquaginta millia coacta fuisse
 conjicio. Hic igitur peditatus fuit, in acie locatus: equi-
 tatus autem seorsum instructus stabat.

XXXIII. Cunctis ita per populos et per manipulos dispo-
 sitis, dein postridie utrique sacra fecerunt. (2) Græcis
 Tisamenus, Antiochi filius, sacrificator erat: hic enim
 exercitum hunc ut vates sequebatur. Eleus is fuit, Cly-
 tiades (*ex Clyti familia*), de gente lamidarum: quem
 Lacedæmonii civem adoptaverant. Scilicet quum Delphi-
 cum oraculum Tisamenus de prole consulisset, responde-
 derat ei Pythia, quinque maximis certaminibus victoriam
 illum reportaturum. (3) Is igitur, aberrans ab sententia
 oraculi, gymoicis certaminibus dabat operam, tamquam
 in his victoriam reportaturus: et quinquertium exercens,
 Olympiæ certamine inito cum Hieronymo, genere Andrio,
 in eo erat ut victoria potiretur, sed uno luctæ certamine
 victus est. (4) Tunc Lacedæmonii, intelligentes ad bellica
 certamina, non ad gymnica, spectare responsum Tisameno
 editum, conati sunt Tisamenum proposita mercede sibi con-
 ciliare, eique persuadere ut una cum regibus de Heraclida-
 rum genere dux ipsis esset bellorum. (5) At ille, ubi vidit
 multum interesse Spartanorum, amicum se illis et socium
 adjungi, auxit pretium, dixitque, si se in civium numerum
 vellent cooptare, omniumque jurium participem reddere,
 tunc se id facturum, alio autem pretio minime. (6) Quo
 audito, primum indignati Spartani: missam fecerunt illius
 artem divinandi: ad extremum vero, quum ingens eis me-
 tus impenderet a Persico hoc exercitu, consentientes in con-
 dit onem, accessiverunt virum. (7) At ille, ubi mutata
 vidit eorum sententiam, ne sic quidem, ait, sufficere sibi
 hoc unum, sed oportere etiam fratrem suum Hagian eadem
 conditione, qua ipse, fieri Spartanum.

XXXIV. Hæc ille dicens, postulatis suis, ut credi par
 est, imitabatur Melampodem, qui regiam dignitatem cum
 jure civitatis petebat. Melampus enim, quum Argis mulie-
 res furore essent correptæ, et Argi illum proposita mer-
 cede Pylo vellent arcessere, ut eo morbo liberaret mulie-
 res ipsorum, mercedem postulaverat dimidium regni. (2)
 Qua repudiata conditione postquam digressi sunt Argivi,
 quum multo etiam plures mulieres in insaniam incidissent,
 ita demum in conditionem a Melampode propositam consen-
 tientes, adierunt eum, id quod ille postulaverat daturi. (3)
 At tunc ille, mutata videns horum sententiam, aucta cu-
 piditate, ait, nisi fratri quoque ipsius Bianti tertiam regni
 partem traderent, non esse se illis morem gesturum. Et
 Argivi, in angustias adducti, in hanc etiam conditionem con-
 senserunt.

XXXV. Pari modo etiam Spartani, quum Tisamenum
 sibi adjungere vehementer cuperent, omnibus ejus postula-
 tis concesserunt. Quæ postquam ei Spartani indulserunt,
 ad quinque maximas reportandas victorias Tisamenus
 Eleus, nunc Spartanus factus, operam suam illis arte sua
 divinandi contulit. (2) Sunt autem isti duo ex omnibus
 hominibus soli, quos Spartani in civium numerum coop-
 tarunt. Quinque vero certamina, in quibus ope Tisameni
 victoriam Spartani reportarunt, hæc sunt: primum hoc,

Τεγέη πρὸς Τεγεάτας τε καὶ Ἀργεῖους γενόμενος, μετὰ δὲ ὃ ἐν Διπαιεύσι πρὸς Ἀρκάδας πάντας πλὴν Μαντινέων, ἐπὶ δὲ ὁ Μεσσηνίων ὁ πρὸς Ἰθώμῃ, ὕστατος δὲ ὁ ἐν Τανάγρα πρὸς Ἀθηναίους τε καὶ Ἀργεῖους γενόμενος· οὗτος δὲ ὕστατος κατεργάσθη τῶν πέντε ἀγίωνων.

XXXVI. Οὗτος δὴ τότε τοῖσι Ἕλλησι ὁ Τισαμενός, ἀγόντων τῶν Σπαρτιητέων, ἔμαντεύετο ἐν τῇ Πλαταιίδι. Τοῖσι μὲν νυν Ἕλλησι καλὰ ἐγίνετο τὰ ἱρὰ ἀμυνομένοισι, διαδᾶσι δὲ τὸν Ἀσωπὸν καὶ μάχης ἀρχοῦσι οὗ.

XXXVII. Μαρδονίῳ δὲ προθυμομένῳ μάχης ἀρχειν οὐκ ἐπιτήδεα ἐγίνετο τὰ ἱρὰ, ἀμυνομένῳ δὲ καὶ τούτῳ καλὰ. Καὶ γὰρ οὗτος Ἑλληνικοῖσι ἱροῖσι ἐχρέετο, μάντιν ἔχον Ἡγησίστρατον ἀνδρα Ἡλείῳν τε καὶ τὸν Τελλιαδέων ἐόντα λογιμώτατον, τὸν δὴ πρότερον τούτων Σπαρτιηταὶ λαβόντες ἔδωσαν ἐπὶ θανάτῳ ὅς πεπονθότες πολλὰ τε καὶ ἀνάσσια ὑπ' αὐτοῦ. (2) Ὅ δὲ ἐν τούτῳ τῇ κακῇ ἔχόμενος, ὥστε τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ θανάτου πεισόμενος πολλὰ τε καὶ λυγρὰ, ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου. (3) Ὡς γὰρ δὴ ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ, ἐσενειχθέντος κως σιδηρίου ἐκράτησε, αὐτίκα δὲ ἐμνηχανθὼ ἀνδρηιώτατον ἔργον πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· σταθμισάμενος γὰρ ὅκως ἐξελεύσεται οἱ τὸ λοιπὸν τοῦ ποδὸς, ἀπέταμε τὸν ταρσὸν ἐκ αὐτοῦ. (4) Ταῦτα δὲ ποιήσας, ὥστε φυλασσόμενος ὑπὸ φυλάκων, διορύξας τὸν τοῖχον ἀπέδρη ἐς Τεγέην, τὰς μὲν νύκτας πορευόμενος, τὰς δὲ ἡμέρας καταδύνων ἐς ὕλην καὶ αὐλιζόμενος, οὕτῳ ὥστε Λακεδαιμονίων πανδημεὶ διζημένων τρίτῃ εὐφρόνῃ γενέσθαι ἐν Τεγέῃ, τοὺς δὲ ἐν ὥματι μεγάλῳ ἐνέχεσθαι τῆς τε τόλμης, δρόντας τὸ ἡμίτομον τοῦ ποδὸς κείμενους, κακείνων οὐ δυναμένους εὐρέειν. (5) Τότε μὲν οὕτω διαφυγὼν Λακεδαιμονίους καταφεύγει ἐς Τεγέην εὐθυσαν οὐκ ἀρρήμην Λακεδαιμονίοισι τούτων τὸν χρόνον· ὕγιῃς δὲ γενόμενος καὶ προσποιησάμενος ξύλινον πόδα κατεστήκεε ἐκ τῆς ἰθῆς Λακεδαιμονίοισι πολέμιος. (6) Οὐ μέντοι ἐς γε τέλος οἱ συνήνεκε τὸ ἔχθος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους συγκεχυρμένον· ἤλω γὰρ μαντευόμενος ἐν Ζακύνθῳ ὑπ' αὐτῶν καὶ ἀπέθανε. (7) Ὁ μὲν νυν θάνατος ὁ Ἡγησιστράτου ὕστερον ἐγένετο τῶν Πλαταικῶν, τότε δ' ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ Μαρδονίῳ μεμισθωμένος οὐκ ὀλίγου ἐθῦτό τε καὶ προεθυμέετο κατὰ τε τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων καὶ κατὰ τὸ κέρδος.

XXXVIII. Ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλίρες ὥστε μάχεσθαι οὔτε αὐτοῖσι Πέρσῃσι οὔτε τοῖσι μετ' ἐκείνων ἐοῦσι Ἕλλησιν (εἶχον γὰρ καὶ οὗτοι ἐπ' ἐκείνων μάντιν Ἰππόμαχον Λευκάδιον ἀνδρα), ἐπιπρεπόντων δὲ τῶν Ἑλλήνων καὶ γινομένων πλεύνων Τιμηγενίδης ὁ Ἑρπυος ἀνὴρ Θηβαῖος συνεβούλευε Μαρδονίῳ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Κισθαίρωνος φυλάττει, λέγων ὡς ἐπιπρέουσι οἱ Ἕλληνες αἰεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην καὶ ὡς ἀπολάμφοιτο συχνοῦς.

XXXIX. Ἡμέραι δὲ σφί ἀντικατημένοισι ἤδη ἐγγόνεσαν ὅκτωι, ὅτε ταῦτα ἐκείνος συνεβούλευε Μαρδονίῳ. Ὁ δὲ μαθὼν τὴν παραίνεσιν εὖ ἔχουσαν, ὡς εὖ

ad Plataeas; deinde illud ad Tegeam, contra Tegeatar et Argivos; tertium, in Dipæensibus adversus universos Arcadas, exceptis Mantiniensibus; quartum, adversus Messenios ad Ithomam; quintum, ad Tanagram contra Athenienses et Argivos: hoc autem postremum peractum est certamen ex illis quinque.

XXXVI. Hic igitur tunc Tisamenus, Spartanos comitatus, interpres sacrorum ad Plataeas fuit Græcis. Et feliciem rei exitum Græcis portendebant sacra, si sese defenderent; parum prosperum autem, si Asopum transirent et pugna facerent initium.

LXIX. Οἱ μὲν δὲ νικῶντες εἶποντο, τοὺς Ξέρξει διώκοντές τε καὶ φονεύοντες· ἐν δὲ τούτῳ τῷ γινομένῳ φόβῳ ἀγγέλλεται τοῖσι ἄλλοις Ἑλλήσι τοῖσι τεταγμένοις περὶ τὸ Ἡραῖον καὶ ἀπογενομένοις τῆς μάχης ὅτι μάχη τε γέγονε καὶ νικῶν οἱ μετὰ Πausανίει. (2) Οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα, οὐδένα κόσμον ταχθέντες, οἱ μὲν ἀμφὶ Κορινθίους ἐτρόποντο διὰ τῆς ὑπωρέης καὶ τῶν κολωνῶν τὴν φέρουσαν ἄνω ἰθὺ τοῦ ἱεροῦ τῆς Δήμητρος, οἱ δὲ ἀμφὶ Μεγαρέας τε καὶ Φλιασίους διὰ τοῦ πεδίου τὴν λειοτάτην τῶν ὁδῶν. (3) Ἐπεῖτε δὲ ἀγγεῖν τῶν πολεμίων ἐγίνοντο οἱ Μεγαρές καὶ Φλιάσιοι, ἀπιδόντες σφέας οἱ τῶν Θηβαίων ἱππῶται ἐπειγομένους οὐδένα κόσμον ἤλαυνον ἐπ' αὐτοὺς τοὺς ἵππους τῶν ἱππάρχει Ἀσωπόδωρος δ' Τιμάνδρου· ἐσπεσόντες δὲ κατεστόρεσαν αὐτῶν ἑξακοσίους, τοὺς δὲ λοιποὺς καθήραξαν διώκοντες ἐς τὸν Κιθαῖρῳνα. Οὗτοι μὲν δὲ ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπόλυντο.

LXX. Οἱ δὲ Πέρσαι καὶ ὁ ἄλλος ὁμιλος, ὡς κατέφυγον ἐς τὸ ξύλινον τεῖχος, ἐφθησαν ἐπὶ τοὺς πύργους

tunc, multum hortatus ne praelium ille committeret, nihil profecerat. Itaque, utpote improbens Mardonius inierat rerum gerendarum modum, hac ipse ratione egit : (2) quum suo sub imperio manum haberet haud exiguam, sed ad quadraginta hominum millia, his ordine compositis, quo tempore fiebat praelium, bene gnarus quis futurus esset exitus pugnae, egressus est, dato imperio, ut, qua ipse praeretur, sequerentur omnes eodem gradu quo ipsum vidissent praeeuntem. (3) Hoc dato imperio, duxit illos, veloti in praelium duceret : sed quum ipse praegrederetur agnien, jamque fugientes conspexisset Persas; inde non amplius eodem ordine suos duxit, sed citato cursu fugam cum eis corripuit, non ligneum murum petens nec Thebanorum moenia, sed in Phocidem tendens, cupiensque quam primum ad Hellespontum pervenire. Hi igitur hanc in partem iter intenderunt.

LXVII. Graecorum, qui cum rege erant, major pars de industria cessaverant : sed Boeoti per diu cum Atheniensibus dimicarunt. Nam Thebanorum, qui cum Medis faciebant, singulare studium adhibuere, fortiter pugnantes, minimeque ultro cedentes; ita ut eorum trecenti, primarii viri fortissimique, ibi ab Atheniensibus sint interfecti. (2) Ut vero hi quoque terga vertere coacti sunt, Thebas se receperunt, non quidem ita ut Persae (incondita fuga). Atque reliqua turba sociorum, nulla re gesta, ac ne pugna quidem cum ullo ex hostibus conserta, in fugam se proriperunt.

LXVIII. Atque hinc adparet, barbarorum res universas ex Persis pendisse; quandoquidem et hi tunc, priusquam cum hoste essent congressi, simulatque Persas videre fugientes, et ipsi fugam capessiverunt. (2) Itaque omnes se fugae mandarunt, praeter equitatum, quum reliquum, tum Boeoticum. Atque fugientibus magno etiam usui equitatus fuit, semper proxime ab hostibus obequitans, et suos fugientes a Graecis sejungens.

LXIX. Dum ita victores Graeci fugientes barbaros persequuntur occiduntque, interim reliquis Graecis, qui circa Junonis templum consederant, et praelio non interfuerant, nunciatur pugnam esse pugnatam, vicisque Pausaniam cum suis. (2) Quo audito, nullo ordine Corinthii superiore via, quae per montis radices et per clivos fert, recta versus Cereris templum contenderunt; Megarenses vero et Phliasii per planitiem molliori via. (3) Ubi vero prope hostem Megarenses et Phliasii fuere, e longinquo eos conspicati equites Thebani, videntesque nullo ordine properantes, equos in illos adegerunt, Asopodoro duce, Timandri filio. In quos invecti, sexcentos eorum straverunt; reliquosque persecuti, in Cithaeronem praecipites compulerunt. Isti igitur ignobili morte perierunt.

LXX. Persae autem et reliqua turba, postquam intra ligneum murum pervenerunt, ascendere in turres ma-

ἀναβάντες πρὶν ἢ τοὺς Λακεδαιμονίους ἀπικέσθαι, ἀναβάντες δὲ ἐφράξαντο ὡς ἐδυνάτο ἀριστα τὸ τεῖχος. Προσελθόντων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων κατεστήκει σφι τειχομαχίῃ ἐρρωμενεστέρα. (2) Ἔως μὲν γὰρ ἀπῆσαν οἱ Ἀθηναῖοι, οἱ δ' ἡμύοντο καὶ πολλῶ πλέον εἶχον τῶν Λακεδαιμονίων ὥστε οὐκ ἐπισταμένων τειχομαχεῖν ὥς δέ σφι οἱ Ἀθηναῖοι προσῆλθον, οὕτω δὴ ἰσχυρῇ ἐγένετο τειχομαχίῃ καὶ χρόνον ἐπὶ πολλόν. (3) Τέλος δὲ ἀρετῇ τε καὶ λιπαρίῃ ἐπέβησαν Ἀθηναῖοι τοῦ τείχεος καὶ ἥρειπον, τῇ δὲ ἐσεχέοντο οἱ Ἕλληνες. Πρῶτον δὲ ἐσῆλθον Τεγεῖται ἐς τὸ τεῖχος, καὶ τὴν σκηνὴν τὴν Μαρδονίου οὗτοι ἔσαν οἱ διαρπάσαντες, τὰ τε ἄλλα ἐξ αὐτῆς καὶ τὴν φάτνην τῶν ἵππων ἐοῦσαν χαλκὴν πᾶσαν καὶ θέης ἀξίην. (4) Τὴν μὲν νυν φάτνην ταύτην τὴν Μαρδονίου ἀνέβησαν ἐς τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης Τεγεῖται, τὰ δὲ ἄλλα ἐς τὸ αὐτό, ὅσα περ ἔλαβον, ἐσῆνεικαν τοῖσι Ἕλλησι. (5) Οἱ δὲ βάρβαροι οὐδὲν ἐτι στίφος ἀποιήσαντο πεσάντος τοῦ τείχεος, οὔτε τις αὐτῶν ἀλλῆς ἐμέμνητο, ἀλύκταζόν τε οἷα ἐν ὀλίγῳ χώρῳ πεφοβημένοι τε καὶ πολλὰ μυριάδες κατελιγμέναι ἀνθρώπων. (6) Παρῇν τε τοῖσι Ἕλλησι φρονέειν οὕτω ὥστε τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ, καταδουσεῶν τεσσέρων τὰς ἔχων Ἀρτάβαζος ἐφευγε, τῶν λοιπῶν μὴδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι. (7) Λακεδαιμονίων δὲ τῶν ἐκ Σπάρτης ἀπέθανον οἱ πάντες ἐν τῇ συμβολῇ εἰς καὶ ἐνενήκοντα, Τεγεγετέων δὲ ἑκατάδεκα, Ἀθηναίων δὲ δύο καὶ πεντήκοντα.

LXXI. Ἡρίστευσε δὲ τῶν βαρβάρων πεζὸς μὲν ὁ Περσέων, ἵππος δὲ ἡ Σακίων, ἀνὴρ δὲ λέγεται Μαρδόνιος. Ἕλλήνων δὲ, ἀγαθῶν γενομένων καὶ Τεγεγετέων καὶ Ἀθηναίων, ὑπερεβάλλοντο ἀρετῇ Λακεδαιμόνιοι. (2) Ἄλλω μὲν οὐδενὶ ἔχω ἀποσημῆνασθαι (ἅπαντες γὰρ οὗτοι τοὺς κατ' ἐωυτοὺς ἐνίκουν), ὅτι δὲ κατὰ τὸ ἰσχυρότατον προσηνέχθησαν καὶ τούτων ἐκράτησαν. (3) Καὶ ἀριστος ἐγένετο μακρῷ Ἀριστόδημος κατὰ γνώμας τὰς ἡμετέρας, ὃς ἐκ Θερμοπυλῆων μόνος τῶν τριηκσίων σωθεὶς εἶχε ὄνειδος καὶ ἀτιμίην. (4) Μετὰ δὲ τοῦτον ἡρίστευσαν Ποσειδώνιος τε καὶ Φιλοκύν καὶ Ἀμομφάρετος Σπαρτιήτης. Καίτοι γενομένης μάχης ὃς γένοιτο αὐτῶν ἀριστος, ἔγνωσαν οἱ παραγενομένοι Σπαρτιητέων Ἀριστόδημον μὲν βουλόμενον φανερώς ἀποθανεῖν ἐκ τῆς παρούσης οἱ αἰτίας, λυσσόντά τε καὶ ἐκλιπόντα τὴν τάξιν ἔργα ἀποδέξασθαι μεγάλα, Ποσειδώνιον δὲ οὐ βουλόμενον ἀποθνήσκειν. (5) Ἄνδρα γενέσθαι ἀγαθόν· τοσούτῳ τοῦτον εἶναι ἀμείνω. (6) Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ φθόνῳ ἂν εἴπαιεν· οὗτοι δὲ τοὺς κατέλεξα πάντες, πλὴν Ἀριστοδήμου, τῶν ἀποθνόντων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ τίμιοι ἐγένοντο· Ἀριστόδημος δὲ βουλόμενος ἀποθάνειν διὰ τὴν προειρημένην αἰτίην οὐκ ἐτιμήθη.

LXXII. Οὗτοι μὲν τῶν ἐν Πλαταιῇσι οὐνομαστότατοι ἐγένοντο. Καλλικράτης γὰρ ἔξω τῆς μάχης ἀπέθανε, ἑλθὼν ἀνὴρ κάλλιστος ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν τότε Ἑλλήνων, οὐ μόνον αὐτῶν Λακεδαιμονίων, ἀλλὰ

turarunt, priusquam Lacedæmonii adessent : eisque consensis, quam optime poterant ad defendendum murum sese compararunt : et, ubi advenerunt Lacedæmonii, valide admodum propugnarunt. (2) Nam priusquam Athenienses accessissent, repulerunt Lacedæmonios, et multo eis erant superiores, quippe oppugnandarum munitio-num imperitis. Ut vero Athenienses advenere, tunc acris exstitit et diuturna circa murum pugna. (3) Sed ad extremum virtute et assiduitate laboris conscenderunt murum Athenienses, eumque diruerunt : et ea parte Græci intra munitionem irruerunt. Primi qui ingressi sunt, Tegeatæ fuere : et hi sunt qui tentorium spoliaverunt Mardonii, ex eoque quum alia asportarunt, tum præsepe equorum, quod totum æneum erat et spectatu dignum. (4) Ac præsepe hoc quidem Mardonii in templo Alææ Minervæ dedicarunt Tegeatæ ; reliquam vero prædam omnem in eundem locum cum communi Græcorum præda contulerunt. (5) Barbari vero, ex quo murus corruit, nullum amplius globum, quem hosti opponerent, fecerunt, neque quisquam virtutis meminit ; sed consternati erant, utpote multæ hominum myriades in exiguum locum fuga compul-sæ et conclusæ. (6) Et Græcis ita facilis fuit cædes, ut ex triginta hominum myriadibus (demptis quattuor myria-dibus, cum quibus Artabazus profugit) ne ter mille quidem reliqui essent. (7) Lacedæmoniorum vero, qui quidem ex ipsa Sparta fuere, nonnisi unus et nonaginta in prælio ceciderant ; ex Tegeatis vero sedecim ; ex Atheniensibus, duo et quinquaginta.

LXXI. Virtutis nomine in Plataensi pugna eminuerе, inter barbaros, peditatus quidem Persarum, equitatus vero Sacarum : inter singulos viros eminuisse dicitur Mardonii, virtus. Inter Græcos, quamquam et Tegeatæ et Athenienses fortiter pugnarunt, præ cæteris eminuit Lacedæmoniorum virtus : (2) quod quidem nullo alio indicio confirmare possum (hi enim cuncti vicerunt eos qui ipsis oppositi steterant), nisi quod Lacedæmonii cum robustissima parte copiarum hostilium conflixerunt, hosque superarunt. Inter singulos viros, ut mihi quidem videtur, præ cæteris longe fortissime pugnavit Aristodemus, is qui, quum ex trecentis unus a Thermopylis rediisset, ignominia notatus erat. (3) Post hunc autem eminuerе Posidonius et Philocyon, et Spartanus Amphiaretus. Quamquam, quum sermo haberetur quis illorum fortissimus fuerit, præsentis Spartani statuerunt, Aristodemum manifeste mori voluisse propter culpam qua tenebatur, eaque causa furiosum, et ordinem suum relinquentem, præclara facta edidisse ; Posidonium vero, quum non decrevisset mori, fortissime pugnasse, tantoque esse præstantiorem illo. (4) At hoc fortasse illi ex invidia dixerint. Cæterum hi omnes, quos nominavi, qui in hac pugna ceciderunt, publico honore affecti sunt, Aristodemo excepto : Aristodemus vero, eo quod ob prædictam culpam mori decrevisset, non est honoratus.

LXXII. Hi igitur ex Lacedæmonii Plataensi pugna maxime nobilitati sunt. Nam Callicrates extra pugnam mortuus est, pulcerrimus Græcorum qui in exercitu fuerunt, non modo Lacedæmoniorum, sed reliquorum etiam Græco-

καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων· ὅς, ἐπειδὴ ἐσφαγιάζετο Πausanίης, κατήμενος ἐν τῇ τάξει ἐτρωματίσθη τοξεύματι τὰ πλευρά. (1) Καὶ δὴ οἱ μὲν ἐμάχοντο, ὁ δ' ἐξηννεγμένους ἔδυσθανάτεε τε καὶ ἔλεγε πρὸς Ἀρίμνηστον ἄνδρα Πλαταιέα οὐ μέλιν οἶδι πρὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποθνήσκει, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐχρήσατο τῇ χειρὶ καὶ ὅτι οὐδὲν ἐστὶ οἱ ἀποδεδεγμένον ἔργον ἐνωτοῦ ἄξιον προθυμειμένου ἀποδέξασθαι.

LXXIII. Ἀθηναίων δὲ λέγεται εὐδοκιμησαί Σωφάνης ὁ Εὐτυχίδης, δῆμου Δεκελεῖθ, Δεκελέων δὲ τῶν κοτὲ ἐργασαμένων ἔργον χρήσιμον ἐς τὸν πάντα χρόνον, ὡς αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι. (2) Ὡς γὰρ δὴ τὸ πάλαι κατ' Ἑλένης κομιδὴν Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν σὺν στρατοῦ πλήθει καὶ ἀνίστασαν τοὺς δῆμους, οὐκ εἰδότες ἵνα ὑπεξέκετο ἡ Ἑλένη, τότε λέγουσι τοὺς Δεκελέας, οἱ δὲ αὐτὸν Δέκελον ἀχθόμενον τε τῇ Θησέος ὕβρι καὶ δειμαίνοντα περὶ πάσῃ τῇ Ἀθηναίων χώρῃ, ἐξηγησάμενον σφὶ τὸ πᾶν πρῆγμα κατηγήσασθαι ἐπὶ τὰς Ἀφιδνας, τὰς δὲ Τιτακὸς ἐὼν αὐτόχθων καταπροδίδοι Τυνδαρίδῃσι. (3) Τοῖσι δὲ Δεκελεῦσι ἐν Σπάρτῃ ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου ἀτελεία τε καὶ προεδρία διατελέει ἐς τὸδε αἰεὶ ἐτι ἐϋστα, οὕτω ὥστε καὶ ἐς τὸν πόλεμον τὸν ὕστερον πολλοῖσι ἔτασι τούτων γενομένων Ἀθηναίοισι τε καὶ Πελοποννησίοισι, σινομένῃ τὴν ἄλλην Ἀττικὴν Λακεδαιμονίων, Δεκελὴς ἀπέχεσθαι.

LXXIV. Τούτου τοῦ δῆμου ἐὼν ὁ Σωφάνης, καὶ ἀριστεύσας τότε Ἀθηναίων, διζοὺς λόγους λεγομένους ἔχει, τὸν μὲν ὡς ἐκ τοῦ ζωστήρος τοῦ θώρηκος ἐφόρει χαλκῇ ἀλυσὶ δεδεμένην ἀγκυραν σιδηρέην, τὴν δὲ πειλάσειε ἀπικνεύμενος τοῖσι πολεμίοισι βαλλέσκετο, ἵνα δὴ μιν οἱ πολέμιοι ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξεως μετακινήσῃ μὴ δυναίαντο γινομένης δὲ φυγῆς τῶν ἐναντίων ἐδέδοκτο τὴν ἀγκυραν ἀναλαβόντα οὕτω διώκειν. (2) Οὕτως μὲν οὕτω λέγεται, ὁ δ' ἕτερος τῶν λόγων τῷ πρότερον λεγθέντι ἀμφισβатеῖν λέγεται, ὡς ἐπ' ἀσπίδος αἰεὶ περιθεούσης καὶ οὐδαμὰ ἀτρεμιζούσης ἐφόρει ἐπίσημον ἀγκυραν, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ θώρηκος δεδεμένην σιδηρέην.

LXXV. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Σωφάνει λαμπρὸν ἔργον ἐξεργασμένον, ὅτι περικατημένων Ἀθηναίων Αἰγίναν Ἐδρυδάτην τὸν Ἀργεῖον, ἄνδρα πεντάεθλον, ἐκ προκλήσεως ἐφόνευσε. (2) Αὐτὸν δὲ Σωφάνεια χρόνῳ ὕστερον τούτων κατέλαβε ἄνδρα γενομένου ἀγαθόν, Ἀθηναῖον στρατηγέοντα ἄμα Λεάγρῳ τῷ Γλαύκωνος, ἀποθανέειν ὑπ' Ἡδωνῶν ἐν Δάτῳ περὶ τῶν μετάλλων τῶν χρυσέων μαχόμενον.

LXXVI. Ὡς δὲ τοῖσι Ἑλλήσι ἐν Πλαταιῇσι κατέστρωτον οἱ βάρβαροι, ἐνθαῦτα σφὶ ἐπῆλθε γυνὴ αὐτόμολος, ἥ ἐπειδὴ ἔμαθε ἀπολωλὸτας τοὺς Πέρσας καὶ νικῶντας τοὺς Ἑλληνας, ἐοῦσα παλλαχὴ Φαρανδά-
 50 τεος τοῦ Τεάσπιος ἀνδρὸς Πέρσῃ, κοσμησαμένη χρυσῷ πολλῷ καὶ αὐτὴ καὶ αἱ ἀμφίπολοι καὶ ἐσθῆτι τῇ καλλίστῃ τῶν παρευουσέων, καταβᾶσα ἐκ τῆς ἀρμαμάξης ἐχώρει ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐτι ἐν τῇσι φονῇσι

rum. Quo tempore sacra fecit Pausanias, sedens ille suo in ordine sagitta vulneratus est in latere. (2) Ac tum quidem cæteri capessiverunt pugnam: ipse vero ex acie elatus, ægerrime ferens mortem, dixit Arimnesto, civi Platæensi, non se poenitere quod pro Græcia moriatur, sed quod manu non sit usus, neque ullum se dignum facinus edidisset, quum id ipsum unice cupivisset.

LXXIII. Inter Athenienses nobilitatus est Sophanes, Eutychidis filius, ex populo cui Decelea nomen. Cujus popularium Deceleensium olim factum exstitit, ut ipsi Athenienses narrant, in omne ævum eis utile. (2) Nam, quo tempore olim repetendæ Helenæ caussa Tyndaridæ cum numero exercitu terram Atticam invaserunt, et, quum nescirent quem in locum illa deportata esset, populos Atticæ sedibus suis expulerunt; tunc, ut vulgo aiunt, Deceleenses, sive, ut alii dicunt, ipse Decelus, indignatus iniquo Thesei facinore, simulque universæ metuens Atheniensium terræ, totam rem illis aperuit, viamque quæ fert Aphidnas monstravit: quas tum Titacus, Aphidnensis ipse, Tyndaridis prodidit. (3) Quod ob factum Deceleensibus Spartani immunitatem vectigalium et præcipuam in conventibus publicis et in festorum solennibus sedem indulserunt; quo privilegio illi etiam nunc fruuntur, ita quidem ut etiam in eo bello, quod multis post hoc bellum annis inter Peloponnesios et Athenienses gestum est, quum reliquam Atticam Lacedæmonii vastarent, Decelea abstinerint.

LXXIV. Ex hoc igitur Atticæ pago Sophanes fuit, qui tunc virtutis præcipuum inter Athenienses laudem abstulit. Quo de viro duplex fama fertur: altera, gestasse eum ferream ancoram, e lorica cingulo ænea catena religatam; eam illum ancoram, quoties propius hostes venisset, in terram defigere solitum esse, ne hostes, impetum in illum facientes, statione eum depellere possent; fuga autem facta hostium recipere consuesse ancoram, et ita persequi hostem. (2) Hæc de hoc viro fama fertur. Cui contradicentes alii aiunt, in ejusdem viri clypeo, quem semper ille in gyrum agere consuesset, nec umquam quietum sinere, pro insigni fuisse ancoram, nec gestasse illum ferream ancoram e lorica religatam.

LXXV. Exstat ejusdem Sophanis aliud præclare factum, scilicet quum Athenienses Æginam circum sederent, hic Eurybaten Argivum, virum quinquertio nobilem, a se ad singulare certamen provocatum interfecit. (2) Sed eidem Sophani insequente tempore accidit, ut, quum dux esset Atheniensium cum Leagro Glauconis filio, apud Daton oppidum, ubi pro auri metallis decertabatur, fortiter pugnans, ab Edonis interficeretur.

LXXVI. Postquam ita ad Platæas barbari prostrati sunt a Græcis, advenit ad hos mulier transfuga: quæ ut perditos vidit Persas, Græcosque victores, quum fuisset pellex Pharandatis Persæ, Teaspis filii, multo ornata auro et ipsa et ejus famulæ, et veste pretiosissima quæ ad manus erat, descendit de carpento et ad Lacedæmonios accessit in cac-

ἰόντας, (2) ὁρῶνσα δὲ πάντα ἐκεῖνα διέποντα Πausανήν, πρότερόν τε τὸ οὖνομα ἐξεπισταμένη καὶ τὴν πάτρην ὅστε πολλὰκις ἀκούσασα, ἔγνω τε τὸν Πausανήν καὶ λαβομένη τῶν γουνάτων ἔλεγε τάδε, (3) « ὦ βασιλεῦ Σπάρτης, ῥῦσαι με τὴν ἱκέτιν αἰγυαλῶτου δουλοσύνης. Σὺ γὰρ καὶ ἐς τὸδε ὄνησας, τούσδε ἀπολέσας τοὺς οὔτε δαιμόνων οὔτε θεῶν ὅπιν ἔχοντας. Εἰμι δὲ γένος μὲν Κῶν, θυγάτηρ δὲ Ἥγητορίδου τοῦ Ἀνταγόρου· βίη δὲ με λαβὼν ἐν Κῷ εἶχε ὁ Πέρσης. » (4) 1) Ὁ δὲ ἀμείβετο τοιοῦτος, « γύναι, θάρσσε καὶ ὡς ἱκέτις, καὶ εἰ δὴ πρὸς τούτῳ τυγχάνεις ἀληθῆς λέγουσα καὶ εἰς θυγάτηρ Ἥγητορίδου τοῦ Κῶου, δὲ ἐμοὶ ξείνος μάλιστα τυγχάνει ὢν τῶν περὶ ἐκείνους τοὺς γῶρους οἰκημένων. » (5) Ταῦτα εἶπας τότε μὲν μιν ἐπέτρεψε 13 τῶν ἐφόρων τοῖσι παρεῦσι, ὕστερον δὲ ἀπέπεμψε ἐς Αἰγίαν, ἐς τὴν αὐτὴ ἤθελε ἀπικέσθαι.

LXXVII. Μετὰ δὲ τὴν ἀπὸ τῆς γυναικὸς, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἀπίκοντο Μαντινῆες ἑπ' ἐξεργασμένοιαι. Μαθόντες δὲ ὅτι ὕστεροι ἔχουσι τῆς συμβολῆς, συμ- 20 φορὴν ἐποιεῦντο μεγάλην, ἀξιοί τε ἔρασαν εἶναι σφῆας ζημιῶσαι. (2) Πυνανόμενοι δὲ τοὺς Μήδους τοὺς μετ' Ἀρταβάζου φεύγοντας, τούτους ἐδίωκον μέχρι Θεσσαλίας· Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐκ ἔων φεύγοντας διώκειν. Οἱ δὲ ἀναχωρήσαντες ἐς τὴν ἐσωτῶν τοὺς ἡγεμόνας τῆς 23 στρατιῆς ἐδίωξαν ἐκ τῆς γῆς. (3) Μετὰ δὲ Μαντινέας ἔχον Ἥλειοι, καὶ ὡσαύτως οἱ Ἥλειοι τοῖσι Μαντινεῦσι συμφορὴν ποιησάμενοι ἀπαλλάσσοντο· ἀπελθόντες δὲ καὶ οὗτοι τοὺς ἡγεμόνας ἐδίωξαν. Τὰ κατὰ Μαντινέας μὲν καὶ Ἥλείους τοσαῦτα.

30 LXXVIII. Ἐν δὲ Πλαταιῇσι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Αἰγινήτων ἦν Λάμπων ὁ Πυθῆεω, Αἰγινήτων τὰ πρῶτα, δὲ ἀνοσιωγάτων ἔχων λόγον ἱεροῦ πρὸς Πausανήν, ἀπικόμενος δὲ σπουδῇ ἔλεγε τάδε, (2) « ὦ παῖ Κλεομβρότου, ἔργον ἐργασαί τοι ὑπερφυῆς μέγαθός τε 31 καὶ κάλλος, καὶ τοι θεὸς παρέδωκε ρυσάμενον τὴν Ἑλλάδα κλέος καταθέσθαι μέγιστον Ἑλλήνων τῶν ἡμεῖς ἴμεν. Σὺ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐπὶ τούτοις ποίησον, ὅπως λόγος τέ σε ἔχη ἐτι μέζων καὶ τις ὕστερον φυλάσσεται τῶν βαρβάρων μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτάσθαλα 40 ποιεῖν ἐς τοὺς Ἑλληνας. (3) Λεωνίδεω γὰρ ἀποθανόντος ἐν Θερμοπύλῃσι Μαρδόνιος τε καὶ Ξέρξης ἀποταμόντες τὴν κερφαλὴν ἀνεσταύρωσαν. Τῷ σὺ τὴν ὁμοίην ἀποδιδοὺς ἔπαινον ἔξεις πρῶτα μὲν ὑπὸ πάντων Σπαρτιητέων, αὐτίς δὲ καὶ πρὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων· 45 Μαρδόνιον γὰρ ἀνασκοποῦσας τετιμωρῆσαι ἐς πάτρων τὸν σὸν Λεωνίδα. » Ὁ μὲν δοκέων χαρίζεσθαι ἔλεγε τάδε.

LXXIX. Ὁ δ' ἀνταμείβετο τοιοῦτος, « ὦ ξεῖνε Αἰγινήτα, τὸ μὲν εὐνοεῖν τε καὶ προορᾶν ἄγαμαί σε, 60 γνώμης μέντοι ἡμάρτηκας χρηστῆς. Ἐξάρας γάρ με ὑψοῦ καὶ τὴν πάτρην καὶ τὸ ἔργον, ἐς τὸ μηδὲν κατέβαλες παραινέων νεκρῷ λυμαινέσθαι, καὶ τὴν ταῦτα ποιεῖν, φᾶς ἀμεινόν με ἀκούσεσθαι. (2) Τὰ πρόπει μᾶλλον βαρβάροις ποιεῖν ἥπερ Ἑλλήσι· καὶ ἐκείνοις

dibus adhuc occupatos. (2) Quumque omnia ibi administrantem videret Pausaniam, cujus et nomen et patriam jam antea frequenti auditu noverat, agnovit Pausaniam, et genia ejus complectens, his verbis eum adlocuta est : (3) « Rex Sparta, libera me supplicem captivitatis servitute! Nam et hactenus me juvisti, quod hos homines perdidisti, qui nec heroum nec deorum curam habent. Sum autem genere Coa, Hegetoridae filia, Antagorae filii : quam vi ex Co raptam habuit Persa. » (4) Cui ille respondit : « Confide, mulier, non modo ut supplex, sed et insuper si verum est quod ais, filiam te esse Hegetoridae Coi, qui maxime omnium ista loca habitantium hospitii jure mecum conjunctus est. » (5) His dictis, tunc illam praesentibus ephoris tradidit, deinde vero Aeginam misit, quo ipsa venire cupi verat.

LXXVII. Post hujus mulieris adventum mox adfuere Mantinenses, re confecta. Qui ubi cognovere sero se venire post peractam pugnam, vehementer indoluerunt, et multum se commoverunt ultro fatebantur. (2) Ut vero audire fugam corripuisse Medos qui cum Artabazo erant, hos illi, dissuadentibus licet Lacedaemoniis, persecuti sunt usque in Thessaliam. Postquam vero domum sunt reversi, duces suarum copiarum exilio mullarunt. (2) Post Mantinenses Elei venerunt : et hi pariter atque Mantinenses gravissime dolentes redierunt, pariterque atque illi, postquam domum reversi sunt, duces suos in exilium miserunt. Et haec quidem de Mantinensibus et Eleis hactenus.

LXXVIII. Fuit autem in exercitu Aeginetarum ad Plataeas Aegineta Lampon, Pythae filius, primarius vir inter Aeginetas : qui Pausaniam adiit, rem improbiissimam ei suasurus. Ad quem quum accessisset, magno studio haec verba fecit : « (2) Fili Cleombroti, exsecutus es facinus ita magnum et praecclarum, ut hominis superare naturam videatur : tibi quoque hoc dedit deus, ut liberata Graecia omnium quos novimus Graecorum longe maximam gloriam sis consecutus. At tu nunc etiam quod superest perfice; quo famam consequaris majorem etiam, et barbarorum quisque posthac caveat ne res nefarias adversus Graecos suscipiat. (3) Postquam Leonidas ad Thermopylas occubuit, Mardonius et Xerxes caput ejus praeciderunt, et e palo erexerunt. Huic si tu paria reddideris, primum Spartani, tum vero etiam Graeci omnes te collaudabunt. Quippe Mardonium si e palo erexeris, patrum tuum ultus fueris Leonidam. » Haec ille dixit, putans se gratificaturum Pausaniae.

LXXIX. Cui his verbis rex respondit : « Hospes Aegineta, tuam et benevolentiam et propiciam laudo : at a recto animi sensu plurimum abes. Nam postquam me et patriam factumque meum in caelum usque extulisti, in nihilum me projecisti, dum hortaris ut mortuo insultem, et me ais, id si fecero, melius auditurum. (2) Barbaros hoc facere decet, non Graecos : atque illos hoc nomine odimus.

δὲ ἐπιφθονέομεν. Ἐγὼ δ' ὦν τούτου εἵνεκεν μήτε Αἰγινήτῃσι ἄδοιμι μήτε τοῖσι ταῦτ' ἀρέσκειται ἀποχρᾶσθαι δέ μοι Σπαρτιήτῃσι ἀρεσκόμενον ὅσα μὲν ποιεῖν, ὅσα δὲ καὶ λέγειν. (3) Λεωνίδῃ δέ, τῷ με κελεύεις τιμωρῆσαι, φημί μεγάλως τιμωρῆσθαι, ψυχῇσι τε τῇσι τῶνδε ἀναριθμητοῖσι τετίμηται αὐτός τε καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐν Θερμοπύλῃσι τελευτήσαντες. Σὺ μέντοι ἐτι ἔχων λόγον τοιόνδε μήτε προσέλθῃς ἔμοιγε μήτε συμβουλεύσῃς, χάριν τε ἴσθι ἐὼν ἀπαθής. » Ὁ μὲν ταῦτα ἀκούσας ἀπαλλάσσετο.

LXXX. Πausanias δὲ κήρυγμα ποιησάμενος μηδένα ἄπεισθαι τῆς λήτης, συγκομίζειν ἐκέλευσε τοὺς εἰλωτας τὰ χρήματα. (2) Οἱ δὲ ἀνὰ τὸ στρατόπεδον σκιδνάμενοι εὗρισκον σκηνὰς κατεσκευασμένας χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, κλῖνας τε ἐπιχρυσούς καὶ ἐπαργύρους, κρητῆρας τε χρυσοῦς καὶ φιάλας τε καὶ ἄλλα ἐκπώματα. (3) σάκκους τε ἐπ' ἀμαξίων εὗρισκον, ἐν τοῖσι λέδοιτες ἔβαινοντο ἐνέοντες χρυσοῖ τε καὶ ἀργύρεσι ἀπὸ τε τῶν κειμένων νεκρῶν ἐσχύλευον ψεῖλιά τε καὶ στρεπτοὺς καὶ τοὺς ἀκινάκας ὄντας χρυσοῦς, ἐπεὶ ἐσθλὸς γε ποικίλης λόγος ἐγένετο οὐδὲ εἰς. (4) Ἐνθαῦτα πολλὰ μὲν κλέπτοντες ἐπώλεον πρὸς τοὺς Αἰγινήτας οἱ εἰλωτες, πολλὰ δὲ καὶ ἀπεδείκνυσαν, ὅσα αὐτῶν οὐκ οἶα τε ἦν κρύψαν· ὥστε Αἰγινήτῃσι οἱ μεγάλοι πλοῦτοι ἀρχὴν ἐνέθυεν ἐγένοντο, οἱ τὸν χρυσὸν ἀτε ἔοντα χαλκὸν ὄψιν παρὰ τῶν εἰλωτῶν ὀνέοντο.

LXXXI. Συμφορήσαντες δὲ τὰ χρήματα, καὶ δεκάτην ἐξελόντες τῇ ἐν Δελφοῖσι θεῇ, ἀπ' ἧς ὁ τρίπους ὁ χρυσεὸς ἀνέστη ὁ ἐπὶ τοῦ τρικαρῆου ὄριος τοῦ χαλκίου ἐπεστενὸς ἀγχιστα τοῦ βωμοῦ, καὶ τῇ ἐν Ὀλυμπίῃ θεῇ ἐξελόντες, ἀπ' ἧς δεκάτην χαλκεὸν Δία ἀνέθηκαν, καὶ τῇ ἐν Ἴσθμῳ θεῇ, ἀπ' ἧς ἐπτάτην χαλκεὸν Ποσειδῶν ἐξέγενετο, (3) ταῦτα ἐξελόντες τὰ λοιπὰ διαιρέοντο καὶ ἕλαθον ἕκαστοι τῶν ἀξίῳ ἔσαν, καὶ τὰς πᾶσιν ἀλλήλαις τῶν Περσέων καὶ τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἀργυρὸν καὶ ἄλλα χρήματά τε καὶ ὑπόζυγια. Ὅσα μὲν νυν ἐξείρεται τοῖσι ἀριστεύουσιν αὐτῶν ἐν Πλαταιῇσι ἐδόθη, οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν, δοκέω δ' ἔγωγε καὶ τούτοις δοθῆναι. Πausanias δὲ πάντα δέκα ἐξαιρέθη τε καὶ ἐδόθη, γυναῖκες, ἵπποι, τάλαντα, κάμηλοι, ὥς δὲ αὐτῶς καὶ τὰλλα χρήματα.

LXXXII. Λέγεται δὲ καὶ τότε γενέσθαι, ὥς Ξέρξης φεύγων ἐκ τῆς Ἑλλάδος Μαρδονίῳ τὴν κατασκευὴν καταλίπει τὴν ἐνωτοῦ Πausanias ὧν ὀρέοντα τὴν Μαρδονίου κατασκευὴν χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ καὶ παραπετάσμασι ποικίλοισι κατεσκευασμένην, κελεῦσαι τοὺς τε ἀρτοκόπους καὶ τοὺς ὀφιοποιούς κατὰ ταῦτα καθῶς Μαρδονίῳ δειπνὸν παρασκευάζειν. (2) Ὡς δὲ κελεύομενοι οὗτοι ἐποίουν ταῦτα, ἐνθαῦτα τὸν Πausanias ἰδὼντα κλῖνας τε χρυσεὰς καὶ ἀργυρέας εὖ ἐστρωμένας καὶ τραπέζας χρυσεὰς καὶ ἀργυρέας καὶ παρασκευὴν μεγαλοπρεπέα τοῦ δειπνοῦ, ἐκπλαγέντα τὰ προκειμένα ἀγαθὰ κελεύσαι ἐπὶ γέλῳ τοὺς ἐνωτοῦ διηκόνους παρασκευάσαι Λακωνικὸν δειπνόν. (3) Ὡς δὲ τῆς θοῆνης

Ego quidem, quod ad hoc attinet, nec Aeginetis velim placere, nec quibuscumque talia placent: sufficitque mihi, Lacedaemoniis placere, sancte agentem, sancteque loquentem. (3) Leonidae vero, quem tu me iubes ulcisci, puto magnifice esse parentatum: nam innumerabilium horum caede ultionem et ipse obtinuit et ceteri qui ad Thermopylas occubuerunt. Omnino vero, talia propositurus aut suasurus, noli porro meum in conspectum venire: et gratias habe, quod incolumis abeas! » His auditis, ille discessit.

LXXX. Jam Pausanias, proposito per praekonem edicto, ne quis de praeda quidquam tangeret, Helotas jussit pretiosa colligere. (2) Et illi, castra obeuntes, tentoria invenerunt auro argentoque repleta, lectosque auro et argento obductos, et crateres aureos, et phialas, aliaque pocula: (3) plaustrisque impositos invenerunt saccos, in quibus lebetes erant aurei et argentei: denique stratis cadaveribus armillas detraxerunt, et torques, et acinaces, qui item aurei erant: vestis enim variegatae ne ratio quidem ulla habebatur. (4) Ibi tunc multa furto subtrahentes Helotae vendiderunt Aeginetis: multa vero etiam repraesentabant, quaecumque abscondere non potuerant. Atque hinc initium cepere ingentes Aeginetarum divitiae: quippe qui aurum, quasi ars esset, ab Helotis emerunt.

LXXXI. Pecuniis reliquisque rebus pretiosis in unum collatis, decimam exemerunt Delphico deo; ex qua aureus ille tripus dedicatus est, qui tripiciti serpenti aeneo insistit proxime aram; item Olympico deo decimam exemerunt, ex qua Jovis aenea statua decem cubitorum dedicata est; denique Isthmio deo, unde confecta est Neptuni aenea statua septem cubitorum. (2) Haec postquam exemere, reliqua inter se distribuerunt, pellices Persarum, et aurum, et argentum, et alias res pretiosas, et jumenta: acceperuntque quique pro suo merito. Quenam vero praecipua data sint eis quorum praeter ceteris virtus eminuit ad Plataeas, a nemine memoratum reperio: puto autem equidem, his praecipua quaedam data esse. Pausaniae vero omnia dena selecta dataque sunt, mulieres, equi, talenta, camelus, pariterque alia etiam pretiosa.

LXXXII. Narrant etiam hoc accidisse: Xerxem, ex Graecia fugientem, supellectilem suam Mardonio reliquisse; Pausaniam igitur, quum Mardonii tentorium vidisset auro et argento et variegatis auleis instructum, pistores et coquos jussisse coenam parare prorsus qualem Mardonio soliti essent instruere. (2) Quod quum illi fecissent, tum Pausaniam, lectulos videntem aureos et argenteos pulcre stratos, et mensas aureas et argenteas, et magnificentum ipsius coenae adparatum, propositas admiratum lautitias, joci causa suos famulos Laconicam parare coenam jussisse. (3) Quum

ποιηθείσης ἦν πολλὸν τὸ μέσον, τὸν Πausanίην γελά-
σαντα μεταπέμψασθαι τῶν Ἑλλήνων τοὺς στρατηγούς,
συνελθόντων δὲ τούτων εἶπαι τὸν Πausanίην, δεικνύντα
ἐς ἑκατέρην τοῦ δειπνοῦ τὴν παρασκευὴν, (4) « ἀνδρες
5 Ἕλληνες, τῶνδε εἵνεκεν ἐγὼ ὑμέας συνήγαγον, βουλό-
μενος ὑμῖν τοῦ Μηδίου τὴν ἀπρὸς ὑμῖν δέξαι, δὲ τοιγύνη
δαίτην ἔχων ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτω οἰζυρὴν ἔχοντας ἀπαι-
ρησόμενος. » Ταῦτα μὲν Πausanίην λέγεται εἶπαι
πρὸς τοὺς στρατηγούς τῶν Ἑλλήνων.

10 LXXXIII. Ὑστέρῳ μὲντοι χρόνῳ μετὰ ταῦτα καὶ
τῶν Πλαταιέων εὗρον συχοὶ θήκας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου
καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων. Ἐφάνη δὲ καὶ τότε ὕστερον
ἐπὶ τούτων τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας· (2)
συνεπρόβον γὰρ τὰ ὅστέα οἱ Πλαταιέες ἐς ἓνα γῶρον·
15 εὐρέθη κεφαλὴ οὐκ ἔχουσα βραχὴν οὐδεμίαν, ἀλλ' ἐξ ἐνὸς
ἐοῦσα ὀστέου· ἐφάνη δὲ καὶ γνάθος, καὶ τὸ ἄνω τῆς γνά-
θου, ἔχουσα ὀδόντας μονοφυέας, ἐξ ἐνὸς ὀστέου πάντας,
τοὺς τε ὀδόντας καὶ τοὺς γομφίους. Καὶ πενταπῆχρος
ἀνδρὸς ὅστέα ἐφάνη.

20 LXXXIV. Ἐπεῖτε δὲ Μαρδονίου δευτέρῃ ἡμέρῃ
δὲ νεκρὸς ἤφρανιστο, ὑπ' ὅστω μὲν ἀνθρώπων, τὸ ἀτρεκέως
οὐκ ἔχω εἶπαι, πολλοὺς δὲ τινὰς ἤδη καὶ παντοδαποὺς
ἤκουσα θάψαι Μαρδόνιον, καὶ διῶρα μεγάλα οἶδα λα-
βόντας πολλοὺς παρ' Ἀρτόντῳ τοῦ Μαρδονίου παιδὸς
25 διὰ τοῦτο τὸ ἔργον· (2) ὅστις μὲντοι ἦν αὐτῶν δὲ ὑπε-
λόμενός τε καὶ θάψας τὸν νεκρὸν τὸν Μαρδονίου, οὐ
δύναμαι ἀτρεκέως πυθέσθαι. Ἐχει δὲ τινα φάτιν
καὶ Διονυσιοφάνης ἀνὴρ Ἐφέσιος θάψαι Μαρδόνιον.
Ἄλλ' ὁ μὲν τρόπον τοιοῦτον ἐτάρῃ.

30 LXXXV. Οἱ δὲ Ἕλληνες ὡς ἐν Πλαταιῇσι τὴν
λήϊν διείλοντο, ἔθαπτον τοὺς ἐωυτῶν χωρὶς ἕκαστοι.
Λακεδαιμόνιοι μὲν τριζᾶς ἐποίησαντο θήκας· ἐνθα
μὲν τοὺς ἱρένας ἔθαψαν, τῶν καὶ Ποσειδώνιος καὶ
Ἀμομφάρετος ἔσαν καὶ Φιλοκύων τε καὶ Καλλικράτης.
35 (2) Ἐν μὲν δὴ ἐνὶ τῶν τάφων ἔσαν οἱ ἱρένες, ἐν δὲ τῇ
ἐτέρῃ οἱ ἄλλοι Σπαρτιῆται, ἐν δὲ τῇ τρίτῃ οἱ εἰλωτες.
Οὗτοι μὲν οὕτω ἔθαπτον, Τεγεῆται δὲ χωρὶς πάντας
ἀλέας, καὶ Ἀθηναῖοι τοὺς ἐωυτῶν ὀμῶ καὶ Μεγαρέες τε
καὶ Φλιάσιοι τοὺς ὑπὸ τῆς Ἰππου διαφθαρέντας. (3) Τού-
40 των μὲν δὴ πάντων πλήρεις ἐγένοντο οἱ τάφοι· τῶν δὲ
ἄλλων ὅσοι καὶ φαίνονται ἐν Πλαταιῇσι ἐόντες τάφοι,
τούτους δὲ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἐπισχυνομένους τῇ
ἀπεστοί τῆς μάχης ἑκάστους χώματα χῶσαι κεινὰ τῶν
ἐπιγινόμενων εἵνεκεν ἀνθρώπων, ἐπεὶ καὶ Αἰγινητέων
45 ἐστὶ αὐτοῖσι καλεούμενος τάφος, τὸν ἐγὼ ἀκούω καὶ δέχα
ἔσσει ὕστερον μετὰ ταῦτα δεσθέντων Αἰγινητέων χῶσαι
Κλεαδῶν τὸν Αὐτοδίκου ἀνδρὰ Πλαταιέα, πρόξεινον
ἐόντα αὐτῶν.

LXXXVI. Ὡς δ' ἄρα ἔθαψαν τοὺς νεκροὺς ἐν Πλα-
50 ταίῃσι οἱ Ἕλληνες, αὐτίκα βουλευομένοισι σφί ἐδόκει
στρατεῦσθαι ἐπὶ τὰς Θήβας καὶ ἔξαιτέειν αὐτῶν τοὺς
μηδίσαντας, ἐν πρώτοισι δὲ αὐτῶν Τιμηγενίδην καὶ
Ἀτταγίνον, οἱ ἀρχηγέται ἀνὰ πρῶτους ἔσαν ἦν δὲ μὴ
ἐκδιδοῖσι, μὴ ἀπανίστασθαι ἀπὸ τῆς πόλιος πρότερον

que multum interesset inter utrumque epulum, ridentem
Pausaniam vocasse Græcorum duces; eisque, ut convene-
runt, utriusque cœnæ adparatum monstrantem, dixisse.

(4) « Hoc consilio, Græci viri, vos convocavi, quo stulti-
tiam vos ostenderem regis Medorum; qui, quum tali
victus generi esset adsuetus, ad nos venit, miserum nostrum
epulum nobis rapturus. » Hæc Pausanias ducibus Græco-
rum fertur dixisse.

LXXXIII. Sed et insequente tempore post has res gestas
multi Plataenses arculas adhuc invenerunt auro et argento
et aliis pretiosis rebus repletas. Et nonnullis rursus post
hæc tempore interjecto, postquam mortuorum cadavera
carnibus prorsus erant nudata, etiam hoc mirum adpa-
ruit: (2) quum ossa in unum locum Plataenses colligerent,
reperitum est cranium nullam prorsus suturam habens,
sed uno osse constans. Reperta est etiam maxilla, quum
inferior, tum superior, cujus dentes ita concreti erant, tam
reliqui, quam molares, ut uno osse constarent omnes. Re-
perta etiam sunt ossa viri quinque cubitorum.

LXXXIV. Deinde vero Mardonii cadaver, postridie quam
commissa pugna est, non est reperitum. Quod quidem quo-
nam ab homine fuerit subtractum, dicere pro certo non
possum. Multos vero memoratos audivi, et diversis e
civitalibus viros, qui perhibentur sepelisse Mardonium;
ac novi multos qui hoc nomine ingentia dona acceperunt
ab Artonte Mardonii filio. (2) At quis sit ex his, qui
Mardonii corpus subtraxerit et sepeliverit, pro certo com-
perire non potui. Fertur etiam fama quedam, Dionysio-
phanem Ephesium sepelisse Mardonium. Sed hæc Mardonii
sepultura.

LXXXV. Græci vero, divisa præda, suos sepeliverunt,
seorsum quique. Et Lacedæmonii quidem tria conditoria fe-
cerunt: in uno tum adolescentes (sive potius ordinum du-
ces: græce irenas) sepelierunt, quorum e numero Posido-
nius fuit, et Amompharetus, et Philocyon, et Callicrates.
(2) Sic in uno conditorio erant irenes: in altero reliqui
Spartani; in tertio Helotæ. Hac ratione Lacedæmonii usi
sunt. Tegeatæ vero seorsum ab illis suos omnes uno in se-
pulcro condiderunt: atque ita etiam Athenienses suos uno
in loco: pariterque Megarenses et Philiassii suos, qui ab
equitibus occisi erant. (3) Horum itaque omnium plena
erant sepulcra. Ad reliquorum vero populorum sepulcra
quod attinet, quotquot apud Plataeas ostenduntur, illorum
quique, ut ego comperio, quum puderet eos non interfuisse
pugnæ, inanes excitantur tumulos, posterorum hominum
gratia. Nam ibidem est etiam Æginetarum, quod vocant,
sepulcrum; quod ego audio decimo post hæc anno, rogan-
tibus Æginetis, a Cleade excitatum esse, Autodici filio,
cive Plataensi, qui publicus Æginetarum hospes fuit.

LXXXVI. Sepultis ad Plataeas mortuis, deliberantibus
Græcis placuit protinus contra Thebas ferre arma, postu-
lareque a Thebanis ut sibi hos traderent qui Medorum
partes essent secuti, inprimisque Timageniden et Attagi-
num, qui præ cæteris principes hujus factionis fuissent.
quos nisi illi tradidissent, non abscedere decreverunt ab

ἡ ἐξέλωσι. (2) Ὡς δέ σφι ταῦτα ἔδοξε, οὕτω δὴ ἐνδεκάτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς συμβολῆς ἀπικόμενοι ἐπολιόρχεον Θηβαίους, καλεούντες ἐκιδόναι τοὺς ἄνδρας· οὐ βουλομένων δὲ τῶν Θηβαίων ἐκιδόναι, τὴν

6 τε γῆν αὐτῶν ἔταμον καὶ προσέβαλλον πρὸς τὸ τεῖχος.
LXXXVII. Καὶ οὐ γὰρ ἐπαύοντο σινόμενοι, εἰκοστῇ ἡμέρῃ ἔλεξε τοῖσι Θηβαίοισι Τιμηγενίδης τάδε, « ἄνδρες Θηβαῖοι, ἐπειδὴ οὕτω δέδοκται τοῖσι Ἕλλησι, μὴ πρότερον ἀπαναστῆναι πολιορκέοντας ἢ ἐξέλωσι
10 Θήβας ἢ ἡμέας αὐτοῖσι παραδῶτε, νῦν ὧν ἡμέων εἴνεκεν γῇ ἡ Βοιωτὴ πλέω μὴ ἀναπλήσῃ, ἀλλ' εἰ μὲν χρημάτων χρηρίζοντες πρόσχημα ἡμέας ἐξαιτέοντα, χρήματά σφι δῶμεν ἐκ τοῦ κοινοῦ (σὺν γὰρ τῷ κοινῷ καὶ ἐμῇδίσσαμεν, οὐδὲ μῦνοι ἡμεῖς), εἰ δὲ ἡμέων ἀληθῶς
15 θεῶς δεόμενοι πολιορκέουσι, ἡμεῖς ἡμέας αὐτοὺς ἐς ἀντιλογίην παρέξομεν. » (2) Κάρτα τε ἔδοκε εὖ λέγειν καὶ ἐς καιρὸν, αὐτίκα τε ἐπεκρυχέοντο πρὸς Πausανίην οἱ Θηβαῖοι θέλοντες ἐκιδόναι τοὺς ἄνδρας.

LXXXVIII. Ὡς δὲ ὁμολόγησαν ἐπὶ τούτοις, 20 Ἀτταγίνος μὲν ἐκδιόρχει ἐκ τοῦ ἀστεος, παῖδας δὲ αὐτοῦ ἀπαχθέντας Πausανίης ἀπέλυσε τῆς αἰτίας, φὰς τοῦ μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταίτιους. (2) Τοὺς δὲ ἄλλους ἄνδρας τοὺς ἐξέδοσαν οἱ Θηβαῖοι, οἱ μὲν ἔδοκεον ἀντιλογίης τε κυρτῆσαι καὶ δὴ χρήμασι ἐπεποιθεσαν διωθῆσθαι· ὁ δὲ ὡς παρέλαβε, αὐτὰ ταῦτα ἔπο-
25 νοέων τὴν στρατιὴν τὴν τῶν συμμάχων ἀπασαν ἀπῆκε καὶ ἐκείνους ἀγαγὼν ἐς Κόρινθον διέφυγει. Ταῦτα μὲν τὰ ἐν Πλαταιῇσι καὶ Θήβῃσι γεγόμενα.

LXXXIX. Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος φυγὼν ἐκ 30 Πλαταιῶν καὶ δὴ πρόσω ἐγένετο. Ἀπικόμενον δὲ μιν οἱ Θεσσαλοὶ παρὰ σφέας ἐπὶ τε ξένια ἐκάλεον καὶ ἀνείρωτευν περὶ τῆς στρατιῆς τῆς ἄλλης, οὐδὲν ἐπιστάμενοι τῶν ἐν Πλαταιῇσι γεγόμενων. (2) Ὁ δὲ Ἀρτάβαζος γινώσκων ὅτι εἰ ἐθέλοι σφι πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν τῶν
35 ἀγώνων εἶπαι, αὐτὰς τε κινδυνεύσει ἀπολέσθαι καὶ ὁ μετ' αὐτοῦ στρατὸς (ἐπιθῆσθαι γὰρ οἱ πάντα τινὰ οἷστο πυνθανόμενον τὰ γεγόμενα), ταῦτα ἐκλογιζόμενος οὔτε πρὸς τοὺς Φωκέας ἐξηγόρευε οὐδὲν, πρὸς τε τοὺς Θεσσαλοὺς ἔλεγε τάδε, (3) « ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες Θεσσα-
40 στοὶ, ὡς ὁρᾶτε, ἐπείγομαί τε κατὰ τὴν ταχίστην ἑλὼν ἐς Θρηίκην καὶ σπουδὴν ἔχω, πεμφθεὶς κατὰ τι πρῆγμα ἐκ τοῦ στρατοπέδου μετὰ τῶνδε· αὐτὸς δὲ ὑμῖν Μαρδόνιος καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ οὗτος κατὰ πόδας ἐμῷ ἐλαύνων προσδοκίμος ἐστί. (4) Τούτων καὶ ξενίζετε
45 καὶ εὖ ποιεῦντες φαίνεσθε· οὐ γὰρ ὑμῖν ἐς χρόνον ταῦτα ποιεῖσι μεταμελήσει. » Ταῦτα δὲ εἰπας ἀπῆλυνε σπουδῇ τὴν στρατιὴν διὰ Θεσσαλίας τε καὶ Μακεδονίας ἰθὺς τῆς Θρηίκης, ὡς ἀληθῶς ἐπείγόμενος καὶ τὴν με-
50 σογίαν τάμνων τῆς δόου. (5) Καὶ ἀπικνέεται ἐς Βυζάντιον, καταλιπὼν τοῦ στρατοῦ τοῦ ἐωυτοῦ συγχοῦς ὑπὸ Θρηίκων τε κατακοπέντας κατ' ὁδὸν καὶ λιμῷ συ-
στάντας καὶ καμᾶτω· ἐκ Βυζαντίου δὲ διέβη πλοίοισι. Οὗτος μὲν οὕτω ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην.

XC. Τῆς δὲ αὐτῆς ἡμέρης τῆς περ ἐν Πλαταιῇσι τὸ

urbe, quin eam expugnassent. (2) Utque hoc eis placuit, ita undecimo post pugnam die ad Thebas venerunt; urbemque obsidentes, postularunt ut praedicti viri sibi dederentur: et, negantibus Thebanis se id facturos, agrum illorum vastarunt, murumque oppugnarunt.

LXXXVII. Qui quum adsidue multa illis damna inferrent, vicesimo die Timagenides haec apud Thebanos verba fecit: « Quoniam Graecis decretum est, cives Thebani, non prius ab oppugnatione desistere abscedereque, quam aut expugnassent Thebas, aut nos illis a vobis dediti essemus; nunc nostra caussa ne plura porro patiatur Boeotia terra! sed, si illi, pecuniarum avidi, in speciem tantum nos deposcant, demus eis pecunias ex publico; nam publice omnes Medorum partes secuti sumus, non nos soli: siu vere nos deditos cupiunt, eaque caussa urbem oppugnant, nos ipsi ad causam apud eos dicendam nos sistemus. » (2) Et hic sane optime dicere visus est et opportune: protinusque caduceatorem Thebani miserunt ad Pausaniam, significantes se viros illos esse tradituros.

LXXXVIII. De quo ut inter utrosque convenit, interim Attaginus quidem ex urbe clam profugit: cujus filios Pausanias ad se adductos absolvit crimine, Medismi culpam, dicens, pueros nullam habere. (2) Reliqui vero viri quos Thebani dederunt, putabant illi quidem ad dicendam causam se iri admissum, praetereaque confidebant pecuniis amoliri a se posse periculum: at id ipsum suspicatus Pausanias, postquam illos accepit, universum sociorum exercitum dimisit, et illos Corinthum abductos interfecit. Atque haec quidem res sunt, ad Plataeas et ad Thebas gestae.

LXXXIX. Artabazus vero, Pharnacis filius, qui Plataeis profugerat, jam longe admodum erat progressus. Qui ubi in Thessaliam pervenit, Thessali eum ad hospitium vocarunt, sciscitatique sunt de reliquo exercitu: necdum enim quidquam de rebus ad Plataeas gestis compererant. (2) At Artabazus, bene gnarus, si de praeliis factis id quod res erat illis aperuisset, verendum sibi esse, ne ipse cum exercitu suo pereat: unumquemque enim se adgressurum existimavit, qui quae gesta erant cognovisset: haec igitur secum reputans, nec apud Phocenses vulgaverat quidquam, et apud Thessalos haec dixit: (3) « Ego quidem, ut videtis, Thessali, in Thraciam maturo pervenire; et celeritate utor, quippe praemissus e castris cum hisce ad rem quamdam peragendam. Ipse vero Mardonius, e vestigio me cum suo exercitu sequens, mox vobis aderit. (4) Hunc vos hospitio excipite, omniaque ei officia praestate: nec enim, id fecisse, in posterum vos poenitebit. » His dictis, raptim per Thessaliam et Macedoniam recta Thraciam versus duxit exercitum, vere festinans, et per mediam terram viam carpens. (5) Denique Byzantium pervenit, relictis quidem de suo exercitu multis, qui partim a Thracibus in itinere caesi erant, partim fame et laboribus conflictati perierant. Tum ex Byzantio navigiis trajecit: atque ita hic in Asiam est reversus.

XC. Quo die autem ad Plataeas cladem Persae acceperunt

τρώμα ἐγένετο, συνεχύρησε γενέσθαι καὶ ἐν Μυκάλῃ τῆς Ἰωνίης. Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Δῆλῳ κατέατο οἱ Ἕλληνες οἱ ἐν τῇσι νηυσὶ ἅμα Λευτυχίδῃ τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀπικόμενοι, ἤλθόν σφι ἄγγελοι ἀπὸ Σάμου Λάμπων τε Θρασυκλέος καὶ Ἀθηναγόρης Ἀρχεστρατίδῃ καὶ Ἡγησίστρατος Ἀρισταγόρῳ, πεμφθέντες ὑπὸ Σαμίων λάβρῃ τῶν τε Περσέων καὶ τοῦ τυράννου Θεομιστορος τοῦ Ἀνδροδάμαντος, τὸν κατέστησαν Σάμου τύραννον οἱ Πέρσαι. (2) Ἐπελθόντων δὲ σφῶν ἐπὶ τοὺς στρατηγούς ἔλεγε Ἡγησίστρατος πολλὰ καὶ παντοία, ὡς ἦν μόνον ἰδύνται αὐτοὺς οἱ Ἴωνες ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων, καὶ ὡς οἱ βάρβαροι οὐκ ὑπομείνουσι· ἦν δὲ καὶ ἄρα ὑπομείνωσι, οὐκ ἐτέρῃν ἀγρῇν τοιαύτην εὐρέειν ἂν αὐτοὺς. (3) Θεοὺς τε κοινούς ἀνακαλέων προέτρπε αὐτοὺς ῥύσασθαι ἀνδράς Ἕλληνας ἐκ δουλοσύνης καὶ ἀπαμῦναι τὸν βάρβαρον. Εὐπετέας τε αὐτοῖσι ἔφη ταῦτα γίνεσθαι· τὰς τε γὰρ νέας αὐτῶν κακῶς πλώειν καὶ οὐκ ἀξιωμαχούς ἐκείνοισι εἶναι. Αὐτοῖ τε, εἴ τι ὑποπτεύουσι μὴ δόλῳ αὐτοὺς προάγειν, ἔτοιμοι εἶναι ἐν τῇσι νηυσὶ τῇσι ἐκείνων ἀγόμενοι δημοροῖ εἶναι.

XCI. Ὡς δὲ πολλὸς ἦν λισσόμενος ὁ ξείνος ὁ Σάμιος, αἶρετο Λευτυχίδης, εἴτε κληδόνας εἵνεκεν ἐθέλων πυθέσθαι εἴτε καὶ κατὰ συντυχίην θεοῦ ποιεῦντος, « ὦ ξεῖνε Σάμιε, τί τοι τὸ οὐνομα; » Ὁ δὲ εἶπε, « Ἡγησίστρατος. » (2) Ὁ δὲ ὑπαρπάσας τὸν ἐπιλοῖπον λόγον, εἴ τινα ὄριμτο λέγειν ὁ Ἡγησίστρατος, εἶπε, « δέχομαι τὸν οἰωνὸν τὸν Ἡγησίστρατον, ὦ ξεῖνε Σάμιε. Σὺ δὲ ἡμῖν ποιεε δῶκε αὐτὸς τε δούς πίστιν ἀποπλῶσαι καὶ οἱ σὺν σοὶ ἔόντες οἶδε, ἡ μὲν Σαμίους ἡμῖν προθύμους ἔσεσθαι συμμαχούς. »

XCII. Ταῦτά τε ἅμα ἡγόρευε καὶ τὸ ἔργον προσῆγε· αὐτίκα γὰρ οἱ Σάμιοι πίστιν τε καὶ ὄρκια ἐποιεῦντο συμμαχίης πέρι πρὸς τοὺς Ἕλληνας. (2) Ταῦτα δὲ ποιήσαντες οἱ μὲν ἀπέπλων· μετὰ σφῶν γὰρ ἐκέλευε πλῶειν τὸν Ἡγησίστρατον, οἰωνὸν τὸ οὐνομα ποιούμενος· (3) οἱ δὲ Ἕλληνες ἐπισχόντες ταύτην τὴν ἡμέρην, τῇ ὑστεραίῃ ἐκαλλιρέοντο, μαντευομένοι σφι Διηφόνου τοῦ Εὐηνίου ἀνδρὸς Ἀπολλωνιῆτεω, Ἀπολλωνίης δὲ τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ.

XCIII. Τοῦ τὸν πατέρα κατέλαβε Εὐήνιον πρῆγμα τοιόνδε. Ἔστι ἐν τῇ Ἀπολλωνίῃ ταύτῃ ἱρὰ ἡλίου πρόβατα, τὰ τὰς μὲν ἡμέρας βόσκειται παρὰ ποταμὸν δὲ ἐκ Λάκμωνος οὐρεὸς ῥέει διὰ τῆς Ἀπολλωνίης χώρας ἐς θάλασσαν παρ' Ὀρικον λιμένα, τὰς δὲ νύκτας ἀραιρῶν μέντοι ἀνδρὲς οἱ πλοῦτι τε καὶ γένει δοκιμώτατοι τῶν ἀστῶν, οὗτοι φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκαστος· (2) περὶ πολλοῦ γὰρ δὴ ποιεῦνται Ἀπολλωνιῆται τὰ πρόβατα ταῦτα ἐκ θεοπροπίου τινός· ἐν δὲ ἄνθρωπῳ αὐλίζονται ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκὰς. Ἐνθα δὴ τότε ὁ Εὐήνιος οὗτος ἀραιρῶν ἐφύλασσε. Καί ποτε αὐτοῦ κατακοιμήσαντος τὴν φυλακὴν παρελθόντες λύκοι ἐς τὸ ἄντρον διέφθειραν τῶν προβάτων ὡς ἐξήκοντα. (3) Ὁ δὲ ὡς ἐπῆρξε, εἶχε σιγῇ καὶ ἔπραζε οὐδενί, ἐν νόφ' ἔχων ἀν-

illam, eodem die accidit ut alia calamitate ad Mycalen Ioniae adfligerentur. Scilicet quum Deli sederent Graeci, qui duce Leotychide Lacedaemonio cum classe adveniant, venerunt ad eos ex Samo legati, Lampon Thrasyclus filius, et Athenagoras Archestratidae, et Hegesistratus Aristagorae, a Samiis missi insciis Persis et inscio tyranno Theomestore, Androdamantis filio, quem Persae tyrannum Sami constituerant. (2) Qui ubi Graecorum duces convenere, multa atque varia verba Hegesistratus fecit; dicens, si modo vidissent illos Iones, descituros esso a Persis, et ad illorum adventum discessuros barbaros; sive hi manserint, nullam aliam talem praedam Graecos umquam reperturos. (3) Denique communes deos invocans, hortatus illos est, ut homines Graecos servitute vellent liberare, et pellere Barbarum. Idque facile illis esse factu, ait: etenim et naves eorum male navigare, nec viros resistere illis posse. Quodsi quam suspicionem haberent per dolum se illos excitare, paratos se esse in illorum navibus obsidum loco abduci.

XCI. Quumque pluribus verbis orare non desisteret Samius hospes, tunc Leotychides, sive consulto capiendi omnis causa, sive forte fortuna, deo ita volente, interrogavit eum: « Samie hospes, quodnam tibi nomen est? » Et ait ille, « Hegesistratus (latine Dux exercitus). » (2) Moxque Leotychides, intercipiens reliquum sermonem si quem adiecturus Hegesistratus esset, « Accipio, inquit, Samie hospes, omen ducem exercitus edens. Tu modo fac, et hi qui tecum sunt, ut, priusquam hinc abeatis, fidem nobis detis, revera Samios promptos nobis socios adfuturos. »

XCII. Haec locutus, e vestigio rem exsequi adgressus est. Protinus enim Samii de societate cum Graecis fidem et iusjurandum dederunt: (2) eoque facto, duo ex legatis domum navigarunt; nam Hegesistratum secum navigare Leotychides jussit, nomen ejus pro omine accipiens. (3) Et illo quidem die se continuerunt Graeci, postridie vero lata illis sacra fuere, interpretis sacrorum officio fungente Deiphono, Euenii filio, Apolloniata, ex illa Apollonia, quae ad Ionium mare sita est.

XCIII. Deiphoni hujus pater Euenius fortuna usus erat hujusmodi. Sunt Apolloniae oves Soli sacrae, quae interdiu pascuntur juxta fluvium, qui ex Lacmone monte pagrum Apolloniaten prope Oricum portum in mare influit: noctu vero selecti viri, divitiis et genere spectatissimi inter cives, easdem oves custodiunt, quisque per anni spatium. (2) Nam oves has, ex oraculi responso quodam, maximi faciunt Apolloniatae; stabulantur autem illae in antro quodam procul ab urbe. Ibi eas tunc Euenius hic, ad id delectus, custodiebat: et nocte quadam, quum, vigilandi tempus dormiendo transigeret, ingressi in antrum lupi oves fere sexaginta corripuerunt. (3) Quod ubi ille animadvertit, tacuit, nec cuiquam edixit, alias cogitans emere

τικαταστήσειν ἄλλα πριάμενος. Καὶ οὐ γὰρ ἔλαθε
τοὺς Ἀπολλωνιῆτας ταῦτα γινόμενα, ἀλλ' ὡς ἐπύθοντο,
ὑπαγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον κατέκριναν, ὡς τὴν
φυλακὴν κατακοιμήσαντα, τῆς ὀψιος στερεθῆναι. (4)
Ἐπειτέ δὲ τὸν Εὐήνιον ἐξετύφλωσαν, αὐτίκα μετὰ
ταῦτα οὔτε πρόβατά σφι ἔτικτε οὔτε γῆ ἔφερε ὁμοίως
καρπὸν. Πρόφαντα δὲ σφι ἔν τε Δωδώνῃ καὶ ἐν Δελ-
φοῖσι ἐγίνετο. Ἐπειτεν ἐπειρώτευν τοὺς προφήτας τὸ
αἴτιον τοῦ παρεόντος κακοῦ. (5) Οἱ δὲ αὐτοῖσι ἔφραζον
ὅτι ἀδίκως τὸν φύλακον τῶν ἱρῶν προβάτων Εὐήνιον
τῆς ὀψιος ἐστέρησαν· αὐτοὶ γὰρ ἐπορεύσασιν τοὺς λύκους,
οὐ πρότερόν τε παύσεσθαι τιμωρέοντες ἐκείνῳ πρὶν ἢ
ἐλίκας δῶσι τῶν ἐποίησαν, ταύτας τὰς ἂν αὐτὸς ἔληται
καὶ δικαιοῖ· τούτων δὲ τελομένων αὐτοὶ ὄσσειν Εὐηνίῳ
ὅσιν τοιαύτην τὴν πολλοὺς μιν μακαριεῖν ἀνθρώπων
ἔχοντα.

XCIV. Τὰ μὲν χρηστήρια ταῦτα σφι ἐχρήσθη, οἱ
δὲ Ἀπολλωνιῆται ἀπόρρητα ποιησάμενοι προέθεσαν
τῶν ἀστῶν ἀνδράσι διαπρήξαι. Οἱ δὲ σφι διέπρηξαν
ὥδε. (2) Κατημένου Εὐηνίου ἐν θώκῳ ἐλθόντες οἱ πα-
ρίζητο καὶ λόγους ἄλλους ἐποιεῦντο, ἐς δὲ κατέβαινον
συλλυπέμενοι τῷ πάθει. Ταύτη δὲ ὑπάγοντες εἰρώτεον
τίνα δίκην ἂν ἔλοιτο, εἰ ἐθέλοιεν Ἀπολλωνιῆται δίκας
ὑποστῆναι ὡσεὶν τῶν ἐποίησαν. (3) Ὁ δὲ οὐκ ἀχρηκῶς
τὸ θεοπρόπιον εἴλετο εἶπας εἰ τίς οἱ δοίη ἀγροὺς, τῶν
ἀστῶν οὐνομάσας τοῖσι ἡπίστατο εἶναι καλλίστους δύο
κλήρους τῶν ἐν τῇ Ἀπολλωνίῃ, καὶ οἰκῆσιν πρὸς τούτοις
τὴν ἥδε καλλίστην εὐῶσαν τῶν ἐν τῇ πόλει τούτων δὲ
ἐπὶ ἐπὶ ἑσβολῶν γενόμενος τοῦ λοιποῦ ἀμήνιτος εἶναι, καὶ
δίκην οἱ ταύτην ἀποχρᾶν γενομένην. (4) Καὶ ὁ μὲν
ταῦτα εἶπε, οἱ δὲ παρέδροι εἶπαν ὑπολαβόντες, « Εὐή-
νις, ταύτην δίκην Ἀπολλωνιῆται τῆς ἐκτυφλώσεως ἐκ-
τίνοσι τοι κατὰ θεοπρόπια τὰ γινόμενα. » (5) Ὁ
μὲν δὴ πρὸς ταῦτα δεινὰ ἐποιεέτο, ἐνθεῦτεν πυθόμενος
τὸν πάντα λόγον, ὡς ἑξαπατηθεὶς οἱ δὲ πριάμενοι παρὰ
τῶν ἐκτεμένων διδοῦσι οἱ τὰ εἴλετο. Καὶ μετὰ ταῦτα
αὐτίκα ἐμφυτον μαντικὴν εἶχε, ὥστε καὶ οὐνομαστός
γενέσθαι.

XCV. Τούτου δὲ ὁ Δηίφρονος ἦν παῖς τοῦ Εὐηνίου
ἀγόντων Κορινθίων ἐμαντεύετο τῇ στρατιῇ. Ἦδη δὲ
καὶ τότε ἤκουσα, ὡς ὁ Δηίφρονος ἐπιβατεύων τοῦ Εὐή-
νιου οὐνόματος ἐξελάμβανε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔργα, οὐκ
ἦν Εὐηνίου παῖς.

XCVI. Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς ἐκαλλίηρε, ἀνῆγον
τὰς νέας ἐκ τῆς Δήλου πρὸς τὴν Σάμον. Ἐπει δὲ ἐ-
γένοντο τῆς Σαμῖος πρὸς Καλαμίσι, οἱ μὲν αὐτοῦ ὁρ-
μισσάμενοι κατὰ τὸ Ἡραῖον τὸ ταύτῃ παρεσκευάζοντο
ἐς ναυμαχίην, οἱ δὲ Πέρσαι πυθόμενοι σφεας προσ-
πλώειν ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν ἡπειρον τὰς νέας τὰς
ἄλλας, τὰς δὲ Φοινίκων ἀπῆξαν ἀποπλώειν. (2) Βου-
λευόμενοι γάρ σφι ἐδόκεα ναυμαχίην μὴ ποιεῖσθαι·
οὐ γὰρ ὦν ἐδόκεον ὁμοιοὶ εἶναι. Ἐς δὲ τὴν ἡπειρον
ἀπέπλωον, ὅπως ἔωσι ὑπὸ τὸν πεῖρον στρατὸν τὸν σφέ-
τερον ἔοντα ἐν τῇ Μυκάλῃ, δὲ κελεύσαντος Ξέρξεω

et in illarum locum substituere. At non latuit Apollonia-
tas factum : qui, ut id cognoverunt, in iudicium adductum
Euenium condemnarunt, ut, quoniam ovium custodiam
dormiendo transegisset, oculorum usu privaretur. (4)
Sed, postquam eum excæcarunt, continuo deinde nec oves
illis pepererunt, nec terra fructum, ut ante, edere cepit.
Inde oracula consulebant et Dodonæ et Delphis, causam-
que ex prophetis quærebant præsentium malorum. (5)
Responderunt illi, eo ipsis hæc accidere, quod sacrarum
ovium custodem Euenium luminibus orbassent : se enim
(deos) immisisse illos lupos ; neque prius desituros esse
illum ulcisci, quam ei poenam facinoris dedissent Apollo-
niatæ, quamcumque ipse postulasset : quæ quando soluta
fuerit poena, daturus Euenio esse deos tale donum, cujus
caussa multi homines beatum illum sint prædicaturi.

XCIV. Hæc Apolloniatis data sunt responsa ; quæ illi
clam habentes, civium suorum nonnullis negotium cum
Euenio conficiendum inandarunt. Et hi ad id conficien-
dum hac usi sunt ratione. (2) Conveniunt Euenium in
sella sedentem, eique adsidentes primum aliis de rebus
verba faciunt, deinde ad commiserandam hominis calami-
tatem progressi, atque ita eum fallentes, interrogant quas-
nam poenas esset postulaturus, si voluissent Apolloniæ
poenas sustinere eorum quæ in illum admississent. (3) Et
ille, qui de oraculi responso nihil audiverat, optans ait : Si
quis ipsi daret agros istos (ibi nominabat cives quos-
dam, quos noverat duo pulcerrima Apolloniæ prædia pos-
sidere), et ædes insuper in urbe, quas noverat ille pulcer-
rimas esse ; hæc, inquit, si nactus fuisset, in posterum se
non iraturum esse civibus, sed hac multa fore contentum.
(4) Quæ ubi illi dixit, adsidentes ei cives responderunt :
« Euenie, hanc multam, ex oraculi responso, solvunt tibi
Apolloniæ pro eo quod te luminibus privarunt. » (5) Et
ille quidem, postquam rem totam cognovit, ægerrime tulit
se ita esse circumventum : Apolloniæ vero ea, quæ ille
optaverat, empta a dominis, ei dederunt. Protinus autem
ab hoc tempore insitam divinandi vim et sacra interpre-
tandi idem Euenius habuit, ita ut hoc nomine celebris eva-
serit.

XCV. Hujus igitur Euenii filius Deiphonus, adductus a
Corinthis, sacrorum interpres fuit apud hunc exercitum.
Audi viro etiam, eundem Deiphonum, usurpato Euenii
nomine, passim per Græciam operam suam locasse, quum
non fuisset Euenii filius.

XCVI. Græci, ut perliturant, naves ex Delo ad Samum
moverunt ; et postquam ad Calamos venerunt, terræ Sa-
miæ locum ita nominatum, ibi prope Junonis templum,
quod eo loci est, adpulerunt et ad navalem pugnam se
compararunt. At Persæ, ubi illos adnavigare resciverunt,
ipsi quoque naves moverunt ; et cæteras quidem admove-
runt continenti, Phœnicum vero naves ut abirent per-
miserunt. (2) Deliberantibus quippe visum erat, pugna
navali non esse decernendum ; nec enim se Græcis pares
esse existimabant. Ad continentem autem navigarunt,
quo essent sub pedestris exercitus sui tutamine, qui ua-

καταλειμμένος τοῦ ἄλλου στρατοῦ Ἰωνὴν ἐφύλασσε· τοῦ πληθὺς μὲν ἑξ μυριάδης, ἐστρατήγει δὲ αὐτοῦ Τιγράνης κάλλιε τε καὶ μεγάθει ὑπερφέρων Περσέων. (3) Ὑπὸ τοῦτον μὲν δὴ τὸν στρατὸν ἐβουλεύσαντο καταφυγόντες οἱ τοῦ ναυτικοῦ στρατηγοὶ ἀνείρυσαι τὰς νέας καὶ περιβαλῆσθαι ἔρκος ἔρμα τῶν νεῶν καὶ σφέων αὐτῶν χρησφύγετον.

XCVII. Ταῦτα βουλευσάμενοι ἀνήγοντο. Ἀπικόμενοι δὲ παρὰ τὸ τῶν Ποτνιέων ἱρὸν τῆς Μυκάλης ἐς 10 Γαῖσωνα τε καὶ Σκολοπόμεντα, τῇ Δήμητρος Ἐλευσινίης ἐστὶ ἱρὸν, τὸ Φίλιστος ὁ Πασικλέος ἰδρύσατο Νεῖλεω τῷ Κόδρου ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου χτιστὴν, (2) ἐνθαῦτα τὰς τε νέας ἀνείρυσαν καὶ περιεβάλοντο ἔρκος καὶ λίθων καὶ ξύλων, δένδρεα ἐκκόψαντες ἡμέρα, καὶ 16 σκόλοπας περὶ τὸ ἔρκος κατέπηξαν. Καὶ παρεσκευάδατο ὡς πολιορκησόμενοι καὶ ὡς νικῆσοντες· ἐπ' ἀμφοτέρα ἐπιλεγόμενοι γὰρ παρεσκευάδατο.

XCVIII. Οἱ δὲ Ἕλληνες ὡς ἐπύθοντο οἰχωκότας τοὺς βαρβάρους ἐς τὴν ἡπειρόν, ἤχοντο ὡς ἐκπεφυγόντων, ἐν ἀπορίῃ τε εἶχοντο ὅ τι ποίεωσι, εἴτε ἀπαλλάσσονται ὀπίσω εἴτε καταπλώωσι ἐπ' Ἑλλησπόντου. (2) Τέλος δ' ἔδοξε τοῦτον μὲν μηδέτερά ποιεῖν, ἐπιπλῶειν δὲ ἐπὶ τὴν ἡπειρόν. Παρασκευασάμενοι ὧν ἐς ναυμαχίην καὶ ἀποβάθρας καὶ τὰ ἄλλα ὅσων ἔδεε, ἔπλων 25 ἐπὶ τῆς Μυκάλης. (3) Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἐγίνοντο τοῦ στρατοπέδου καὶ οὐδεὶς ἐφαίνετό σφι ἐπαναγόμενος, ἀλλ' ὥρεον νέας ἀνελκυσμένας ἔσω τοῦ τείχεος, πολλὸν δὲ πῆζον παρακεκριμένον παρὰ τὸν αἰγιαλόν, ἐνθαῦτα πρῶτον μὲν ἐν τῇ νηὶ παραπλώων, ἐγγρίμψας τῷ αἰγιαλῷ τὰ μάλιστα, Λευτυχίδης ὑπὸ κήρυκος προηγόρευε τοῖσι Ἰωσι λέγων, (4) « ἄνδρες Ἴωνες, ὅσοι ὑμῶν 30 τυγχάνουσι ἐπακούοντες, μάθετε τὰ λέγω· πάντως γὰρ οὐδὲν συνήσουσι Πέρσαι τῶν ἐγὼ ὑμῖν ἐντέλλομαι. Ἐπεὰν συμμίσγωμεν, μεμνησθῆναι τινα γρὴ ἐλευθερίης μὲν πάντων πρῶτον, μετὰ δὲ τοῦ συνθήματος Ἡβης. Καὶ τάδε ἴστω καὶ ὁ μὴ ἐπακούσας ὑμῶν πρὸς τοῦ ἐπακούσαντος. » (5) Ὡς οὗτος δὲ οὗτος ἐὼν τυγχάνει νόος τοῦ πρήγματος καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς ὁ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, ἢ γὰρ δὴ λαθόντα τὰ ῥήματα τοὺς βαρβάρους ἐμελλε 40 τοὺς Ἴωνας πείσειν, ἢ ἐπειτεν ἀνενηχθέντα ἐς τοὺς βαρβάρους ποιήσειν ἀπίστους τοῖσι Ἕλλησι.

XCIX. Λευτυχίδει δὲ ταῦτα ὑποθεμένου δεύτερα δὴ τότε ἐποίουν οἱ Ἕλληνες· προσσχόντες τὰς νέας ἀπέβησαν ἐς τὸν αἰγιαλόν. Καὶ οὗτοι μὲν ἐτάσσοντο, οἱ 45 δὲ Πέρσαι ὡς εἶδον τοὺς Ἕλληνας παρασκευαζομένους ἐς μάχην καὶ τοῖσι Ἰωσι παραινέσαντας, τοῦτο μὲν ὑπονύσαντες τοὺς Σαμίους τὰ Ἑλλήνων φρονέειν ἀπαίρονται τὰ ὅπλα. (2) Οἱ γὰρ ὦν Σάμιοι ἀπικομένων Ἀθηναίων αἰχμαλώτων ἐν τῇσι νηυσὶ τῶν βαρβάρων, 50 τοὺς ἔλαβον ἀνὰ τὴν Ἀττικὴν λελειμμένους οἱ Ξέρξεω, τούτους λυσάμενοι πάντας ἀποπέμπουσι ἐποδιάσαντες ἐς τὰς Ἀθήνας· τῶν εἵνεκεν οὐκ ἥκιστα ὑποψίην εἶχον, πεντακισίας κεφαλὰς τῶν Ξέρξεω πολεμίων λυσάμενοι. (3) Τοῦτο δὲ τὰς διόδους τὰς ἐς τὰς κορυφὰς τῆς Μυκά-

Mycale erat, nempe jussu Xerxis de reliquo exercitu ibi custodiendæ Ionîæ caussa relictus. Sexaginta hominum millia erant, quibus Tigranes præerat, vir et forma et statura inter Persas eminens. (3) Hujus igitur sub exercitus tutamen se recipere decreverunt duces classis, navesque in terram subducere, et vallo circumdare, quod simul munimentum navibus et sibi refugium esset.

XCVII. Hoc inito consilio moverunt Persæ; quumque præternavigato Potniarum (*dominarum, dearum* : nisi Potniensium) templo, quod in Mycale est, in Gæsonem et Scolopoentem venissent, ubi est Cereris Eleusiniæ templum, quod Philistus statuit, Pasiclis filius, Neleum Codri filium ad Miletum condendam secutus : (2) ibi subduxerunt naves; et, cæsis arboribus frugiferis, muro eas circumdederunt partim ligneo, partim lapideo, palosque præcutos circa murum defixerunt. Denique, in utramque partem re deliberata, et ad tolerandam obsidionem et ad superandum hostem sese comparabant.

XCVIII. Græci, ut ad continentem abiisse barbaros cognoverunt, ægre ferebant quod sibi e manibus essent elapsi : nec vero satis certi erant quid facerent ipsi, utrum domum redirent, an in Hellespontum navigarent. (2) Ad extremum decreverunt neutrum horum facere, sed ad continentem dirigere naves. Itaque præparatis scalis et aliis rebus quarum in navali pugna usus est, versus Mycalen navigarunt. (3) Ubi vero prope castra fuerunt hostium, neque quisquam adparuit qui adversus illos egrederetur, naves autem viderunt intra murum subductas, et frequentem peditatum secundum litus in acie stantem; ibi tunc Leotychides, primum, præter litus quam proxime potuit navigans, præconis voce hæc verba Ionibus adclamavit : (4) « Viri Iones, quotquot estis qui me auditis, accipite quæ dico! omnino enim non intelligent Persæ quæ vobis mando. Quando ad manus venerimus cum hoste, tum quisque vestrum ante omnia libertatis memento, deinde vero tessera Hebræ. Hæc etiam qui vocem meam non exaudierit cognoscat vestrum ex his qui audierint. » (5) Cujus sermonis idem consilium fuit quod Themistoclis ad Artemisium. Scilicet, si barbaros laterent dicta, persuasurum se speravit Ionibus ut deficiant; sive illa ad barbaros fuissent delata, facturum ut hi Græcis (*Ionibus*) diffiderent.

XCIX. Deinde, postquam ita Ionas hortatus Leotychides est, hæc fecerunt Græci : adpulsis ad litus navibus exscenderunt, aciemque instruxerunt. Persæ vero, quum Græcos cernerent ad pugnandum paratos, scirentque hortatos eos esse Ionas; nec Samiis nec Milesiis satis fidebant. Et Samiis quidem, quod eos suspicarentur cum Græcis sentire, arma adimunt. (2) Samii enim, quum in classe barbarorum advenissent Athenienses captivi, quos in Attica relictos ceperat Xerxis exercitus, hos omnes pretio redemerant, et dato viatico Athenas remisierant : quo magis hos suspicio premebat, ut qui quingenta capita hostium Xerxis liberassent captivitate. (3) Milesios vero jusserunt exitus viarum

λης φερούσας προτάσσουσι τοῖσι Μιλησίοισι φυλάσσειν ὥς ἐπισταμένοιι δῆθεν μάλιστα τὴν χώραν· ἐποίουεν δὲ τούτου εἵνεκεν, ἵνα ἐκτός τοῦ στρατοπέδου ἔωσι. (4) Τοῦτους μὲν Ἰωνῶν τοῖσι καὶ κατεδόκεον νεοχμὸν ἂν τι ποιεῖεν δυνάμιος ἐπιλαβομένοιι, τρόποιι τοιούτοιι προεφυλάσσοντο οἱ Πέρσαι, αὐτοὶ δὲ συνεφόρησαν τὰ γέρρα ἔρκος εἶναι σφι.

C. Ὡς δὲ ἄρα παρεσκευάδατο τοῖσι Ἑλλήσι, προσήϊσαν πρὸς τοὺς βρβάρους. Ἰούσι δὲ σφι φήμη τε ἐσέπτατο ἐς τὸ στρατόπεδον πᾶν καὶ κηρυκῆιον ἐφάνη ἐπὶ τῆς κυματοῦρης κείμενον· ἡ δὲ φήμη διηγήθη σφι ἴδδε, ὥς οἱ Ἑλληνες τὴν Μαρδονίου στρατιὴν νικῶεν ἐν Βοιωτοῖσι μαχόμενοι. (2) Ἀῖθλα δὲ πολλοῖσι τεκμηριοῖσι ἔστι τὰ θεῖα τῶν πρηγμάτων, εἰ καὶ τότε τῆς αὐτῆς ἡμέρης συμπιπτούσης τοῦ τε ἐν Πλαταιῇσι καὶ τοῦ ἐν Μυκάλῃ μέλλοντος ἐσεσθαι τρώματος φήμη τοῖσι Ἑλλήσι τοῖσι ταύτῃ ἐσαπίκεται, ὥστε θαρσῆσαι τε τὴν στρατιὴν πολλῶ μᾶλλον καὶ ἐθέλειν προθυμότερον κινδυνεύειν.

CI. Καὶ τότε ἕτερον συνέπεσε γινόμενον, Δημήτρος τεμένηα Ἑλευσινίης παρ' ἀμφοτέρας τὰς συμβολὰς εἶναι· καὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Πλαταιίδι παρ' αὐτὸ τὸ Δημήτριον ἐγένετο, ὥς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται, ἡ μάχη, καὶ ἐν Μυκάλῃ ἐμελλε ὡσαύτως ἐσεσθαι. (2) Γεγονέναι δὲ νίκην τῶν μετὰ Πausανίω Ἑλλήνων ὁρθῶς σφι ἡ φήμη συνέβαινε ἔλθοῦσα· τὸ μὲν γὰρ ἐν Πλαταιῇσι πρῶτ' ἔτι τῆς ἡμέρης ἐγένετο, τὸ δὲ ἐν Μυκάλῃ περὶ δεῖλῃν. (3) Ὅτι δὲ τῆς αὐτῆς ἡμέρης συνέβαινε γίνεσθαι μηνὸς τε τοῦ αὐτοῦ, χρόνῳ οὐ πολλῶ σφι ὕστερον δὴ ἄλλα ἀναμνησθάνουσι ἐγένετο. Ἦν δὲ ἀρρωδίη σφι πρὶν τὴν φήμην ἐσαπίεσθαι, οὔτι περὶ σφῶν αὐτῶν οὕτω ὡς τῶν Ἑλλήνων, μὴ περὶ Μαρδονίῳ πταίσῃ ἡ Ἑλλάς. (4) Ὡς μὲντοι ἡ κληδὼν αὐτῇ σφι ἐσέπτατο, μᾶλλον τι καὶ ταχύτερον τὴν πρόσοδον ἐποιεῦντο. Οἱ μὲν δὲ Ἑλληνες καὶ οἱ βάρβαροι ἐσπευδον ἐς τὴν μάχην, ὥς σφι καὶ αἱ νῆσοι καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ἀέθλα προσέχετο.

CII. Τοῖσι μὲν νυν Ἀθηναίοισι καὶ τοῖσι προσεχέσι τοῖτοις τεταγμένοιι, μέχρι κου τῶν ἡμισίων, ἡ ὁδὸς ἐγένετο κατ' αἰγιαλὸν τε καὶ ἀπέδον χώρον, τοῖσι δὲ Λακεδαιμονίοισι καὶ τοῖσι ἐπεξῆς τοῖτοις τεταγμένοιι κατὰ τε χαράδρην καὶ οὐρεα. (2) Ἐν ᾧ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι περιήϊσαν, οὔτοι οἱ ἐπὶ τῷ ἐτέρῳ κέρει [ἔτι] καὶ δὴ ἐμάχοντο. Ἔως μὲν νυν τοῖσι Πέρσῃσι ὄρθια ἦν τὰ γέρρα, ἡμύνοντό τε καὶ οὐδὲν ἔλασσον εἶχον τῇ μάχῃ· ἐπεὶ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν προσεχέων ὁ στρατὸς, ὅκως ἐωυτῶν γέννηται τὸ ἔργον καὶ μὴ Λακεδαιμονίων, παρακλευσάμενοι ἔργου εἶχοντο προθυμότερον, ἐνθεῦτεν ᾗδ' ἑτεροιοῦτο τὸ πρῆγμα. (3) Διωσάμενοι γὰρ τὰ γέρρα οὔτοι φερόμενοι ἐσέπεισον ἀλέες ἐς τοὺς Πέρσας, οἱ δὲ δεξάμενοι καὶ χρόνον συχὼν ἀμυνόμενοι τέλος ἔφευγον ἐς τὸ τεῖχος. (4) Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Κορίνθιοι καὶ Σικυωνιοὶ καὶ Τροιζήνιοι (οὕτω γὰρ ἔσαν ἐπεξῆς τεταγμένοι) συνεπισπόμενοι συνεσέπειπον ἐς τὸ

custodire ad Mycalæ cacumina ferentium, ut qui regionem optime nossent: id autem hoc consilio fecerunt, ut illi extra castra essent. (4) Alii his igitur Ionibus, quos suscibantur, si potestatem nanciscerentur, res novas molituros, hoc modo sibi Persæ præcaverunt: ipsi vero crates comportarunt, quæ sibi pro vallo essent.

C. Jam Græci, instructa acie, ibant in hostem, quum subito fama quædam pervolavit universum exercitum, et caduceus conspectus est in littore depositus. Currebat autem fama hujusmodi, Græcos in Bœotia exercitum Mardonii prælio superasse. (2) Nempe multis utique documentis declarantur res quæ divinitus contingunt; quandoquidem tunc quoque, quum idem congruit dies quo et ad Platæas cladem Persæ acceperunt et ad Mycalen accepturi erant, ad Græcos hic stantes fama pervenit; quo factum est, ut multo majorem fiduciam caperet exercitus, et ad subeundum periculum esset alacrior.

CI. Atque etiam hoc alterum contigit ut concurreret, quod utraque pugna prope Cereris Eleusiniæ templum pugnata sit. Nam prope Cereris templum et in Platæensi agro, ut supra dixi, pugnatum est, et nunc ad Mycalen pariter pugnaturi erant. (2) Victoriam autem jam tum reportasse Græcos cum Pausania, recte his fama nunciavit: nam Platæensis pugna matutino adhuc tempore hujus diei pugnata erat, hæc autem ad Mycalen sub vesperam. (3) Pugnatam autem esse utramque pugnam eodem ejusdem mensis die, haud multo post, ratione inita, liquido cognoverunt. Anxii autem fuerant, priusquam hæc fama advenit, non tam sui causa, quam omnium Græcorum, metuentes ne Mardonio succumberet Græcia: (4) sed postquam illa exercitum pervolavit fama, eo confidentiores et celeriore gradu in hostem iverunt. Igitur et Græci et barbari pugnandi studio flagrant, quippe quibus et insulæ et Hellespontus præmium victoriæ propositum erat.

CII. Athenienses, et qui proxime illos locati erant, dimidium fere totius exercitus, viam habebant secundum littus et per plana loca; Lacedæmonii vero, et qui post hos locati, per voraginem et montana. (2) Dumque hi circumibant, illi in altero cornu pugnam jam commiserant. Quamdiu igitur Persis rectæ stabant crates, repugnabant illi hostibus, neque eis erant inferiores. Sed quum Athenienses hisque proximi, quo ipsorum esset factum, non Lacedæmoniorum, invicem cohortati, acrius incumberent operi, tum quidem mutata est rei facies. (3) Perruptis enim cratibus ingenti impetu conferti in Persas irruerant: et illi exceperunt quidem impetum, et per sat longum tempus repugnabant; ad extremum vero intra murum profugerunt. (4) Quos insecuti Athenienses cum Corinthiis et Sicyonis et Træzeniis (hi enim ita deinceps in acie locati erant), simul

τείχος. Ὡς δὲ καὶ τὸ τεῖχος ἀραίρητο, οὗτ' ἔτι πρὸς ἄλλην ἐτραπόντο οἱ βάρβαροι, πρὸς φυγὴν τε ὠρμέατο οἱ ἄλλοι πλὴν Περσέων· οὗτοι δὲ κατ' ὀλίγους γινόμενοι ἐμάχοντο τοῖσι αἰεὶ ἐς τὸ τεῖχος ἐσπίπτουσι Ἑλλήνων.

6 (5) Καὶ τῶν στρατηγῶν τῶν Περσικῶν δύο μὲν ἀποφεύγουσι, δύο δὲ τελευτεύουσι· Ἀρταύντης μὲν καὶ Ἰθαμίττης τοῦ ναυτικοῦ στρατηγέοντες ἀποφεύγουσι, Μαρδόντης δὲ καὶ ὁ τοῦ πεζοῦ στρατηγὸς Τιγράνης μαχόμενοι τελευτεύουσι.

10 CIII. Ἐτι δὲ μαχομένων τῶν Περσέων ἀπείκοντο Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ μετ' αὐτῶν, καὶ τὰ λοιπὰ συνδιεχειρίζον. Ἐπεσον δὲ καὶ αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων συχνοὶ ἐνθαῦτα, ἄλλοι τε καὶ Σικυώνιοι καὶ στρατηγὸς Περίλαος. (2) Τῶν δὲ Σαμίων οἱ στρατευόμενοι ἰόντες
15 τε ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ Μηδικῷ καὶ ἀπαραιρημένοι τὰ ὄπλα, ὥς εἶδον αὐτίκα κατ' ἀρχὰς γινομένην ἑτεραλκίαν τὴν μάχην, ἔρδον ὅσον ἐδυνάετο προσωφελεῖν ἐθέλοντες τοῖσι Ἑλλήσι. (3) Σχιμίου δὲ ἰδόντες οἱ ἄλλοι Ἴωνες ἄρξαντας, οὕτω δὴ καὶ αὐτοὶ ἀποστάντες ἀπὸ
20 Περσέων ἐπέθεντο τοῖσι βαρβάροις.

CIV. Μιλησίοισι δὲ προσετέτακτο μὲν τῶν Περσέων τὰς διόδους τηρεῖν, σωτηρίης εἵνεκέν σφι, ὥς ἦν ἄρα σφέας καταλαβάνη οἷά περ κατέλαβε, ἔχοντες ἡγεμόνας σὺνῶνται ἐς τὰς κορυφὰς τῆς Μυκάλης. Ἐ-
25 τάχθησαν μὲν νυν ἐπὶ τοῦτο τὸ πρῆγμα οἱ Μιλησίοι τοῦτο τε εἵνεκεν, καὶ ἵνα μὴ παρεόντες ἐν τῷ στρατοπέδῳ τι νεογμὸν ποιεῖεν· (2) οἱ δὲ πᾶν τὸ ἐναντίον τοῦ προστεταγμένου ἐποίεον, ἄλλας τε κατηγεόμενοι σφι δόδους φεύγουσι, αἱ δὲ ἔφερον ἐς τοὺς πολεμίους,
30 καὶ τέλος αὐτοὶ σφι ἐγίνοντο κτείνοντες πολεμιώτατοι. Οὕτω δὴ τὸ δεύτερον Ἴωνίη ἀπὸ Περσέων ἀπέστη.

CV. Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ μάχῃ Ἑλλήνων ἥριστευσαν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Ἑρμοδολυκὸς ὁ Εὐθύνου, ἀνὴρ παγκράτιον ἐπασκῆσας. Τούτων δὲ τὸν Ἑρμοδολυκὸν
35 κατέλαβέ ὕστερον τούτων, πολέμου ἰόντος Ἀθηναίοισι τε καὶ Καρυστίοις, ἐν Κύρῳ τῆς Καρυστίης γούρης ἀποθανόντα ἐν μάχῃ κέεσθαι ἐπὶ Γεραιστῷ. (2) Μετὰ δὲ Ἀθηναίους Κορίνθιοι καὶ Τροιζήνιοι καὶ Σικυώνιοι ἥριστευσαν.

40 CVI. Ἐπεῖτε δὲ κατεργάσαντο οἱ Ἕλληνες τοὺς πολλοὺς τοὺς μὲν μαχομένους, τοὺς δὲ καὶ φεύγοντας τῶν βαρβάρων, τὰς νέας ἐνέπρησαν καὶ τὸ τεῖχος ἅπαν, τὴν λήϊν προεξαγαγόντες ἐς τὸν αἰγιαλὸν, καὶ θησαυροὺς τινὰς χρημάτων εὗρον. (2) Ἐμπρήσαντες δὲ τὸ
45 τεῖχος καὶ τὰς νέας ἀπέπλων. Ἀπικομένοι δὲ ἐς Σαμὸν οἱ Ἕλληνες ἐβουλεύοντο περὶ ἀναστάσις τῆς Ἴωνίης, καὶ ὅτῃ χρῶν ἐῖη τῆς Ἑλλάδος κατοικίσαι τῆς αὐτοὶ ἐγκατατεῖς ἔσαν, τὴν δὲ Ἴωνίην ἀπεῖναι τοῖσι βαρβάροις· (3) ἀδύνατον γὰρ ἐφαίνετό σφι εἶναι ἐνωτούς τε
50 Ἴωνων προκατησθῆαι φρουρέοντας τὸν πάντα χρόνον, καὶ ἐνωτῶν μὴ προκατημένων Ἴωνας οὐδεμίαν ἐλπίδα εἶχον χαίροντας πρὸς τῶν Περσέων ἀπαλλάξιν. (4) Πρὸς ταῦτα Πελοποννησίων μὲν τοῖσι ἐν τέλει ἐοῦσι ἐδόκεε τῶν μηδισάντων ἐθνέων τῶν Ἑλληνικῶν τὰ ἐμ-

cum illis intra murum irruerunt. Ut igitur etiam castellum hoc expugnatum est, omissa pugna barbari fugam corripere, exceptis Persis; qui, etiam ad exiguum licet numerum redacti, constanter tamen Græcis, adsidue irruentibus, sese opposuerunt. (5) Et ex ducibus quidem Persicis duo fuga evasere, duo vero perierunt. Artayntes et Ithamities, classiariorum præfecti, fuga salutem petierunt; pugnantes vero ceciderunt Mardontes et imperator pedestris exercitus Tigranes.

CIII. Dum adhuc pugnant Persæ, advenerunt Lacedæmonii, quique cum his erant, et reliqua simul peregerunt. Ceciderunt autem ibi ex ipsis etiam Græcis haud pauci; quum alii, tum ex Sicyoniis multi, eorumque dux Perilaus. (2) Samii vero, qui in exercitu Medico militabant, quibus arma erant adempta, quum jam initio vidissent ancipitem esse pugnam, quidquid in eorum fuit potestate, fecerunt, quo Græcos juvarent. (3) Et reliqui Iones, videntes Samios initium facere defectionis, ipsi quoque a Persis deficientes, adorti sunt barbaros.

CIV. Jam Milesiis quidem mandatum erat, ut varium exitus custodirent, salutis causæ Persarum; quo, si eis accidisset id quod etiam accidit, ducibus his uterentur, quorum ope in cacumina Mycalæ salvi evaderent. Hoc quidem consilio Milesios Persæ ibi locaverant ad illud efficiendum: simul vero, ne, si exercitui adessent, novi quidpiam molirentur. (2) At illi plane contrarium ejus, quod mandatum erat, fecerunt: fugientes quippe barbaros per contrarias duxerunt vias, quæ ad hostes ferebant; et ad extremum eos ipsi, ut infensissimi hostes, interfecerunt. Ita quidem iterum Ionia a Persis defectit.

CV. In hac ad Mycalen pugna inter Græcos virtutis præmium obtinuerunt Athenienses; et ex Atheniensibus Hermolycus Euthyni filius, pancratiastes. Idem vero Hermolycus post hæc, quum bellum gererent Athenienses cum Carystiis, Cynri in agro Carystio cecidit in prælio, et prope Geræstum sepultus est. (2) Post Athenienses autem Corinthii et Træzenii et Sicyonii præcipuam virtutis laudem commuerunt.

CVI. Græci, plerisque barbarorum, partim in prælio, partim in fuga interfectis, naves cremarunt et totum munimentum, præda prius egesta et in litore deposita: reperantque arcas nonnullas rebus pretiosis repletas. (2) Munitione et navibus incensis, retro navigarunt. Deinde, postquam Samum pervenerunt, deliberarunt de Ionia in aliam terram transferenda, et qua parte Græciæ, quæ in potestate esset Græcorum, sedes Ionibus sint adsignandæ. Ionia enim videbatur barbaris esse relinquenda, (3) quandoquidem fieri non posset ut ipsi perpetuo Ionie præsiderent, eamque custodirent; Iones autem, nisi sub Græcorum presidio essent, nequaquam sperare possent, salvos se fore nec poenas Persis daturus. (4) Qua proposita deliberatione, qui ex Peloponnesiis aderant dignitate eminentes, emporia Græcorum qui cum Medis sensissent, ejectis incolis, cum

πόρια ξαναστήσαντας δούναι τὴν χώραν ἴωσι ἐνοικῆσαι· Ἀθηναίοισι δὲ οὐκ ἐδόκει ἀρχὴν Ἰωνὴν γενέσθαι ἀνάστατον, οὐδὲ Πελοποννησίοισι περὶ τῶν σφετέρων ἀποικιῶν βουλευεῖν. (5) Ἀντιτεινόντων δὲ τούτων προθύμως εἶξαν οἱ Πελοποννήσιοι. Καὶ οὕτω δὴ Σαμίους τε καὶ Χίους καὶ Λεσβίους, καὶ τοὺς ἄλλους νησιώτας οἱ ἔτυγον συστρατευόμενοι τοῖσι Ἕλλησι, ἐς τὸ συμμαχικὸν ἐποίησαντο, πίστι τε καταλαβόντες καὶ ὀρκίοισι ἐμμενέειν τε καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι. (6) Τούτους δὲ καταλαβόντες ὀρκίοισι ἐπλωον τὰς γεφυράς λύσαντες· ἔτι γὰρ ἐδόκειον ἐντεταμένους εὐρήσειν. Οὗτοι μὲν δὴ ἐπ' Ἑλλησπόντου ἐπλωον.

CVII. Τῶν δὲ ἀποφυγόντων βρβάρων ἐς τὰ ἄκρα τε τῆς Μυκάλης κατειληθέντων, ὄντων οὐ πολλῶν, ἐγένετο κομιδὴ ἐς Σάρδεις. (2) Πορευομένων δὲ κατ' ὁδὸν Μασίστης ὁ Δαρείου παρτυγὼν τῷ πάθει τῷ γεγονότι τὸν στρατηγὸν Ἀρταύντην ἔλεγε πολλὰ τε καὶ κακὰ, ἄλλα τε καὶ γυναικὸς κακίᾳ φὰς αὐτὸν εἶναι τοιαῦτα στρατηγῆσαντα, καὶ ἄξιον εἶναι παντὸς κακοῦ τὸν βασιλεὺς οἶκον κακώσαντα. (3) Παρὰ δὲ τοῖσι Πέρσῃσι γυναικὸς κακίᾳ ἀκοῦσαι δέννος μέγιστός ἐστι. Ὁ δὲ ἐπεὶ πολλὰ ἤκουσε, δεινὰ ποιούμενος σπᾶται ἐπὶ τὸν Μασίστην τὸν ἀκινάκῃα, ἀποκτείνει ἐθέλων. (4) Καὶ μιν ἐπιθέοντα φρασθεὶς Ξειναγόρης ὁ Πηργίσιος ἀνὴρ Ἀλικαρνησεὺς ὅπισθε ἐστῶς αὐτοῦ Ἀρταύντην, ἀρπάζει μέσον καὶ ἐξάρας παίει ἐς τὴν γῆν· καὶ ἐν τούτῳ οἱ δορυφόροι Μασίστην προσέτησαν. (5) Ὁ δὲ Ξειναγόρης ταῦτα ἐργάσατο χάριτα αὐτῷ τε Μασίστῃ τιθέμενος καὶ Ξέρξῃ, ἐκσώζων τὸν ἀδελφεὸν τὸν ἐκείνου· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἔργον Ξειναγόρης Κιλικίης πάσης ἤρξε δόντος βασιλεὺς. (6) Τῶν δὲ κατ' ὁδὸν πορευομένων οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγένετο τούτων, ἀλλ' ἀπικνέονται ἐς Σάρδεις. Ἐν δὲ τῇσι Σάρδεσι ἐτύγγανε ἔδῳ βασιλεὺς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου, ἐπεὶ τε ἐξ Ἀθηνῶν προσπατίας τῇ ναυμαχίῃ φυγῶν ἀπῆκετο.

CVIII. Τότε δὲ ἐν τῇσι Σάρδεσι ἐὼν ἄρα ἦρα τῆς Μασίστης γυναικὸς, ἐούσης καὶ ταύτης ἐνθαῦτα. Ὡς δὲ οἱ προσπέμποντι οὐκ ἐδύνατο κατεργασθῆναι, οὐδὲ βίην προσέφερε προμηθεόμενος τὸν ἀδελφεὸν Μασίστην· (τῷτο δὲ τοῦτο εἶχε καὶ τὴν γυναῖκα· εὐ γὰρ ἠπίστατο βίης οὐ τευζομένη·) (2) ἐνθαῦτα δὲ Ξέρξης ἐργόμενος τῶν ἄλλων πρῆσσει τὸν γάμον τούτου τῷ παιδί τῷ ἐσωτοῦ Δαρείου, θυγατέρα τῆς γυναικὸς ταύτης καὶ Μασίστης, δοκέων αὐτὴν μάλλον λάμψεσθαι ἢ ταῦτα ποιῆσαι. Ἀρμόσας δὲ καὶ τὰ νομιζόμενα ποιήσας ἀπῆλανε ἐς Σοῦσα. (3) Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖ τε ἀπῆκετο καὶ ἡγάγετο ἐς ἐσωτοῦ Δαρείου τὴν γυναῖκα, οὕτω δὴ τῆς Μασίστης μὲν γυναικὸς ἐπέταυτο, ὁ δὲ διαμενέμενος ἦρα τε καὶ ἐτύγγανε τῆς Δαρείου μὲν γυναικὸς, Μασίστης δὲ θυγατρὸς· οὐνομα δὲ τῇ γυναικὶ ταύτῃ ἦν Ἀρταύνη.

CIX. Χρόνου δὲ προϊόντος ἀνάπυστα γίνεται τρόπῳ τοιούτῳ. Ἐξωφύλασσα Ἀμνηστρίς ἡ Ξέρξῳ γυνὴ φάρος μέγα τε καὶ ποικίλον καὶ θέας ἄξιον διδοῖ Ξέρξῃ.

agro ad quodque emporium pertinente, Ionibus tradī doberu censebant incolenda. Contra Athenienses nullo pacto Ionas aliam in terram transferendos censebant, nec decere Peloponnesios de ipsorum coloniis quidquam statuere. (5) Quibus obnitentibus, haud inviti Peloponnesii concesserunt. Itaque Samios, et Chios, et Lesbios, reliquosque insulares, qui arma et naves cum Graecis sociaverant, in communo sociorum receperunt, fide et iurejurando adstrictos de societate constanter et cum fide servanda. (6) His iurejurando adstrictis, ad Hellespontum navigarunt, pontes soluturi, quos adhuc stratos se reperturos esse existimaverant.

CVII. Qui ex barbaris fuga evaserunt, numero haud multi, in Mycalae cacumina compulsi erant, hi deinde Sardes salvi redierunt. (2) Qui dum eo revertuntur, in itinere Masistes, Darii filius, qui acceptae cladis interfuerat, ducem exercitus Artaynten multis insectatus est maledictis, quum alia dicens, tum et esse illum muliere ignaviorem, quod isto modo bellum administrasset; et quavis pena dignum esse, qui regis domum illa calamitate adfecisset. (3) Apud Persas autem muliere ignaviorem audire, maximum opprobrium est. Et ille his diu auditis indignatus, acinacem eduxit, interfecturus Masisten. (4) Sed irruentem in eum cernens Xenagoras, Praxilai filius, Halicarnassensis, a tergo stans ipsius Artayntae, corripuit medium, sublatumque prostravit humum: atque interim adcurrentes satellites Masisten protexerunt. (5) Quo facto Xenagoras et apud Masisten, et apud Xerxem, servato fratre, gratiam iniit: ob idemque factum dein a Xerxe universae Ciliciae praefectus est. (6) In reliquo itinere nihil amplius memorabile accidit: itaque Sardes hi venerunt. Morabatur autem tunc Sardibus Xerxes ab eo inde tempore quo post cladem mari acceptam, Athenis fugiens, hanc in urbem venerat.

CVIII. Sardibus igitur dum Xerxes moratur, amore tunc captus est uxoris Masistae, quae et ipsa ibi erat. Quum vero missis qui eam sollicitarent nihil profecisset, nec vim ei vellet inferre, ratione habita fratris sui Masistae; (quod ipsum etiam mulierem retinuit, bene gnaram sibi vim non iri illatum;) (2) tum ille, quum nulla ei alia via pateret, filio suo Dario hasce conciliat nuptias, nempe filiam huius mulieris et Masistae illi dat uxorem; ratus, si hoc fecisset, facilius se matre potiturum. Hoc conciliato matrimonio, et peractis nuptiarum solennibus, Susa abiit. (3) Quo ut pervenit, uxoremque Darii suas in aedes recepit; tum vero, omisa uxore Masistae, mutatoque amore, uxorem Darii deperit, Masistae filiam, eaque potitus est. Nomen huic mulieri Artaynta fuit.

CIX. Sed succedente tempore comperta res est hac ratione. Amestris, uxor Xerxis, amiculum texuerat ingens, variegatum, et spectatu dignum, quod dono dedit Xerxi.

(3) Ὁ δὲ ἡσθεὶς περιβάλλεται τε καὶ ἔρχεται παρὰ τὴν Ἀρταύνην. Ἡσθεὶς δὲ νῦν ταύτῃ, ἐκέλευσε αὐτὴν αἰτῆσαι ὅτι βούλεται οἱ γενέσθαι ἀντὶ τῶν αὐτῷ ὑπουρημένων· πάντα γὰρ τεύξεσθαι αἰτήσασαν. (3) Τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, πρὸς ταῦτα εἶπε Ἑέρξης, « δώσεις μοι τὸ ἄν σε αἰτήσω; » ὁ δὲ πᾶν μᾶλλον δοκέων ἐκείνην αἰτῆσαι ὑπισχνέτο καὶ ὥμοσε. Ἡ δὲ, ὡς ὥμοσε, ἀδεῶς αἰτέει τὸ φᾶρος. (4) Ἑέρξης δὲ παντοῖος ἐγένετο οὐ βουλόμενος δοῦναι, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, φοβεόμενος δὲ Ἀμηστριν, μὴ καὶ πρὶν κατεικαλοῦσθαι τὰ γινόμενα οὕτω ἐπευρεθῇ πρήσων· ἄλλα πόλεις τε ἐδίδου καὶ χρυσὸν ἄπλετον καὶ στρατὸν, τοῦ ἐμῆλλε οὐδεὶς ἄρξαι ἄλλ' ἢ ἐκείνη· Περσικὸν δὲ κάρτα δὲ στρατὸς δῶρον. (5) Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπειθε, διδοὶ τὸ φᾶρος. Ἡ δὲ περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ ἐφόρεε τε καὶ ἡγάλλετο. Καὶ ἡ Ἀμηστρίς πυθάνεται μιν ἔχουσιν.

CX. Μαθοῦσα δὲ τὸ ποιούμενον τῇ μὲν γυναικὶ ταύτῃ οὐκ εἶχε ἔγκοτον, ἢ δὲ ἐλπίζουσα τὴν μητέρα αὐτῆς εἶναι αἰτίην καὶ ταῦτα ἐκείνην πρήσσειν, τῇ Μασίστῃ γυναικὶ ἐβούλετο διελθόν. (2) Φυλάτῃσα δὲ τὸν ἄνδρα τὸν ἐσωτῆς Ἑέρξεα βασιλῆϊον δεῖπνον προτιθέμενον (τοῦτο δὲ τὸ δεῖπνον παρασκευάζεται ἀπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐν ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεὺς· οὐνομα δὲ τῷ δεῖπνῳ τούτῳ Περσιστὶ μὲν τυκτὰ, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν τέλειον· τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμᾶται μόνον βασιλεὺς καὶ Πέρσας ὠρεῖται), (3) ταύτην δὲ τὴν ἡμέρην φυλάτῃσα ἡ Ἀμηστρίς χρῆζει τοῦ Ἑέρξεως δοθῆναι οἱ τὴν Μασίστῃ γυναικί. Ὁ δὲ δεινὸν τε καὶ ἀνάρσιον ἐποίητο τοῦτο μὲν ἀδελφεοῦ γυναῖκα παραδοῦναι, τοῦτο δὲ ἀναίτιην ἐοῦσαν τοῦ πρήγματος τούτου· συνῆκε γὰρ τοῦ εἵνεκεν ἐδέετο.

CXI. Τέλος μέντοι ἐκείνης τε λιπαρεύσεως καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐξηργόμενος, ὅτι ἀτυχῆσαι τὸν χρῆζοντα οὐ σφι δυνατόν ἐστι βασιλῆϊ τοῦ δεῖπνου προκειμένου, κάρτα δὴ ἀέκων κατανεύει, καὶ παραδούς ποιεῖ ὧδε· (2) τὴν μὲν κελεύει ποιεῖν τὰ βούλεται, ὁ δὲ μεταπειψάμενος τὸν ἀδελφεὸν λέγει τάδε, « Μασίστα, σὺ εἰς Δαρείου τε παῖς καὶ ἐμὸς ἀδελφεός, πρὸς δ' ἐτι τοῦτοισι καὶ εἰς ἀνὴρ ἀγαθός. Γυναικὶ δὲ ταύτῃ τῇ νῦν συνοικεῖς μὴ συνοίκες, ἀλλὰ τοι αὐτῇ αὐτῆς ἐγὼ δίδωμι θυγατέρα τὴν ἐμήν. Ταύτῃ συνοίκες· τὴν δὲ νῦν ἔχεις, οὐ γὰρ δοκέει ἐμοί, μὴ ἔχει γυναῖκα. » (3) Ὁ δὲ Μασίστης ἀποθωμάσας τὰ λεγόμενα λέγει τάδε, « ὦ δέσποτα, τίνα μοι λόγον λέγεις ἄχρηστον, κελεύων με γυναῖκα, ἐκ τῆς μοι παιδὸς νηνίαι τέ εἰσι τρεῖς καὶ θυγατέρες, τῶν καὶ σὺ μίαν τῷ παιδὶ τῷ σεωυτοῦ ἡγάγεο γυναῖκα, αὐτὴ τέ μοι κατὰ νόον τυγχάνει κάρτα ἐοῦσα, ταύτην με κελεύεις μετέντα θυγατέρα τὴν σὴν γῆμαι; (4) Ἐγὼ δὲ, βασιλεῦ, μέγα μὲν ποιεῖμαι ἀξιεύμενος θυγατρὸς τῆς σῆς, ποιήσω μέντοι τούτων οὐδέτερον. Σὺ δὲ μηδαμῶς βίῳ πρήγματος τοιοῦτο δέσμενος· ἀλλὰ τῇ τε σῇ θυγατρὶ ἀνὴρ ἄλλος φανήσεται ἐμεῦ οὐδὲν ἔσσαν, ἐμέ τε ἕα γυναικὶ τῇ ἐμῇ συνοικεῖν. » (5) Ὁ μὲν δὲ τοιούτοις ἀμείβεται, Ἑέρξης δὲ θυμωθεὶς

(2) Quo ille delectatus, idem amiculum indutus convenit Artaynam. Jamque quum et hac delectatus esset, jussit eam, pro eo quod ipsi gratificaretur, petere quidquid illa sibi dari voluisset; omnia enim, quæ petitura esset, consecuturam. (3) Tum illa (nam in fatis erat, ut ingens calamitas universæ familiæ incumberet) Xerxi respondit: « Dabisne mihi quod abs te petam? » Et ille, quidvis potius aliud petituram illam ratus, interposito jurejurando promisit. Tum illa, postquam juravit rex, nihil verita, amiculum istud petiit. (4) At Xerxes, in omnes se partes vertens, dare recusavit, nulla quidem alia de causa, nisi quod Amestrin metuebat, veritus ne ab illa, jam pridem id quod agebatur suspicante, in hac culpa deprehenderetur; sed urbes se illi dono daturum ait, et auri immensam vim, et exercitum cui nemo alijs nisi ipsa præfutura esset. Est autem hoc Persicum utique donum, exercitus. (5) At mulieri non persuasit; ideoque amiculum ei dedit. Quo munere illa supra modum gavisa, gestabat amiculum, eoquo superbiebat: et eam illud habere cognovit Amestris.

CX. Quo comperto, regina non tam in mulierculam illam odium concepit, quam in ejus matrem, Masistæ uxorem; eique, ut quæ auctor hujus rei, ut illa putabat, et unice in culpa esset, exitium meditata est. (2) Itaque diem observavit, quo maritus ipsius Xerxes regiam cœnam erat propositurus: (paratur autem hæc regia cœna semel quotannis, natali regis die; et Persico sermone *tycta* dicitur, quod Græcorum lingua τέλειον, id est perfectum, significat; quo etiam die tantum rex sibi caput smegmate detergit, et munera dat Persis.) (3) hoc igitur observato die Amestris petiit a Xerxe, ut sibi traderetur uxor Masistæ. Ille vero rem atrocem et indignam judicavit, uxorem fratris illi tradere, eamque nullam hujus rei culpam habentem: intellexerat enim cur hanc illa sibi tradendam postularet.

CXI. Verumtamen, quum illa postulare non cessaret, ipse autem lege teneretur, quæ vetabat regem Persarum negare quidquid ab illo, quando regia cœna proposita est, postulatur, postremo admodum quidem invitatus indulget. Tradita vero muliere, hoc fecit: (2) uxorem jussit, quæ vellet, facere: ipse vero fratrem ad se vocatum his verbis compellavit: « Masista, tu Darii filius es, meusque frater: ad hæc vir bonus et fortis es. Jam tu hanc mulierem, quam adhuc in matrimonio habuisti, noli porro habere: sed tibi ego, pro illa, meam filiam despondeo. Cum hac matrimonium contrahe; illa vero, quam nunc habes, non sit porro tua conjux; sic enim mihi placet. » (3) Cui Masistes, miratus dicta, respondit: « Proh domine! quænam est hæc importuna oratio, quod me jubes uxorem meam, ex qua mihi tres juvenes filii nati sunt, et filia, quarum tu unam tuo filio in matrimonium duxisti, denique quæ animo meo convenit, hanc me dimittere jubes, et tuam filiam ducere uxorem! (4) Ego vero, rex, magni quidem facio quod me conjugio filiaæ tuæ digneris: at horum tamen equidem neutrum faciam: tu vero noli mihi vim adferre, talem rem postulans. Tuæ certe filiaæ reperietur alius maritus me non inferior: me vero sine meam habere uxorem! (5)

λέγει τάδε, « οὕτω τοι, Μασίστα, πέπρηκται· οὔτε γὰρ ἂν τοι δοίην θυγατέρα τὴν ἐμὴν γῆμαι, οὔτε ἐκείνη πλεῦνα χρόνον συνοικήσεις, ὥς μάθης τὰ διδόμενα δέκεσθαι. » (σ) 'Ο δὲ ὡς ταῦτα ἤκουσε, εἰπας το-
 5 σόνδε ἐχώρει ἔξω, « δέσποτα, οὐ δὴ κώ με ἀπώλε-
 σας. »

CXII. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ, ἐν τῷ
 Ξέρξης τῷ ἀδελφεῷ διελέγετο, ἡ Ἀμυστρὶς μεταπεμ-
 ψαμένη τοὺς δορυφόρους τοῦ Ξέρξεω διαλυμαίνεται τὴν
 10 γυναῖκα τὴν Μασίστειν. Τούς τε μαστοὺς ἀποταμοῦσα
 κυοὶ πρόεβαλε, καὶ ῥίνα καὶ ὦτα καὶ χεῖρα καὶ γλῶσ-
 σαν ἐκταμοῦσα ἐς οἶκόν μιν ἀποπέμπει διαλελυμασμένην.

CXIII. Ὁ δὲ Μασίστης οὐδὲν κω ἀκηχοῦς τούτων,
 ἐλπόμενος δὲ τί οἱ κακὸν εἶναι, ἐσπίπτει δρόμῳ ἐς τὰ
 15 οἰκία. Ἰδὼν δὲ διεφθαρμένην τὴν γυναῖκα, αὐτίκα
 μετὰ ταῦτα συμβουλευσάμενος τοῖσι παισὶ ἐπορεύετο
 ἐς Βάκτρα σὺν τε τοῖσι ἐσωτοῦ υἱοῖσι καὶ δὴ κού τισι
 καὶ ἄλλοις ὥς ἀποστήσων νομὸν τὸν Βάκτριον καὶ
 ποιήσων τὰ μέγιστα κακῶν βασιλεία. (2) Τὰ περ ἂν
 20 καὶ ἐγένετο, ὥς ἐμοὶ δοκεῖν, εἰ περ ἔφθῃ ἀναβάς ἐς
 τοὺς Βακτρίους καὶ τοὺς Σάκας· καὶ γὰρ ἑσπεργόν τέ
 μιν καὶ ἦν ὑπαρχος τῶν Βακτρίων. (3) Ἀλλὰ γὰρ
 Ξέρξης πυθόμενος ταῦτα ἐκείνῳ πρήσσοντα πέμψας
 ἐπ' αὐτὸν στρατιὴν ἐν τῇ ὁδῷ κατέκτεινεν αὐτόν τε
 25 ἐκείνους καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ καὶ τὴν στρατιὴν τὴν
 ἐκείνου. Κατὰ μὲν τὸν ἔρωτα τὸν Ξέρξεω καὶ τὸν
 Μασίστειν θάνατον τοσαῦτα ἐγένετο.

CXIV. Οἱ δὲ ἐκ Μυκάλῃς ὁρμηθέντες Ἕλληνες ἐπ'
 Ἑλλησπόντῳ πρῶτον μὲν περὶ Λεκτὸν ὤρμεον, ὑπ'
 30 ἀνέμων ἀπολαμφθέντες, ἐνθεῦτεν δὲ ἀπίκοντο ἐς Ἀβυ-
 δὸν, καὶ τὰς γεφυράς ἔϋρον διαλελυμένας, τὰς ἐδόκεον
 εὐρήσειν ἐτι ἐντεταμένας, καὶ τούτων οὐκ ἤκιστα εἴνε-
 κεν ἐς τὸν Ἑλλησπόντον ἀπίκοντο. (2) Τοῖσι μὲν νυν
 ἀμφὶ Λευτυχίδα Πελοποννησιοῖσι ἔδοξε ἀποπλῶειν ἐς
 35 τὴν Ἑλλάδα, Ἀθηναίοισι δὲ καὶ Ξανθίππῳ τῷ στρατηγῷ
 αὐτοῦ ὑπομείναντας περᾶσθαι τῆς Χερσονήσου. Οἱ
 μὲν δὴ ἀπέπλωον, Ἀθηναῖοι δὲ ἐκ τῆς Ἀβύδου διαβα-
 λόντες ἐς τὴν Χερσόνησον Σηστὸν ἐπολιόρκειον.

CXV. Ἐς δὲ τὴν Σηστὸν ταύτην, ὡς ἐόντος ἰσχυ-
 40 ροτάτου τείχεος τῶν ταύτῃ, συνῆλθον, ὡς ἤκουσαν παρῆν-
 ναι τοὺς Ἕλληνας ἐς τὸν Ἑλλησπόντον, ἐκ τε τῶν ἄλ-
 λων τῶν περιουσίῳ, καὶ δὴ καὶ ἐκ Καρδίας πόλιος
 Οἰόβαζος ἀνὴρ Πέρσης, δς τὰ ἐκ τῶν γεφυρέων ὄπλα
 ἐνθαῦτα ἦν κεκομικώς. Εἶχον δὲ ταύτῃ ἐπιχώριοι
 45 Αἰολεές, συνῆσαν δὲ Πέρσαι τε καὶ τῶν ἄλλων συμμά-
 χων συγὼς δμίλος.

CXVI. Ἐτυράννευε δὲ τούτου τοῦ νομοῦ Ξέρξεω
 ὑπαρχος Ἀρταύκτης, ἀνὴρ μὲν Πέρσης, δεινὸς δὲ καὶ
 ἀτάσθαλος, δς καὶ βασιλεία ἐλαύνοντα ἐπ' Ἀθήνας ἐξη-
 60 πάτησε, τὰ Πρωτεσίλειω τοῦ Ἰφίκλου χρήματα ἐξ
 Ἑλαιοῦντος ὑπελόμενος. (2) Ἐν γὰρ Ἑλαιοῦντι τῆς
 Χερσονήσου ἐστὶ Πρωτεσίλειω τάφος τε καὶ τέμενος
 περὶ αὐτὸν, ἐνθα ἦν χρήματα πολλὰ καὶ φιάλαι χρύσειαι
 καὶ ἀργύρεαι καὶ χαλκοὶ καὶ ἐσθῆς καὶ ἄλλα ἀναθή-

Quo responso iratus Xerxes, « Igitur hoc, inquit, profeci-
 sti : nempe nec ego tibi filiam meam dabo in matrimonium,
 nec tu istam porro habebis uxorem ; quo discas oblata ac-
 cipere. » (σ) Et ille, nihil amplius nisi hoc verbum subji-
 ciens, « Domine, nondum tamen prorsus me perdidisti, »
 foras exiit.

CXII. Per idem tempus quo Xerxes cum fratre disseruit,
 interim Amestris, accitis regis satellitibus, uxorem Masi-
 stæ misere dilacerat : præcisas mamillas canibus projicit,
 et nares et aures et labia, denique linguam ubi exciderat,
 domum dimittit ita indigne dilaniatam.

CXIII. Masistes, quum nihil etiam tunc horum audivis-
 set, metuens tamen aliquam sibi calamitatem imminere,
 cursu domum suam properavit. Ubi conspecta uxore ita
 mutilata, consilio cum filiis into, protinus cum filiis aliis-
 que nonnullis Bactra proficiscitur, Bactrianam provinciam
 ad defectionem sollicitaturus, et quanta maxima posset
 mala illaturus regi. (2) Atque hoc ipsum etiam perfecis-
 set, ut mihi videtur, si usque ad Bactros et Sacas perve-
 nisset : hi enim illum diligebant, et erat ipse Bactrianæ
 præfectus. (3) At Xerxes, ubi eum hoc agere cognovit,
 misso contra eum exercitu, et ipsum et ejus filios et mili-
 tes qui cum illo erant, in itinere interfecit. Et hæc qui-
 dem de amore Xerxis et de Masistæ obitu hactenus.

CXIV. Græci a Mycale versus Hellespontum profecti,
 primum ad Lectum naves adplnere, ventis retenti : deinde
 vero, ubi Abydum pervenire, pontes viderunt rescissos,
 quos adhuc stratos esse putaverant ; qua de caussa etiam
 maxime ad Hellespontum navigaverant. (2) Quare Leoty-
 chidæ cæterisque Peloponnesiis placuit retro navigare in
 Græciam : Atheniensibus vero, eorumque duci Xanthippo,
 visum est his in locis manere, et Chersonesum tentare. Ita-
 que Lacedæmonii domum navigarunt, Athenienses vero,
 postquam ex Abydo in Chersonesum trajecerant, Sestum
 oppugnarunt.

CXV. Est autem hæc Sestus munitissimus illius regionis
 locus : itaque, adlato nuncio de Græcorum in Hellespon-
 tum adventu, in illam se receperant et ex aliis finitimis
 oppidis frequentes, et ex Cardia Eobazus Persa, qui ibi
 armamenta pontium deposuerat. Tenebant urbem indige-
 næ Eolenses : cum his vero et Persæ erant, et aliorum so-
 ciorum haud exiguus numerus.

CXVI. Tyrannus universæ provinciæ Artaycles erat,
 Persa, sævus vir et nefarius : qui etiam, decepto rege
 quum contra Athenas proficisceretur, Protesilai thesauros,
 Iphicli filii, Elæunte spoliaverat. (2) Est enim Elæunte,
 Chersonesi oppido, Protesilai sepulcrum, eique circumda-
 tum fanum, in quo erant pecuniæ multæ, et aureæ argen-
 tæque phialæ, et æs, et vestis, et alia donaria ; quæ Ar-

ματτα, τὰ Ἀρταύκτης ἐσύλησε βασιλεὺς δόντος. (3) Λέγων δὲ τοιαῦτε Ξέρξεα διεβάλετο, « δέσποτα, ἔστι οἶκος ἀνδρὸς Ἑλλήνος ἐνθαῦτα, ὃς ἐπὶ γῆν τὴν σὴν στρατεύσμενος δίκης κυρήσας ἀπέθανε. Τούτου μοι δὲ δὸς τὸν οἶκον, ἵνα καὶ τις μάθῃ ἐπὶ γῆν τὴν σὴν μὴ στρατεύεσθαι. » (4) Ταῦτα λέγων εὐπετέως ἐμελλε ἀναπείσειν Ξέρξεα δοῦναι ἀνδρὸς οἶκον, οὐδὲν ὑποποτηθέντα τῶν ἐκείνους ἐφρόνες. Ἐπὶ γῆν δὲ τὴν βασιλεὺς στρατεύεσθαι Πρωτεσίλειον ἔλεγε νοέων τοιαῦδε τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι ἐωυτῶν εἶναι Πέρσαι καὶ τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος. (5) Ἐπεὶ δὲ ἐδόθη τὰ χρήματα, ἐξ Ἑλαιοῦντος ἐς Σηστὸν ἐξεφόρῃσε, καὶ τὸ τέμενος ἔσπειρε καὶ ἐνέμετο, αὐτὰς τε ὅπως ἀπικοίτο ἐς Ἑλαιοῦντα, ἐν τῷ αὐτῷ γυναιξὶ ἐμίσητο. (6) Τότε δὲ ἐπολιορκέετο ὑπ' Ἀθηναίων οὔτε παρεσκευασμένος ἐς πολιορκίην οὔτε προσδεχόμενος τοὺς Ἑλλήνας ἀφυλάκτῳ δὲ ὥς αὐτῷ ἐπέπεσον.

CXVII. Ἐπεὶ δὲ πολιορκουμένοις σφι φθινόπωρον ἐπεγίνετο, ἡσχάλλον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ τε τῆς ἐωυτῶν ἀποδημιόντες καὶ οὐ δυνάμενοι ἐξελεῖν τὸ τεῖχος, ἐδέοντό τε τῶν στρατηγῶν ὅπως ἀπάγοιεν σφέας ὅπισω. (2) Οἱ δὲ οὐκ ἔφρασαν πρὶν ἢ ἐξέλκωσι ἢ τὸ Ἀθηναίων κοινὸν σφεας μεταπέμψηται οὕτω δὴ ἔσπερον τὰ παρρόντα.

CXVIII. Οἱ δὲ ἐν τῷ τείχεϊ ἐς πᾶν ἤδη κακοῦ ἀπιγμένοι ἔσαν, οὕτω ὥστε τοὺς τόνους ἔφοντες τῶν κλινῶν ἐκινέοντο. Ἐπιτείτε δὲ οὐδὲ ταῦτα ἔτι εἶχον, οὕτω δὲ ὑπὸ νύκτα οἰχονται ἀποδράντες οἱ τε Πέρσαι καὶ ὁ Ἀρταύκτης καὶ ὁ Οἰόβαζος, ὅπισθε τοῦ τεύχεος καταδάντες, τῇ ἡν ἐρημότατον τῶν πολεμίων. (2) Ὡς δὲ ἡμέρῃ ἐγένετο, οἱ Χερσονησίται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσήμηναν τοῖσι Ἀθηναίοις τὸ γεγονός καὶ τὰς πύλας ἀνοίξαν. Τῶν δὲ οἱ μὲν πλεῖνες ἐδίωκον, οἱ δὲ τὴν πόλιν εἶχον.

CXIX. Οἰόβαζον μὲν νυν ἐκφυγόντα ἐς τὴν Θρητικήν Θρητίκας Ἀψίνθιοι λαβόντες ἔθυσαν Πλειστώρῳ ἐπιχωρίῳ θεῷ τρόπῳ τῷ σφετέρῳ, τοὺς δὲ μετ' ἐκείνου ἄλλῳ τρόπῳ ἐφόνευσαν. (2) Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταύκτην ὕστεροι δρμηθέντες φεύγειν, καὶ ὥς καταλαμβάνοντο ὀλίγον ὄντες ὑπὲρ Αἰγὸς Ποταμῶν, ἀλεξόμενοι χρόνον ἐπὶ συγχὸν οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ ζῶντες ἐλάμφθησαν. (3) Καὶ συνδήσαντές σφεας οἱ Ἕλληνες ἤγαγον ἐς Σηστὸν, μετ' αὐτῶν δὲ καὶ Ἀρταύκτην δεδεμένον, αὐτόν τε καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ.

CXX. Καὶ τῶν τῶν φυλασσόντων λέγεται ὑπὸ Χερσονησιτέων παράρχους ὁπτιέοντι τέρας γενέσθαι τοιόνδε· οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ καίμενοι ἐπάλλοντό τε καὶ ἡσπαιρον ὅπως περ ἰχθύες νεώλωτοι. (2) Καὶ οἱ μὲν περιχυθέντες ἐθώμαζον, ὃ δὲ Ἀρταύκτης ὥς εἶδε τὸ τέρας, καλέσας τὸν ὁπτιέοντα τοὺς παράρχους ἔφη, « εἴνε Ἀθηναῖε, μὴδὲν φοβέομαι τὸ τέρας τοῦτο· οὐ γὰρ σοὶ πέφνηε, ἀλλ' ἐμοὶ σημαίνει ὃ ἐν Ἑλαιοῦντι Πρωτεσίλειος ὅτι καὶ τεθνεὺς καὶ τάριχος ἐὼν δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα σίνεσθαι. (3) Νῦν οὖν ἀποιναὶ οἱ τάδε

tayctes rapuit, dono sibi data a rege. (3) Deceperat autem Xerxem tali oratione : « Domine, inquit, est hic loci domus viri Graeci, qui, quum adversus terram tuam arma ferret, pœnas dedit, occisusque est. Hujus tu domum mihi dono da; quo discat quisque, contra tuam terram non esse arma ferenda. » (4) Quibus dictis facile persuasurus erat regi, ut ei domum hujus viri largiretur; quippe qui nihil eorum, quæ ille sentiret, auspicatus erat. Quod autem ille Protesilaum adversus regis terram arma tulisse dixit, id hoc modo intellexerat : Persæ universam Asiam existimant suam esse et illius regis qui quoque tempore apud illos regnum obtinet. (5) Artayctes igitur dono sibi datus opes Elæunte Sestum transportavit, et in agro heroli consecrato partim sementem fecit, partim pecora sua pavit : et quoties ipse Elæuntē venit, in penetrali cum mulieribus concubuit. (6) Tunc vero obsidebatur ab Atheniensibus, quum nec ad tolerandam obsidionem paratus esset, nec omnino expectasset Athenienses, qui prorsus de improviso illum invaserant.

CXVII. Postquam vero obsidioni autumnus supervenit, tum dolentes Athenienses, quod et domo abessent, et urbem non possent expugnare, orarunt duces, ut domum se reducerent. (2) At hi negarunt id se prius facturos, quam aut expugnassent urbem, aut a communi Atheniensium revocarentur. Ita illi quoque præsentem rerum statum patienter tulerunt.

CXVIII. Jam vero, qui in urbe erant, ad extrema redacti erant malorum; ita quidem ut lora etiam lectulorum elixarent comederentque. Quum autem ne hæc quidem amplius suppelerent, noctu profugerunt Persæ cum Artaycte et Ceobazo, in postica urbis parte de muro descendentes, qua parte valde rari erant hostes. (2) Quod factum, ubi illuxit, Chersonesitæ Atheniensibus e turribus significarunt, portasque eis aperuerunt. Moxque major horum pars persecuti sunt profugos, cæteri vero urbem occuparunt.

CXIX. Et Ceobazum quidem, quum in Thraciam fugisset, captum Thraces Absinthii Plistoro indigenæ deo macclarunt suo more; cæteros autem, qui cum eo erant, alio modo interfecerunt. (2) Artayctes vero cum suis, qui post illos demum fugam capessiverant, depreheusi quum paullo ultra Ægos Potamos essent progressi, satis diu restiterunt; donec, aliis interfectis, cæteri viri capti sunt : (3) quos vinetos Sestum Athenienses duxerunt, in hisque ipsum etiam Artayctem et ejus filium.

CXX. Memorantque Chersonesitæ, uni ex eis, qui vinctos custodiebant, quum salsamenta super igne torreret, prodigium obtigisse hujusmodi : salsamenta igni imposita subsilliebant palpitabantque, veluti recens capti pisces. (2) Quod factum quum mirarentur reliqui adcurrentes, Artayctes, ut vidit prodigium, compellans hominem salsamenta torrentem, ait : « Hospes Atheniensis, non est quod tu hoc prodigio terrearis. Non enim tibi illud adparuit; sed mihi Protesilaus, qui Elæunte est, significat, se etiam mortuum et sale conditum, vim habere a diis tributam nocendi his qui injuria illum adfecerunt. (3) Nunc igitur ego

ἐθέλω ἐπιθεῖναι, ἀντὶ μὲν χρημάτων τῶν ἔλαβον ἐκ τοῦ ἱεροῦ, ἑκατὸν τάλαντα καταθεῖναι τῷ θεῷ, ἀντὶ δ' ἐμευτοῦ καὶ τοῦ παιδὸς ἀποδώσω τάλαντα διηκόσια Ἀθηναίοις περιγενόμενος. » (4) Ταῦτα ὑπισχόμενος τὸν στρατηγὸν Ξάνθιππον οὐκ ἐπειθε· οἱ γὰρ Ἑλαιοῦσι τοῖς Πρωιτεσίλειω τιμωρόντες ἐδέοντό μιν καταχρησθῆναι, καὶ αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ ταύτη ὁ νόος ἔφερε. (5) Ἀπαγαγόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν ἄκτῃ ἐς τὴν Ξέρξης ἔξευξε τὸν πόρον, οἱ δὲ λέγουσι ἐπὶ τὸν καλὸν τὸν ὑπὲρ 10 Μαδύτου πόλιος, σανίδα προσπασσαλέυσαντες ἀνεκρέμασαν τὸν δὲ παῖδα ἐν ὀφθαλμοῖσι τοῦ Ἀρταύκτειω κατέλευσαν.

CXXI. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἀπέπλων ἐς τὴν Ἑλλάδα, τὰ τε ἄλλα χρήματα ἄγοντες καὶ δὴ καὶ τὰ 15 ὅπλα τῶν γεφυρέων ὡς ἀναθήσοντας ἐς τὰ ἱρά. Καὶ κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο οὐδὲν ἔτι πλέον τούτων ἐγένετο.

CXXII. Τούτου δὲ τοῦ Ἀρταύκτειω τοῦ ἀνακρεμασθέντος προπάτωρ Ἀρτεμβάρης ἐστὶ ὁ Πέρσης ἐξηγησάμενος λόγον τὸν ἐκείνοι ὑπολαβόντες Κύρω προσήνεικαν, λέγοντα τὰδε, (2) « ἐπεὶ Ζεὺς Πέρσῃσι ἡγεμονίην διδοί, ἀνδρῶν δὲ σοὶ, Κύρε, κατελὼν Ἀστυάγεια, φέρε, γῆν γὰρ ἐκτῆμεθα ὀλίγην καὶ ταύτην τρηχέαν, μεταναστάντες ἐκ ταύτης ἄλλην ἔχωμεν ἀμείνου. (3) Εἰσὶ δὲ πολλαὶ μὲν ἀστυγείτονες, πολλαὶ δὲ καὶ ἑκα- 25 στέρω, τῶν μίαν σχόντες πλεοσι ἐσόμεθα θυμαστότεροι. Οἶκός δὲ ἄρχοντας ἀνδρας τοιαῦτα ποιεῖν· κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλιον ἢ ὅτε γε ἀνθρώπων τε πολλῶν ἄρχομεν πάσης τε τῆς Ἀσίας; » (4) Κύρος δὲ ταῦτα ἀκούσας, καὶ οὐ θαυμάσας τὸν λόγον, ἐκέλευε ποιεῖν 30 ταῦτα, οὕτω δὲ αὐτοῖσι παραίνειε κελεύων παρασκευάζεσθαι ὡς οὐκέτι ἄρχοντας, ἀλλ' ἄρξομένους φιλέειν γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς ἀνδρας γίνεσθαι· οὐ γὰρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι καρπὸν τε θυμαστὸν φύειν καὶ ἀνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. (5) Ὡστε συγγόν- 35 τες Πέρσαι οἷχοντο ἀποστάντες, ἐσσωθέντες τῇ γνώμῃ πρὸς Κύρου, ἄρχειν τε εἵλοντο λυπρὴν οἰκόντες μάλλον ἢ πεδιάδα σπεύροντες ἄλλοισι δουλεύειν.

hanc mihi ipse mulctam, qua redimam culpam, volo irrogare : pro thesauris quos ex illius templo abstuli, centum talenta deo solvam ; pro me autem et pro filio meo ducenta talenta pendam Atheniensibus, si salvos nos dimittere voluerint. » (4) Hæc ille pollicitus, prætori Xanthippo non persuasit. Nam Elæuntii, ulciscendi Protesilai causa, ut supplicio ille adficeretur, rogarunt ; et ipsius etiam prætoris in hanc partem inclinaverat sententia. (5) Itaque illum in litlus eductum, in quod pertinuerant pontes a Xerxe juncti, sive, ut alii memorant, in collem supra Madytum oppidum situm, clavis asseri adfixum suspenderunt ; et filium ejus in patris Artayctæ conspectu lapidibus obruerunt.

CXXI. His rebus gestis, retro in Græciam navigarunt, pecunias aliaque pretiosa secum vehentes, atque etiam pontium armamenta, quæ in templis dedicare constituerunt. Atque hoc anno nihil præterea memorabile gestum est.

CXXII. Hujus Artayctæ e trabe suspensi progenitor Artembares fuit, is qui Persis auctor fuerat sermonis, quem illi arripientes Cyro proposuerunt, in hanc sententiam : (2) « Quoniam Juppiter, sublato Astyage, Persis imperium tradidit, et præ omnibus hominibus tibi, Cyre ; age, quum terram possideamus exigua, eamque asperam, hac relicta aliam habitemus meliorem ! (3) Sunt autem multæ tales in propinquo, multæ etiam longinquiores : quarum si unam occupaverimus, pluribus hominibus admirationi erimus. Decet autem hoc facere viros principatum tenentes : et quando tandem id fieri commodius poterit quam nunc, ubi tot hominibus et universæ Asiæ imperamus ? » (4) Quibus auditis Cyrus, minime probans propositum, Fariant hoc ! ait ; simul vero ita se comparent, ut qui imperium porro non habituri sint, sed passuri ! Ita enim naturam ferre, ut mollibus in terris molles nascentur homines : nec enim ejusdem terræ esse, et eximios fructus ferre, et fortes bello viros. (5) Et intelligentes Persæ, longe sapienterem Cyri sententiam quam suam, desistentes proposito abierunt ; et imperare maluerunt, tenuem incolentes terram, quam campestem fertilemque colentes aliis servire.

INDEX

NOMINUM ET RERUM.

A.

Abr̄, urbs Phocensium, I. 46. VIII. 27 *et* 134. ubi erat Apollinis delubrum locuples, VIII. 33. ibidem reddita oracula, Herodoti etiam ætate, *ibid.*
 Abantes ex Eubœa oriundi, I. 146.
 Abaris ferebatur fuisse Hyperboreus, IV. 36. de eo et ejus sagitta fabula, *ibid.*
 Abdera, VI. 46. VII. 109. 126. a Teiis condita in Thracia, I. 168. Ejus urbis situs, VIII. 120. Eam Xerxes præterit, VII. 109.
 Abderitæ : cum iis Xerxes hospitii fœdus init, et acinace aureo ac tiara eos donat, VIII. 120.
 Abrucomes et Hyperanthies, Darii filii, Xerxis fratres, super cadaver Leonidæ occumbunt, VI. 224.
 Abronychus Atheniensis, filius Lysiclis, speculator apud Leonidam, VIII. 21.
 Absinthii, VI. 34. *vid.* Apsinthii.
 Abydos, una urbium in Hellesponto, V. 117. VII. 33. 34. 174. vicina Dardano, VII. 43. ponte a Xerxe jungitur, VII. 34.
 Abydeni sedem sublimem ex candido marmore Xerxi exstruunt, VII. 44.
 Acanthe, arbor in Ægypto, II. 96.
 Acanthus urbs, VI. 44.
 Acanthios hospitii jure et Medica veste donat Xerxes, VII. 116.
 Acanthiorum mare, VII. 22.
 Acarnan *fuit* Megistias vates, VII. 221. Acarnan Amphilytus, I. 62; *ubi quidem* Acharnensis videtur scribendum.
 Acarnania, II. 10.
 Acbatana, *vide* Agbatana
 Accipiter inter animantes sacras apud Ægyptios, II. 65. eum qui necaverit morte mulctatur, *ibid.* eas aves in urbem Butun asportant sepeliendas, II. 67. Accipitrum paria septem, omen sunt septem Persis, III. 76.
 Acephali, οἱ ἀκέφαλοι, in Africa homines in pectoribus oculos habentes, IV. 191.
 Aceratus, propheta in templo Delphico, VIII. 37.
 Aces fluvius, III. 117. unde oriatur, *ibid.*
 Achæorum, qui Iones e sedibus suis exegerunt, partes duodecim, I. 145.
 Achæi Phthiotæ suppeditant Xerxi terrestres copias, VII. 132. 173. 175. prytæeo excludunt Athamantis posteros, VII. 197.
 Achæiæ Cereris templum et orgia, V. 61.
 Achæmenes, Darii filius, III. 12. Xerxis ex utroque parente germanus, VII. 7. *et* 97. Ægypti præses, VII. 7. Ægyptiacæ classi præfectus, VII. 97. bonum consilium Demarati invertit, VII. 236. perit in Ægypto. ab Inaro interfectus, III. 12. VII. 7.
 Achæmenes *alius*, Teispei pater, avus Cambysis, VII. 11.
 Achæmenidarum familia nobilissima, I. 125. ex qua reges Persidæ prognati, *ibid.* eos moriens Cambyses obstatus, ne imperium dimitterent, III. 65.

HERODOTUS.

Achaia, ἡ Ἀχαΐη, VIII. 36. Achaia Thessaliæ (*quæ alia* Phthiotis), VII. 173.
 Achaicus populus, τὸ Ἀχαϊκὸν ἔθνος, Peloponneso non egressus, VIII. 73.
 Achelous fl. II. 10. VII. 126.
 Acheron fl. V. 92. VIII. 47.
 Achilleus cursus, ὁ Ἀχιλλεύς Δρόμος, locus sic dictus, IV. 55. 76.
 Achilleum, Ἀχιλλεῖον, oppidum prope Sigeum, V. 94.
 Acies Atheniensium in pugna Marathonia instructa, VI. 111. Græcorum ad Platæas, IX. 28 — 30. et Persarum ad Platæas, IX. 31.
 Acinaces Martis, cui immolatur quotannis a Scythiis, IV. 62. acinacem in calicem vino et sanguine plenum tingunt Scythæ in tædere ineundo, IV. 70. acinaces Persicus in Hellespontum abjectus a Xerxe, VII. 54.
 Acræphia urbs, VIII. 135.
 Acrisius, Danaes pater, VI. 53.
 Acropolis Athenarum a Persis expugnata, VIII. 52, 53.
 Acrothoon, Ἀκρόθωον, urbs, VII. 22.
 Aculeis jaculorum alienum factum, IV. 81.
 Adicran, Afrorum rex, agro a Cyrenæis exutus, Apriæ se dedit, IV. 159.
 Adimantus, Aristææ pater, VII. 137.
 Adimantus, Oecyti filius, Corinthiorum classis dux, fugam facere vult, VIII. 5. ejus dictum in Themistoclem, VIII. 59. insolentia erga Themistoclem, VIII. 61. et turpis fuga, VIII. 94.
 Adoratio, προσκύνησις, mortalibus deneganda, VII. 136.
 Adrastus Phryx, Gordii fil., nepos Midæ, I. 35. 45. fratris interemptor, *ibid.* a Cræso expiatus, I. 35. ei custodiam filii sui ad venationem exeuntis mandat Cræsus, I. 41. Cræsi filium transfodit, aprum volens transfigere, I. 43. sese super bustum Atys transfodit, I. 45.
 Adrastus, Talai filius, Sicyonis rex, V. 67. pater Ægialei, V. 68. in eum Clisthenis Sicyonii odium, V. 67. ei honores et dies festi erepti, et Melanippo traditi, *ibid.*
 Adria, ὁ Ἀδριας, IV. 33. V. 9. a Phocæensibus ostensus, I. 163.
 Adyrmachidæ Libyes, Ægyptum versus, IV. 168. eorum mores, *ibid.*
 Æa Colchis, Ἀἶα ἡ Κολχίς, I. 2. VII. 193, 197.
 Æaces, Sylosontis et Polycratis pater, III. 39. VI. 13.
 Æaces, Sylosontis fil., Sami tyrannus, IV. 138. ab Aristagora exutus tyrannide, VI. 13. Samios ad defectionem a sociis sollicitat, *ibid.* Samum reductus, VI. 25.
 Æacidæ ab Æginetis Thebanis missi, V. 80. a Græcis ad Salaminem invocati, VIII. 64.
 Æacus ex Ægina, progenitor Miltiadis τοῦ κρείττου, VI. 35. ei templum Athenis in foro exstructum, V. 89.
 Ædes Veneris in Cypro unde exstructa, I. 105. Minervæ, VIII. 39. Ædes Veneri hospitæ intra Protei delubrum Memphi consecrata, II. 112. Vulcani, II. 110. deorum et hominum lignæ, IV. 108. fulmine absumptæ, IV. 79. *vid.* Templum.
 Ædificii structura, in quo repositæ erant regie pecuniæ,

II. 121. *Ædificio ex urbe Elephantina afferendo trien-
nium consumptum*, II. 175. et ejus ex solido saxo de-
scriptio, *ibid. et seq. Ædificium Zalmoxis subterraneum*,
IV. 95. *Ædificia humanis operibus majora*, II. 148. *vid.*
Domus.

Æga, Αἴγῃ, urbs, VII. 113.

Ægæ, Αἴγαι, ex partibus Achæorum, I. 145.

Ægææ, Αἴγαιαι, civitas Æolum, I. 149.

Ægæum mare, τὸ Αἴγαῖον πέλαιος, IV. 85.

Ægæus mons in Attica, unde Xerxes navalem pugnam
spectabat, VIII. 90.

Ægeus, Pandionis filius, Lycum fratrem Athenis pellit, I.
173.

